~~7 9 E 27~~

7
2 11
45

~~7 9 E 27~~

—aab.

Digitized by Google

—aab.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSIDERATIO CAUSARUM *HVIVS* BELLI,

Quod Anno Domini 1618 in Bohemia, velut incendium horrendum exortum, & in hunc uſque diem in Imperio Chriſtiano gliſcens, ipſam Dei civitatem, vaſtando conſumeret, niſi Dei manus, & bonorum virtus, inhiberet.

QUONDAM

Scripta ad petitionem unius Illuſtriſſimi, jam in lucem miſſa ad informationem eorum, qui cauſas iſtas nondum ſatis exploratas habuerunt, & peccando, de iis, ut plurimum, ſiniſtrè judicarunt.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

CICER. AD ATTIC.
Semper cauſa eventorum magis movent, quam ipſa eventa.

NON QUIS? SED QUID?

In Libertate. Anno 1647.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

CAUSÆ.

QVAMOBREM CONSIDERANDÆ HVIVS BELLI CAVSÆ!

MAxima rerum geruntur: Gloria Dei, ſalus & jura populorum aguntur: Imperium Chriſtianum ejuſque Regna & Domus ardent: Antichriſtus contra Chriſtum fertur: Bella, pacem; tenebras, lucem; mala, bona, & bona mala vocari audimus: certamen Agni cum Beſtia, & ruinas Eccleſiarum, ſpectamus: Nonnulli aras, focos, Patriam, & omnia vitæ commoda, amittimus: facultates omnes impendimus, & perdimus: ad extrema omnia devenimus: exilia, diſcrimina, & afflictionum genera quævis ſubimus: imò ſanguinem noſtrum & vitam ipſam toto die profundimus, atque cum amicis & poſteritate noſtra periclitamur: vel oſcitantiâ & metu, bonam cauſam deſerendo & malam fovendo, ſalutis jacturam facimus, quo nihil deterius! Non ergo rerum tantarum, belli atque incendii tanti, cauſas, tantorumque malorum nobis autores, quam accuratiſſimè conſiderabimus, ſcrutabimur & inveſtigabimus? ut

ipſum verum, & juſtum teneamus : fidem & bonam conſcientiam ſervando, non malæ ſed bonæ, non iniquæ ſed juſtæ cauſæ, ac parti aſſiſtendo, damnationem & ulteriores plagas effugiamus, ſaluti animæ conſulamus, induſtriam Chriſto probemus: omnia fortius agenda agamus, adverſa patientius perferamus, atque hoſtes, animoſiùs ac evidentiùs convincamus, & ſub capite ac duce tanto reprimamus: quo aut reſipiſcant, atque ea quæ pacis ſunt omnes ſeriò quærant, aut evidentia cauſarum confuſi, rigore judiciorum Dei pereant.

SY-

Digitized by Google

SYNOPSIS CONSIDERATIONIS.

Complectitur ac recenſet hæc Conſideratio ſeu hic Tractatus, genuinas belli hujus truculentiſſimi cauſas.

Prima ſui Parte hiſtoricè narrat atque exponit: quomodo & quibus cauſis ab initio ad tale tantumque bellum in Bohemia perventum ſit.

Secunda Parte, communiores & evidentiores cauſas, quæ etiam ad continuationem & durationem vel ampliationem belli tanti, & malorum, in Germania, & ferè Europa tota faciunt, numeris ſeptendecim diſtinguit, ut agnoſcatur & teneatur

1. *Cauſa, Peccatum in genere, Satanæ & hominis, primum & ſequentia.*
2. *Apoſtaſia ſeu defectio illa Catholica Romani Præſulis, & Aſſeclarum ejus à vera fide & ſimplicitate quæ eſt in Chriſto, atque à veſtigiis Primitivæ Apoſtolicæ Eccleſiæ; non Euangelicorum diſſenſio à Papa, in iis quæ planè non ſunt verè Catholica.*
3. *Polypragmoſyne Romani Epiſcopi & complicum ejus; qua ſeſe omnibus mundi negotiis implicat.*
4. *Ambitio ejuſdem Flaminis, & hominis peccati, qua ſuper omnes & omnia dominari vult.*
5. *Meretricia frons & ſumma impudentia Papæ, & adulatorum ejus.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

6. *Vindicta cupiditas & malitia Antichriſti iſtius, ob detectionem.*

7. *Ieſuiticæ Sectæ atque Hæreſeos in Chriſtianitatem introductio & acceptatio.*

8. *Concilii Tridentini fraudulenta, improba, & violenta executio.*

9. *Hiſpanorum & Auſtriacorū diſpoſitio, & inſolentia.*

10. *Saxonis indiſpoſitio, & turpis à Papiſtis corruptio, ac ſeductio.*

11. *Execrabilis illa frequens fidei pactorumque à Magiſtratibus violatio.*

12. *Iniquiſſima Bohemorum & Palatinorum oppreſſio.*

13. *Euangelicorum multorum hypocriſis, ſecuritas, & diſciplinæ omiſſio.*

14. *Indecora Theologorum diſſenſio, diſcordia & virulenta ſcripta.*

15. *Politicorum & Magiſtratuum quorundam incuria, oſcitantia & tergiverſatio.*

16. *Papicolarum, in communi, malitia, tyrannis, & perverſus zelus, ac ſenſus.*

17. *Frequens ab agnita veritate Euangelica Apoſtaſia, dubitatio de Providentia Dei, & primæ charitatis omiſſio.*

Specialia quædam in marginibus atque in Indice ad calcem quærantur.

LIBER

Digitized by Google

LIBER
AD LECTOREM.

RElligio, Leges, & libera Sceptra BOEMUM,
Se juſto hîc memorant tuta fuiſſe gradu.
Hic lacrymis ortus. Fraus, Vis, Furor, Ira, Tyrannis
Dant heîc in cunctis damna nefanda locis.
Conſilia heîc SAXO, BAVARUS quoque conferet artes;
Et quos degeneres ipſe LUTHERUS habet.
Hîc SOCII-JESU partes, MONACHIque tuentur,
Quorum & mens populis inſidioſa magis.
Hîc fratrum in fratres acuit veſania linguas,
Et Patriam letho devovet ipſa truci.
ANGLUS & auxilium heîc Genero ſubduxerit omne,
Porriget ignavam nec tibi RHENE manum.
IMPERIUM immiti quàm ſub ditione gemiſcat,
Innuit haud uno pagina noſtra loco.
Hinc patet, à veteri quàm Majeſtate receſſum!
Quàm veniant dignis Regia Sceptra viris!
CZECHIA conflictu quàm prodita turpiter uno
Ceſſerit in prædam, dira VIENNA, tuam!
Longus ab Exiliis luctus gemituſque virorum
Nititur heic ortu principioque ſuo.
Vin' majora dari? Vin' ſtructa pericla SIONI?
En plebs Chriſtiadum tota cruore madet!
Sunt Statuis cætus; Pietas his orba fideſque
In nulla inveniunt jam ſtatione locum.
Scilicet in cunctis ratio, jus, norma, TRIDENTI
Unius, excuſant tam grave Martis opus.
Qui ſint autores, iſti quæ ſemina bello,
Subjecta heic oculis, Candide Lector, habes.
Sæpius oppreſſa gravis illa calumnia genti,
Sumpta in Cæſariam quæ crepat arma domum.
Certior ut ſtabilem figat ſententia greſſum,
Prævenit errores hæc Cynoſura tuos.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIONIS CAUSARUM HUJUS BELLI.

PRIMA PARS.

SECTIO I.

QUEMADMODUM, ſi incendium alicubi in magna urbe exoriatur & vehementius graſſetur, populus experrectus, & attonitus, catervatim confluens ac ſpectando cohorreſcens; maximam partem Originem & Cauſas tanti mali ſciſcitantur, de hiſque judicia proferunt: prudentiores, rem ſuam agi, paries cùm proximus ardet, intelligentes, bonis ſuis cavent; animoſiores & optimi quique ad extinguendum, totis viribus & conſiliis adnituntur; Ita ferè habet res in hoc bello, & non *Acceſſus.* eſt mirum *Illuſtriſsime Domine mi*, quod exorto & graſſante ac gliſcente hoc incendio belli, cives & populi Reipublicæ Chriſtianæ concitati, metu velut attoniti ac ſoliciti, ſæpiſſimè & maximam partem, de initio & cauſis ejus, tanquam incendii longè horridiſſimi ac vaſtiſſimi, quo, niſi Deus avertat, & maturè omnes Euangelici, vires & conſilia ad reſtinguendum conferant, rebuſque ſuis caveant, præter expectationem, tota civitas renovatæ poſtliminio Religionis Chriſtianæ in Europa conflagratura videatur, invicem colloquantur, ac diverſiſſimè judicent: Quodque *Tu Illuſtriſsime* jam toties moneas & roges, ut ego motibus tantis vicinior, & à principio implicatior, adeoque totius rei peritior, Tuæ Illuſtri Dignitati ex fundamento ſolidius & accuratius ORIGINEM & VERAS ac GENVINAS CAVSAS *hujus belli exponam, imò deſcribam*: quò accuratius expendi & conſiderari poſſint; ſiquidem, uti incendiorum cauſæ multoties, injuriâ his vel illis imputantur; ita hic facilè fieri poſſit, donec diligentiori & perfectiori diſquiſitione cognoſcantur ac perveſtigentur. Quanquam in præſenti ardore &

flamma, omnibus & ſingulis bonis regni Dei civibus, Chriſtianæ veritatis & Reipublicæ ſalutis, amantiſſimis ac ſtudioſiſſimis, conſultius ac prius eſſe cenſeam, de reſtinguendo & ſuffocando tanto incendio cogitare, imò huc totis viribus contendere & allaborare, quam de Origine & Cauſis ejus otioſè vel præpoſterè ſciſcitari ac percontari aut ſcrupuloſè diſputare: Cùm, periculum ſit in mora, & extincto incendio ſedatiſque perturbationibus, plerunque omnia meliùs indagentur & cognoſcantur; ſi non occultius, longiori tempori aut ſoli divinæ animadverſioni reſervantur; Tamen ut *Illuſtriſſimo Domino meo* aliquantulum gratificer, cui operam meam honeſtè denegare non poſſem, utque, ſi quando luci exponantur, compluribus hic ab errore revocandis, à peccando convertendis ac rectiùs informandis, fideliter inſerviam, *Genuinas fundamentales & longè veriores ac probatiores Belli tanti Cauſas, quam vulgo hactenus jactabantur, aut ſcriptis iniquæ partis, vel adulatorum ejus, circumferebantur, ab Origine profundius ex ipſa rei veritate, experientia & evidentia ad cavendum incautis, tamen ingenuis, conſcribam.* Utinam verò citiùs quam perſcribam, deflagratio bellorum videatur, & alma pax orbi Chriſtiano reſtituatur. Verùm quia operæ precium fuerit, & durante hoc bello, & poſt deflagrationem ejus, Cauſas iſtas in memoriam revocare, atque etiam poſteritati indicare, corroborante me numine, pergam.

Prima Parte quidem *Hiſtoricè ſummatim rem deducam.*

Secunda, tandem & *Numeris Cauſas tanti belli diſtinguam.* Utrobique non omnia ſigillatim perſequar, quæ multis voluminibus vix comprehenderentur; ſed præcipua, in quibus cardo rei vertitur, aperiam & indicabo.

Sectio II.

PRincipio itaque, loquatur & audiatur Altiſſimus: *Attollite in ſublime oculos veſtros, & videte quis creavit iſta, producens numero ſuo exercitum eorum, & vocans omnia iſta de nomine, præ amplitudine virium ſuarum, adeò ut nihil quidquam deſit quin ſiſtat ſe & vocanti pareat.* Et omninò æquiſſimum ac tutiſſimum fuerit, ut hic principaliter ad Deum ipſum & admirandam providentiam ipſius, tanquam moderatricem & cauſam rerum ſanctiſſimam, ſine qua non, evigilando aſſurgamus, oculos noſtros attollamus, & huic diſponenti & ſapientiſſimè gubernanti

Reſpectus Providentia Dei.

bernanti

Digitized by Google

bernanti omnia, gloriam, laudem, honorem & timorem cum adoratione exhibeamus. Qui, *cùm faciat quicquid ipſi placet in cœlis ac in terra, per maria & omnes abyſſos, agatque pro voluntate ſua in exercitu cœli, & habitatoribus terræ, neque ſit qui prohibeat manum ejus, aut dicat ei: Quid facis? Imò formet lucem & creet tenebras, faciat pacem & creet malum, ipſe* inquam *faciat omnia iſta*; tamen, non niſi interveniente peccato, poſuit inimicitias *inter Serpentem & Servatorem*, inter ſemen hujus & illius; & hæ inimicitiæ, ſicuti ab initio, oppoſitione bonorum & malorum, filiorum Dei & filiorum hominum, ſubindè diſſidio, filiorum carnis & filiorum promiſſionis, ſeu genitorum ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum; tandem differentiâ *Gentium & Iudæorum ſeu à Deo doctorum & à Diabolo ſeductorum*, variis modis, variis actionibus, odiis, bellis, & cædibus agitabantur & augebantur: ita maximè ſucceſſu dierum & ultimis hiſce temporibus, variâ contradictione *carnalium & ſpiritualium*, ac jam tali belligeratione, eorum *qui populus ſunt non Dei & populus Dei; reprobi & electi, diſcipuli & imitatores Chriſti & ſervi Antichriſti, oves & hædi*, lupique, fideles & hypocritæ, cultores Dei & Idololatræ, ſectatores Dei & Diaboli, quos Civitatem Dei & Synagogas malignantium, vocant Patres, finaliter peraguntur & conſummantur. Ubi ſemper nequiores perſequuntur & excindere nituntur meliores, juxta rerum experientiam & Doctoris Gentium ſententiam: *Quemadmodum olim is qui ſecundum carnem genitus fuerat, perſequebatur eum qui natus erat ſecundum ſpiritum, ita & nunc*. In quibus inimicitiarum talium actibus & conſummationibus, *uti olim in viridi*, in capite ipſo, in Paſſione inquam Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, tanquam in conflictu, quo de ſumma rei certatum & tranſactum eſt, Omnes Generales Cauſæ, Duceſque, nimirum Providentia Dei, malitia Diaboli, peccata generis humani, negotium religionis, nomen ſalutis, faſtuoſi Flamines, Epiſcopi elati, eorumque ſatellites, Politici ſeducti, auctoritate Cæſarum fulti, Herodes, Pilatus, milites, metus rebellionis, prætextus amittendi loca vel bona Eccleſiaſtica, proditor, fur, Judas, &c. concurrerunt. *Ita hodie in arido*, in membris, *in reliquiis afflictionum Chriſti explendis*, tandemque prorſus conſummandis, planè omnes illas cauſas veluti Generales, Duces & actores atque impellentes, Principales & Miniſtras, in his, ajo, bellis, concurrere videas, ut nihil eorum, nec auctoritates Cæſarum, nec prætenſiones

Concurſus Cauſarum.

Digitized by Google

Regum, Pilatorum, nec objectiones Rebellionum, nec nomina vel metus amittendorum bonorum ac locorum Eccleſiaſticorum, nec Prælati, nec Diaboli, nec religio ſuperborum Epiſcoporum, nec Satellites eorum, nec Flamines illi Babyloniæ, nec prætextus ſalutis pro cura ventris, nec omninò milites, proditores, fureſque deſint aut deſiderentur, aut emaneant. Ubi profectò, *deteriores, perſequuntur meliores, agunt mali patiuntur boni*, ubi malitia diabolorum & nequiſſimorum hominum jam dudum omnia peſſundaret, ac perderet, veros Chriſtianos exſtirparet, niſi manus & Providentia Dei inhiberet, aliter diſponeret, & rebus piorum melius conſuleret: adeoque Decreta ſua, ad bonum electorum, ad inexcuſabilem reddendam & convincendam, inquietudinem, ſuperbiam, & iniquitatem reproborum, exequutum iret. Quæ igitur, *cùm hic maxima & optima ſit, ſemper nobis in conſpectu maneat.* Et ſic de efficientibus.

Cauſæ eſſentiales. Materiales belli hujus, ut objecta circa quæ, ſcito; *non tantùm Regionis, ſed etiam, & quidem præcipuè Religionis adeòque Chriſti & Antichriſti, Dei & Diaboli, Beſtiæ & Agni negotia & diſcrimina eſſe*, quæ niſi obſervaverimus, quid nunc rerum geratur, minimè intellexerimus.

Formales apparent *juſta Dei judicia:* Draconis quondam ligati iterùm ſolutio, & quòd ſciat ſe exiguum tempus habere, furialis excandeſcentia; Concilii Tridentini violenta executio, conjuratorum ad Monarchiam novam aſpiratio, & ſi rationem diſciplinæ militaris ſpectes, mera & publica latrocinia. Finales invenias complures: *In mente Diaboli* eſt, deſiderata multorum devoratio, ut homicida & mendax ſemper eſt, ſanguinis humani inundans effuſio, à veritate ad mendacia Chriſtianorum detruſio, & malitioſa generis humani, ut olim Jobi, afflictio, tentatio. *In mente Antichriſti & Papiſtarum*, patent: Chriſtianorum verorum ſub nomine Hæreticorum crudeliſſima extirpatio, & ſolii Papalis, Flaminumque Babyloniæ, qui ſoli regnare cupiunt, ferre parem non poſſunt, ſupra omnia erectio, ambitionis ac libitus ipſorum Sodomitica expletio. *In mente Fidelium Chriſtianorum* invenias, Defenſionem & ſtudium conſervandi Religionis Euangelicæ veritatem, tanquam recti de Deo ſenſus, & puri ejuſdem cultus, ad gloriam Dei, & ſalutem populi. *In mente Dei*, quantum ex verbo ipſius diſcimus, præter occultiores, innuuntur, agnoſcendæ: Paterna, peccatorum & infirmitatum populi ejus caſtigatio, Fidei Chriſtianorum velut auri igne

Digitized by Google

igne probatio, cogitationum cordium multorum manifeſtatio: crudelitatis & immenſæ impiorum Antichriſtianorum malitiæ, ad juſtam damnationem omnibus oſtenſio: perſeverantium in fide & pietate exploratio, imagini Chriſti conformatio, & per multas afflictiones in Regnum cœlorum ac ſalutis æternam fruitionem introductio, in omnibuſque perpetua nominis ſui gloria.

Sectio III.

SEd, ut à Generalibus ejuſmodi cauſis ad Speciales tranſeamus, præter Diabolum, & alia ipſius inſtrumenta, Tyrannos, Idololatras, Improbos, Magnates, Hæreticos, Impoſtores, Perſecutores, & Calumniatores, qui nunquam non in miſerrimo genere, mortalium ægrorum, alioqui morti obnoxiorum, turbas, odia, bella, cædes, & omne genus afflictiones, excitabant, eorumque malorum cauſæ tubæ faceſque erant; quales aut quorum ſimiles inter cauſas hujus belli etiam non prorſus non invenirentur, ſi accuratiſſimè quis inquirat, *Nos inprimis & in ſpecie, Anti-Chriſtum indagare & conſiderare decet, ac neceſſe eſt.* Attende igitur: *Tranſitio à cauſis generalibus ad cauſas ſpeciales.*

ANTICHRISTUM ex Chriſtianis oriturum fuiſſe, illicò patuit, cum ejus prodromi, Hæretici Antichriſti ipſi vocati; è communione Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum jam olim prodierint, Actor. 20. verſ. 30. 1. Johan. 2. verſ. 19. Magnum verò aliquem, cæteris omnibus truculentiorem, progreſſu temporis, *cum magna & notoria veluti Catholica & univerſali APOSTASIA, vel defectione à ſimplicitate qua eſt in Chriſto, cum inſolentiſſima elatione, & ſeſe oppoſitione, atque in Templo Dei in Eccleſia, quaſi Deus eſſet, ſeſſione, cum omni potentia & efficacia Satanæ, cum ſignis & prodigiis mendacibus aliquando, exurrecturum fuiſſe; & dudum ſatis hoc Myſterium iniquitatis à temporibus Apoſtolorum operari cœpiſſe*, atque ultimis diebus, ſeu modernis ſeculis, talia bella perſecutioneſque horrendas, Chriſtianis movere, & eo evidentius detegi debuiſſe, in Eccleſia notum eſt: cumque jam mille plus minùs annis in Chriſtianitate variæ inclinationes, mutationes, traditiones humanæ, corruptelæ, ex hiſque diſſenſiones, ſchiſmata, turbæ, cædes, bella, & piorum perſecutiones, obſerventur, & gliſcant, atque diverſis diverſa de Antichriſto, num non ille jam venerit, & horum autor exiſtat, & quinam is eſſe poſſit, cogitantibus, ac varia ſuſpicantibus, *Latinum* ante mille an- *Poſt Diabolum & malitiam peccatorũ, Cauſa Bellorum Antichriſtus.* *Antichriſtus quis & quare Papa.*

Digitized by Google

nos ab Irenæo, licet cum verecundia (*ſed in eo nos non gloriabimur*) *nominatum*, recordantibus & omnibus à Deo doctis quaſi præſtolantibus, augurantibuſque, quiſnam apertè talis oſtendi, & haberi queat ab aliquot retro ſeculis, *ROMANUM PAPAM prodiiſſe, & magis ac magis hoc myſterium agendo velut in Theatro exhibendo, ſeipſum jam talem nempe Antichriſtum magnum demonſtrare atque declarare, Domine mi, probè noſti, & ne quâ per ipſum, vel præſtigias aut miniſtros ipſius, ſeducaris, tenere debes.*

Quandoquidem, quicquid de Antichriſto iſto, Scripturæ Sacræ & Patres in Eccleſia prædixere, aut monuere, id omne ac totum jam in Romano Papa, ad oculum videre licet: nec uſpiam mundus, aut Rhadamantus apud Inferos, elatiorem Flaminem, Tyrannum, Hæreticum, aut Idolum ac monſtrũ alit, quod Antichriſtum iſtum, tam euidenter aut magis probabiliter, ſecundum omnes illius notas, quibus illum Scriptura depingit, ore velut referret, ac repræſentaret: nec omnes illi qui Papam purgare, defendere, aut ſcriptis excuſare, altiùs evehere, & pro Antichriſto Judæum quendam de tribu Dan fictum, quis ſcit quando venturũ, ſurrogare atque oſtentare conantur, alium alicubi talem oſtendere poſſunt, qui, *efferens & opponens ſeſe, in Templum Dei ſedens*, magis, omnibus geſtis, Antichriſtum exprimeret, quam ille, *Romanus, Latinus, Papa.* Qui, ſicuti, ANTICHRISTUS, & Vicarium, & Adverſarium Chriſti, notat, ita *ſe diſertè Vicarium Chriſti nominat & Adverſariũ præſtat.* *Dùm*, tanquam unus ſupra omnes, univerſalis ſervus Chriſti, ſub Catholico vel univerſali nomine Eccleſiæ Chriſti, quaſi Eccleſiæ optimus Paſtor & caput eſſet, à manifeſta inſtitutione Chriſti, & à ſancta ſimplicitate quæ eſt in Chriſto, & quæ, tanquam unica ſola vera Religio ſalvica Scripturis fulta, viguit, in Apoſtolica primitiva Eccleſia, palàm recedit, & novos cultus, novos articulos fidei, & prorſus novam quandam pompoſam Religionem, Phariſaicæ conſuetudini, imò Ethnicæ variæ ac multiplici Idolatriæ, ac Ceremoniis, mundo ſpectabilibus, magis quam puriſſimæ ac ſanctiſſimæ Religioni Chriſtianæ, ſimilem, ſed & Scripturæ contrariam, pro libitu ſuo, effingere auſus eſt, ac mundo, imo Chriſtianis maximè, obtrudit. *Dùm*, ſibi, auctoritatem, ſupra omnem Scripturam, ſupra Verbum Dei, quaſi illud ſolus rectè intelligere, mutare, ei adimere, addere, & illud ad ſtabilienda ſua placita interpretari, integrum habeat, arrogat,

Digitized by Google

gat. *Dùm*, etiam Jus aliquod Canonicum, quaſi Lege Dei majus ac perfectius, ad tuitionem & conſervationem ſuæ elationis, throni, & conſuetudinis, ſibi condit, Eccleſiæ Chriſti præſcribit, Ceremonias multas, mirabiles, indignas, & ritus varios ad aucupia pecuniæ & alendum ventrem, ac provehendum faſtum ſuum, inſtituit, ac præ Verbo Dei obſervari vult: *Dùm*, non tantùm Deum, & Dominum noſtrum, & Chriſtum Domini, ſecundùm excellentiam, ſeſe vocari, à ſuis ſuſtinet, imò ab omnibus Epiſcopis poſcit; ſed etiam præ ſe fert, ſe eſſe Deum, quando nimirum non ſolum omnia quæ Scriptura, Deo, & Chriſto, attribuit, nomina, omnem autoritatem in cœlo & in terra, omnipotentiam, imperandi Angelis, Magiſtratibus, & Inferis poteſtatem, cœlorum, terrarum & inferorum regimen, & coronam triplicem quaſi Regis cœli ſoli inferni argumenta, miranda facta, cum ſummo & maximo Pontificatu, etiam ſummam ſanctitatem, ſibi arripit & vendicat; ſed etiam, adverſus, & ſupra, omnem Deum, & totum mundum ſupra Imperatorem, & quicquid dicitur Deus ſeſe effert, & quicquid ipſi videtur, exlex molitur. *Quandò pro* V N I V E R S A L I *Epiſcopo Epiſcoporum, totius Orbis, & pro Capite ac* D O M I N O *univerſæ Eccleſia Chriſti, imò pro Rege Regum, quondam pro Cæſare, jam Imperatore ſuperiori, ſeſe oſtentans, & utrumque gladium crepans, manifeſtè contra Deum ſeu ipſius Verbum diſpenſat, Sacramenta mutandi, mutilandi, plura inſtituendi, ipſos Reges gentium, & Imperatores, excommunicandi, nationibus imponendi, viciſſim, quando libet, Thronis dejiciendi, bellis perſequendi, ſubditos à juramentis Magiſtratui præſtitis, abſolvendi, omneſque Magnates etiam perimendi, opprimendi, licentiam & poteſtatem jactans, etiam omninò uſurpat, præter & contra Leges, Divinas & humanas, agendo, à nemine planè, nec à Legibus, nec à Magiſtratibus, nec à Conciliis univerſorum, nec à doctioribus & inſignioribus omnibus Chriſtianis, cum ſuis actionibus & ſtatutis, judicari aut corrigi vult. potius omnia perturbat, omnia bellis vaſtat, & omnibus ubique ſuperiorem ſe eſſe jactat.* Mireris ſuperbiam, diabolicâ elatiorem, *& verè ſuperiorem*, intolerandam, & inſigniter blaſphemum os ejus, ſi, *Decretales*, quæ, qualia, quanta, de ſe edicat, intuearis: Execreris impietatem, & adulationem, mancipiorum ejus, Canoniſtarum, Jeſuitarum & aliorum Paraſytorum Papiſticorum Scriptorum, ſi legeris, quæ de ipſius eminentia, potentia, magnitudine, & ſuperioritate, paſſim ſcribere, dementes non pudet. Obſtupueris, & ingemueris

Digitized by Google

mueris ſuper oſcitantiam & patientiam Magiſtratuum, Dei vicem & nomen gerentium, Imperatorum, Regum, & tot Chriſtianorum Magnatum, ac Judicum, quî tot blaſphemias in Deum, tot crimina Læſæ Majeſtatis, tot injurias, impoſturas, & mendacia *iſtorum, jure Divino ſibi ſubditorum*; tam diu impunitam ferre poſſunt! imo etiam multiplicari ſinunt! ſed & eheu propugnant! Si hiſtorias Papatus omnes, quid jam à mille aut ſaltem à quingentis annis, Papæ, cum ſuis, egerint, quibus malis orbem, & religionem puriorem Chriſtianam affecerint, afflixerint? Nam ſicut Antichriſtus à Paulo præcipuè iſtis duobus notatur, quod *ſeſe efferens, & opponens ſeu adverſarius ſit*: ita Papam videmus, non tantum his modis *ſeſe efferre*: ſed etiam, ſi quicunque doctrinam Verbi ſequendo, hanc ejus elationem Antichriſtianam reprehendere, vel arguere auſint, aut compeſcere aggrediantur, illis *omnibus ſeſe opponere & adverſari*: dùm, non tantummodo, fideliſſimos quoſque Doctores, monitores, & rectiſſimos Dei cultores, qui profligatam idololatriam, ſuperſtitioſas traditiones humanas, & omnem mali ſpeciem vitant, è diametro, tantùm Dei Verbum in Eccleſiis prædicari, audiri & inſtitutionem Chriſti cuſtodiri debere, docent, ipſos, atque in illis totam Religionem Euangelicam verè Chriſtianam, *in noſtris oris, veluti poſtliminio reformatam, crudeliſſimè perſequitur*; ſed etiam totis Eccleſiis, Regionibus, & Rebuſpublicis, atque Principibus, Regibus & ipſis Imperatoribus, obſiſtere, & prætextibus iniquis, bella inferre, plurimum difficultatum ac negotii facceſſere, quin imò conflatis ſeditionibus, ac cædibus, nonnullos, poſſeſſionibus exturbare, Imperiis, Regnis, Ducatibus, & vita ipſa hoſtiliter ſpoliare, propellere, & indignis modis tractare, probris inceſſere, *cervices ipſorum calcare*, alios turpiſſimè *virgis cædere* non veretur; nec horret, ut inter multos alios Fridericorum, Henricorum Imperatorum & Henrici ſecundi Regis Angliæ, manes, etiamnùm conqueruntur, Hiſtorici lamentantur, & infra plura commemorabuntur. Nec eſt quod dicas: *quî poſſint hæc de tanto Epiſcopo, ſanctiſſimo Patre!* ſuſpiria ducimus, & nos, imo exclamamus propter abominationes iſtas quæ fiunt in communi Chriſtianitate: Verùm, ito, & leviter perſtringe talia, vel ſaltem communica hæc adulatoribus ejus, experieris, quid is ſit, & quam multi cum eo, veritati ſeſe opponere, nullo modo verentur. Ille ergo *ſanctiſſimus ſcilicet Pater*, *Eccleſia Catholica*

Ant: Papa perſecutionum & bellorum autor.

cum

Digitized by Google

etiam ſuis ſubditis ſolus, nec non ſanctiſſimus Dominus Deus Papicolarum, quem ipſi quidem ita vocitare non dubitant; ſed verus Deus, in verbo ſuo, *Hominem peccati, Filium perditionis, meretricem magnam Babylonem, matrem ſcortationum* nuncupat. Ille iſte, inquam, ſpiritu neſcius quo certè à Spiritu Chriſti diverſiſſimo, ac ei prorſus contrario, actus, Satanæ Draconis malitiâ & potentiâ, tanquam illa Joannis revelata Beſtia, imbutus, ac donatus, quicquid in juſtificationem ſui cum aſſeclis comminiſcatur, aut prætendat, qualemcunque Paſtorem, & habitum Agni, lupus beſtia, mentiatur, iſte duobus gladiis ſeu mucronibus paricidæ coruſcans. Iſte, *Iſte, Antichriſtus, inimicitias illas*, inter Diabolum & Chriſtum poſitas, poſt Fautorem ſuum, adverſus Chriſtum & inſtitutionem ejus, reaſſumens, *jam apertè gerit: Dùm, Eccleſiam veram*, quæ Chriſto capiti ſuo ſponſa caſta ſubdita, & illi uni arctius addicta, ejus verbo & inſtitutioni, cum ſimplicitate ſancta, adhæret; Deum in ſpiritu & veritate ſecundùm Scripturas potiùs, quam ſecundùm traditiones humanas, aut conſuetudines alicujus colit, & ſolum adorat: Cogitationes ac inſtitutiones humanas, idololatricas & vanas, imò damnabiles, adeoq; etiam Antichriſti placita vel ſtatuta Chriſto contraria deteſtatur, abominatur, & creaturas adorare non vult, *iniquiſſimè Hæreſeos damnat, & atrociſſimè perſequitur.* Hanc Chriſti ſponſam, ubi omnibus artibus, præſtigiis & prodigiis mendacibus, Antichriſtus Papa, fraudulenter, per tot ebuccinatores laudum, & mendaciorum ſuorum ſeducere nequit, excandeſcit, & tum violenter bellis opprimere atque penitùs extirpare totis viribus annititur: *quod verè proprium eſt Antichriſti.* Ideoque iſte ut hoc aſſequatur, omnibus occaſionibus intentiſſimus, ſuos omnes eodem collimare docet, & facit, quo *illam* ſuæ poteſtatis facere, ſive erroribus & moribus ac ſcortationibus ſuis inficere, corrumpere, ſive bellis & perſecutionibus in nihilum redigere, ſi non ventri ſuo tributariam reddere, certe æternum perdere poſſet, ut nemo ſit ampliùs, qui eum coarguat, ſed ille ceu maximus & ſanctiſſimus unus tranquille rerum potiatur. *Eo profecto fine, & ſcopo, Papa cum ſuis, uti aliâs ab aliquot ſeculis, complurium bellorum inter Chriſtianos cauſa & autor erat: ita hujus quoque truculentiſſimi belli executione Concilii Tridentini, per Vaſallos & Satellites ſuos, Dux & autor eſt, ut res ipſa loquitur,* & ulteriùs patebit.

Papa Antichriſtus in ſpecie hujus belli cauſa.

Digitized by Google

Sectio IV.

VAldè mirum, & probè conſiderandum eſt: *Quomodo, vel qua ratione, Epiſcopi Romani, ad tam portentoſam dignitatem & malignitatem pervenerint, ut jam prorſus Antichriſti, bellorum & malorum horum autores ſint*, quorum majores, & prædeceſſores, ab incunabulis Ecclesiæ Chriſtianæ, boni paſtores, ſicut alii Chriſtiani fuerunt, imò cum nonnulli Epiſcopi in Oriente, Hæreſibus brevi corrumperentur, horum præcipui, rectum de Deo ſenſum & purum ejuſdem cultum aliquantò diutiùs retinuerunt, & Hæreſibus obſtiterunt! Papicolæ hic miſerùm hærent, & diſpereunt: rem ita habere non credentes. Verùm, *admiranda & adoranda permiſſioni & diſpoſitioni Divina quis jam dicat: cur ita factum?* Chriſtianorum incuria, ſopor, ambitio, & contemptus Verbi Dei, in culpa eſt. Virginem caſtam, diebus Apoſtolorum Eccleſiam manſiſſe, at poſt emigrationem eorum hinc inde corrumpi cœpiſſe, Veteres aperiunt: dùm decedentibus viris Apoſtolicis vigilantioribus, quidam remiſſiùs agentes, puram ſalvificam fidem & Religionis rituumque ſimplicitatem, non tanti, quanti oportuit, faciebant, nec depoſitum Apoſtolorum cuſtodiebant; ſed, ut olim Judæi, ſimplicitatem Lege præſcripti Divini cultus aſpernati, ſplendorem idololatriæ variæ amplectebantur, eoque ſibi Pſeudoprophetas, & omnes calamitates ipſimet attrahebant: ita, proh dolor! in Novo Teſtamento accidit, ut exorbitantes Chriſtiani, poſthabita, ſola Scriptura, virorum excellentiorum & Doctorum ſuorum eloquia, & rituum adinventiones, admirarentur, ut ſucceſſu temporum magis, exorientibus Epiſcopis & Doctoribus ſuis elatis, quàm doctrinæ & exemplis, Chriſti, & Apoſtolorum adhærendum putarent, eoque ab unica ſalutis via, ad diverſa ſchiſmatum avia, *in Sectas & Hæreſes varias irent, quarum omnium Epiſcopi ſuperbientes, autores & Duces erant.* Epiſcopi, puta, non illi qui legitimè ab Apoſtolis conſtituti Eccleſiiſque præpoſiti, cum ſancta humilitate, & docendi aſſiduitate ac dexteritate parem, cum aliis Eccleſiarum Dei Miniſtris autoritatem ſervabant; ſed qui, vel Eccleſiarum frequentia, vel urbium magnitudine, vel redituum abundantia, vel auditorum potentiâ titillati, turgidi, & à Diabolo tentati, aliquanto plura de ſe quam de aliis ſentiebant, præſumebant, atque aliis ſeſe digniores exiſtimantes, inferiores præ ſe contemne-

Quomodo Papa in Antichriſtum evaſit.

Epiſcoporum inflatio.

Digitized by Google

temnebant, haeque viâ omne malum Ecclesiæ accerſebant. Quales è Romanis Epiſcopis haud poſtremi prodibant: Victor anno Domini 192. qui Eccleſias Aſiaticas ob liberam celebrationem Paſchatis excommunicare auſus fuit, & diſſidiorum inde magnorum autor ab Irenæo caſtigari meruit. Et alii poſteriores, quamvis Hæreſes Arii, Macedonii, Neſtorii, Eutychetis, Pelagii, & complurium Synodis damnarent; tamen aſtu Diaboli qui hoc Antichriſti myſterium occultè jam tum moliebatur, quique etiam bona per abuſum in mala pervertere novit, circumventi ſubinde prætextu hæreſeon profligandarum, ſingulis prope annis vel menſibus Concilia Epiſcoporum undiquaque coëgerint, magnis pompis celebrarunt: in iis varios ſibi titulos, honores & eminentias arrogarunt: identidem novas leges, novas ceremonias, novos canones & ritus, novas fidei, concordiæ, formulas, imò nova Symbola cudebant, adeo ut *Chriſtianos menſtruam fidem habere*, proverbium fieret: Cùm novis fidei formulis, & Chriſtianæ humilitatis ac ſimplicitatis corruptelis, procudebantur, novæ ſanctiones, de Baſilicis ac magnificis ædificiis erigendis, templis luſtrandis, altaribus condendis, conſecrandis, de ſedibus præeminentioribus, protocliſiis, Ordinibus miris, veſtibus excellentioribus, immunitatibus, poteſtatibus, privilegiis, cenſibus, infulis, Epiſcoporum, Prælatorum, Sacerdotum, Clericorum ſtabiliendis & augendis, *quò ſemper à veſtigiis Apoſtolorum & ſancta ſimplicitate Chriſtianiſmi longiùs recedebatur, & novum quoddam Antichriſtianum regimen inducebatur*: in quo licet multi Epiſcopi elati, pariter ambitioſi, ventris ſtudioſi, vel avari inexaturabiles eſſent, & poteſtatem, alii in alios, Romanus in Conſtantinopolitanum, iſte in Alexandrinum, hic in Antiochenum, ille in Jeroſolymitanum, &c. *tanquam* DOMINANTES CLERIS, affectarent: Tamen Romani Præſules, quorum anteceſſores per annos circiter trecentos, mitiores, manſuetiores, plerunque Martyres extiterunt, & metu Perſecutorum, teſte Guicciardino, ſine Templis, Baſilicis, pompis, in ſubterraneis abdytis vel humilibus inconſpicuis ædibus latitarunt, cætuſque occultè habuerunt, illis pedetentim ſuccedentes, *clavium & ſedis Apoſtoli Petri & Vicariatus Chriſti, prætenſione, variorum titulorum uſurpatione, urbis Romæ principatu & Imperatorum gratia ac benignitate freti*, omnes alios ambitione, elatione & poteſtate tandem ſuperaverunt, maximè cum divitiis, ex libera-

Conciliorum acta.

Romanorum Præſulum ambitiones de Primatu.

Digitized by Google

litate, primò Conſtantini Magni, deinde Regum & Imperatorum Gallicorum, at amplitudine redituum, creverunt. In Concilio Niceno Anno 326, Epiſcopi Romani, ſicut & Alexandrini, & Antiocheni poteſtas, certo diſtrictu limitabatur, & *Romanum quidem diſtrictum ſuburbicarium, Tuſcia ſuburbicaria, Piceno atque Latio ſuburbicario, limitatum fuiſſe IACOB: Gottofredus è tenebris luci reddidit*; Verùm Romanus poſtmodùm Præſul, limitibus ſuis exorbitans univerſæ Chriſtianitatis Imperium, primo ſpirituale, mox & temporale, aſtu & tyrannide invadere ſtuduit: in quo, tum novæ Romæ ſeu Conſtantinopoleos, tum Alexandriæ Epiſcopos, ut ex Regiſtro Gregorii patet, diu æmulos habuit, in cæteris attentatis, pientiores ſemper ipſi contradixerunt, aut de ejus auſis conqueſti ſunt. Sicuti Socrates ſub Theodoſio Juniore Anno Domini 424. lib. 7. cap. 11. jam tùm *ultra Sacerdotium ad principatum ſecularem Epiſcopos Romæ & Alexandriæ provectos fuiſſe queritur. Et cùm Romanus primæ Sedis ac Petri Cathedræ prætextu, SOLVS, SVMMVS SACERDOS, PRINCEPS SACERDOTVM, & VNIVERSALIS EPISCOPVS haberi voluiſſet*, maxima auctoritate Chriſtianitatis in Synodo Carthaginenſi 3, Cap. 26. decreto cautum fuit, ne quis ita appelletur. Quod & in Canonibus Juris, apud ipſos recepti, Diſtinct. 100. repetitur: *Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus.* Item: *Nullus Patriarcharum univerſalitatis vocabulo unquam utatur: Quia ſi unus Patriarcha univerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.* Ubi etiam Rubrica habet: *Nec etiam Romanus Pontifex univerſalis eſt appellandus.* Cumque porro contra Canones ipſos, primatum & Monarchicum univerſale dominium, in reliquos omnes Epiſcopos, Romani, etiam fraudibus & impoſturis, quærerent, cum æterna ſui nominis ignominia repreſſi ſunt, & edictum ſortiti erant: *ne ullum jus deinceps Romano Papæ ſuper Africanas Eccleſias concernatur aut concedatur.* Factum id in Concilio Carthaginenſi, 6, cui ſanctus Auguſtinus interfuit, circa annum Domini 420. in quo *Zoſimus*, max. *Bonifacius*, tandem & *Cæleſtinus Papæ Romani*, qui tres durante uno Concilio, Romæ ſederunt, per Legatos contenderunt, ementito quodam Niceni Concilii Canone: *Africanos trans mare Romam quaſi ad prætorium appellare oportere.* Verum cùm in originalibus & rectis ejus Concilii actis quæreretur, & nihil tale

Chriſtianorum oppoſitiones.

Digitized by Google

tale inveniretur, *fraus eſt detecta & illi meritò confuſi*. Et tamen porrò ſine fronte, tale quid ſibi deberi exiſtimarunt, ſiquidem Conciliis Orientalibus, nunquam niſi per Legatos intereſſe voluerunt ob duas cauſas ut Bellarminus fatetur, 1. *ne aliis aliquid honoris haberent, quorum ſe caput eſſe ſtatuebant, & quòd non videretur conveniens caput ſequi membra*, quaſi verò conveniens, caput non eſſe cum corpore & membris, 2. *ne Imperatoribus præſentibus & primas ſedes occupantibus loco cedere cogerentur*, quaſi illi ſupra omnes Epiſcopos & ſupra omnes Imperatores caput eſſent: donec tandem per multa & poſt multa conciliabula frequentata, quibus ipſi domi præſidebant, in quibus ipſi ſua concludebant, & quibus ipſi nomina & autoritatem Conciliorum æcumenicorum tribuebant, *per fas & nefas, id ſibi raperent, & ipſi confirmarent, quòd merè Antichriſtianũ eſt*, etiam ipſorum calculo. Nam cùm circa annum Domini 600, Joannes Epiſcopus ſeu Patriarcha Conſtantinopolitanus, magnitudine illius urbis, & Patrocinio Mauricii Imperatoris, turgidus titulum, *Univerſalis Epiſcopi*, ut ſupra alios eſſet, affectaret, ibi Gregorius Magnus ipſe Romanus Papa, magnoperè illi reſiſtebat, & in Regiſt. lib. 6. epiſt. 30. ad Mauricium Imperatorem ſcripſit, *Ego fidenter dico, quòd quiſquis ſe UNIVERSALEM Sacerdotem vocat, aut vocari deſiderat, is in elatione ſua præcurrit Antichriſtum: quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit*. Sic igitur Papæ Romani cum idipſum agunt, & omnibus ſeſe præponunt, ſententiam in ſemetipſos, velut ore proprio, aut ore majorum ſuorum, quos errare poſſe non concedunt, latam habent. Quod ſi ob unam illam vocem *UNIVERSALIS*, meritò Antichriſtianiſmi damnantur; quanto magis ob mille alias, elatiſſimè uſurpatas, & blaſphemè ac ſacrilegè, ſpoliando Deum & Chriſtum, & Eccleſiam totam ac Magiſtratus omnes, ſuo honore, & attributis propriis ad ſuam elationem raptas, ejus rei tenentur? Etſi verò nunc vocem *UNIVERSALIS*, pudore confuſi, vix uſurpare auſint, *tamen inceſſabili voce* quilibet eorum, CATHOLICUS, CATHOLICA ECCLESIA, CATHOLICA MAIESTAS, CATHOLICI, clamant, & quidem κατ' ἐξοχὴν, id verò propriè idem eſt quod *UNIVERSALIS*, cujus ita porrò aſtringuntur.

Digitized by Google

Sectio V.

NIhilominus poſt longas & Chriſtianis indignas de Primatu ac Titulis contentiones profligato iſtinc pudore, Bonifacius III. Gregorii iſtius Magni, qui nec Papa vocari voluit, alter ſucceſſor à Phoca milite, qui ſceleratè occiſo Mauricio Imperatore, dignitatem Imperialem, invadere auſus eſt, illum, *VNIVERSALIS Epiſcopi, gradum, &, cum Primatu Romanæ Eccleſiæ ſuper alias, titulum* anno Domini 606, nequiter impetravit, & nequicquam contradicentibus Græcis, omnibuſque Epiſcopis aliis, & omnibus verè piis, Bonifacius IV, anno 607, celebrato Romæ cum ſuis Concilio, *privilegium hoc Phocæ paricidæ, cui nullo jure licuit, tale Idolum & irritamentum diſſidiorum in Eccleſia Chriſti collocare*, ambitioſiſſimè promulgavit, & ſibi confirmavit. Ab eo tempore omnes Romani Flamines, ad hunc uſque diem, hoc improbo titulo *Primatu & Dominio ſuper Cleros ac ſuper alias omnes Eccleſias ſuperbire auſi ſunt*, quibus omnes illuminati & verè pii Chriſtiani, ſemper ubi potuerunt, contradixerunt, ita ut *mille circiter annos integra pax in Eccleſia non poſſit obtineri.* Romani, contemptu aliorum omnium, maximi, ſemper ampliores titulos & honores ſibi quæſiverunt, excogitarunt, & aſſuerunt, adeò ut ſi quis jam Deum & Chriſtum ipſum exaltare velit, majores, illuſtriores ac celſiores voces vix invenerit, quam quibus iſti nequiſſime ſuperbiunt, & omnibus ſeſe præponunt. Summus Pontifex in Lege fuit typus Chriſti Principis Paſtorum, qui dicitur Pontifex Magnus: hi ut ſupra Chriſtum ſeſe efferant; *Pontifex Maximus* dici audent. qui tamen titulus & dignitas olim Imperatorum Romanorum propria fuerat, & citra crimen rebellionis, illi quod eſt Imperatoris uſurpare nequeunt. in eo Flaminum Babyloniæ, & Numæ Pompilii, non Chriſti Vicarii, eſſe deprehenduntur. Nihilominus perrexerunt, & à diebus Conſtantini Magni *tectè* à Phocæ abominationibus, ad Carolum uſque Magnum, *ſenſim*, à Carolo Magno ad Carolum quartum, *apertè & vehementer* ad hocce prodigioſum Antichriſtianæ magnitudinis faſtigium, contenderunt, nimirùm ejuſmodi ſuperbis ac magnificis titulis, prætenſionibus, ac propriis laudibus, prorſus vanis, falſis, & impoſtoriis, *totum propè orbem, & miſeros Chriſtianos, ita faſcinarunt, ut pro qualibus ſeſe oſtentarunt, hi tales ac tantos ipſos veluti Deos eſſe putârint, eos magnis*

Phocas nullo jure univerſale idolum aut Papæ primatum erigere potuit.

hono-

Digitized by Google

honoribus & donis affecerint, eoque ulterius promoverint, non mediocris tantum conditionis homines, ſed etiam Reges, & ſummi Imperatores. Qualis fuiſſe perhibetur Conſtantinus Magnus, qui, *ſi non fallit Platina*, Romano Sacerdoti, mitram, auro gemmiſque diſtinctam impoſuit, & erectum tale Idolum miſer adoravit. quo etiam poſt annum Domini 1000, Nicolaus Papa, ut à Gratiano citatur, Diſt. 69. cap. 7. gloriari non veritus eſt: *Romanum Pontificem à pio Principe Conſtantino DEVM appellatum conſtare:* & Auguſtinus Steuchus Papæ Bibliothecarius, non dubitat hoc totum laudare, dicens: *Audis ſummum Pontificem à Conſtantino DEVM appellatum & habitum pro DEO? cùmque eum præclaro illo dicto decoravit, adoravit uti Deum, uti Chriſti & Petri ſucceſſorem DIVINOS EI HONORES quoad ejus potuit, tulit, velut vivam Chriſti Imaginem veneratus eſt.* Quod Papa & ſervi ejus jactant, eo fine, ut, quod illum feciſſe forſan mentiuntur, omnes Reges & Imperatores ſemper facere debere, evincant, ſicuti Blondus lib. 3. Roman. inſtauratæ ſcripſit: *Omnes Principes orbis terrarum Pontificem ut Deum ſummum honorant & colunt.* Cùm, ſi boni Angeli eſſent, & ſpiritu quo Petrus agerentur, potiùs inhiberent, ac dicerent: *Vide ne feceris; Conſervus tuus ſum, DEVM adora. Surge, & ego ipſe homo ſum.* Actor. 10. verſ. 26. Apocal. 19. verſ. 10. ſi non Antichriſti eſſent: Verum hic omnia huic Spiritui contraria. Quò verò Conſtantinum, ſuis titulis atque elatione perduxerunt, eodem alios haud dubiè multos inclinarunt, ut ipſos donis & honoribus eveherent, & creaturas indignas idololatræ adorarent. Sicut Aripertus, *Italiæ Rex*, Anno 704, *Alpes Cottias Papæ quaſi Eccleſiæ dedit, & Ina Rex Angliæ Gregorio III regnum ſuum vectigale fecit*, Anno 740. *Imperator Anaſtaſius Nicomediæ, Pontifici Conſtantinopolim tendenti, occurrens proſtratus pedes publicè deoſculatus eſt*, Anno 713. unde illa, ſacra ſcilicet, *Pedum oſcula*, ab omnibus Regibus terræ urgentur. Anno 746, *Pipinus à Zacharia Papa Rex Francorum effectus, illi Sedi Romanæ quaſi Apoſtolicæ multas ditiones, gratitudinis ergo, donat, Paparumque divitias & ſuperbiam valdè auget.* Paulò poſt, *Filius ejus Carolus Rex Galliarum*, Anno 774, *ſingulos gradus ſcalarum Baſilicæ S. Petri deoſculans, ad Pontificem Hadrianum, aſcendit, non ſine muneribus, Papa eum in atrio ſuper gradus expectante:* Qui, Carolus Magnus tandem dictus, Anno circiter 800, *cùm donationem patris ſui Pipini ratam haberet, ac Sedi illi Romanæ plures adhuc provincias donaret,* eamque

Papa ſe pro Deo effert.

Donationibus provehitur.

Digitized by Google

eamque elatiorem redderet à Leone III. Papa Imperium Occidentale in ſignum gratitudinis à Græcis ad Francos Antichriſtiana diſpoſitione tranſlatum accepit, in die natalis Domini. Mox *Ludovicus Pius* anno 814 *Imperator factus, donationem Caroli patris comprobavit, confirmavit, & illam acceſſione aliquâ illuſtriorem effecit*: Unde Papis, *veriùs quam ex ficta donatione Conſtantini*, tantæ divitiæ, tanta elatio, ut non omnes tantum Epiſcopos, longè ſuperarint, & magni Domini effecti ſint, ſed etiam Regibus & Imperatoribus, amplitudine ditionum & theſaurorum comparari, imò omnibus anteferri velint.

Sectio VI.

Papæ abjecta ſimplicitate Chriſtiana omnia träſformarunt.

INde, paupertatem & humilitatem Chriſti, & Apoſtolorum, planè ſpreverunt: inde facilius, tenuioribus omnibus, ſeſe præpoſuerunt: inde magis dominium in omnes ſibi arrogarunt: inde ſybariticum luxum & ſplendorem idololatricum invexerunt: inde faſtuoſiſſimis animis, quo ulteriùs eo ſolutiùs creverunt: atque plures adulatores gnathones, & ſervos, qui ipſos laudibus altiùs proveherent, repererunt: quibus *magis dementati ac ſeducti, non quæ Chriſti eſſent, quæſiverunt, ſed ſua tantum promoverunt, quicquid allubeſceret egerunt, in Eccleſiaſticis & Politicis diſpenſarunt. In Eccleſiaſticis*, quaſi Chriſtus fidei conſummator non eſſet, nec religionem per Apoſtolos ſatis benè & perfectè inſtituiſſet, ſed iſtis omnia perficienda, vel expolienda reliquiſſet, aut quaſi jam ante à ſuperioribus Epiſcopis & Conciliis inflatis, ac Magiſtro Ceremoniarum Gregorio Magno, aliiſque ſatis mutatum, invectum, corruptum, atque à ſimplicitate primitiva diſceſſum, non fuiſſet, adhuc ſubinde, novos cultus, novas leges, novos fidei articulos, Imagines in templis, earum adorationes, invocationes, conſecrationes, nova feſta, eorum qui ipſis ſancti eſſe videbantur, & canonizationes, adulatorũ ſuorum, Miſſas, Monachorum ordines, Tranſſubſtantiationes, Proceſſiones, Liturgias, Litanias, privatas Confeſſiones, & alias innumeras Ceremonias invenerunt: *quo ſuum ſplendorem & elationem ſemper tueri poſſent, ex omnibus adinventis, lucrum aurum à populo quæſiverunt, omnia & ſingula ſacra, cuivis venalia proſtituerunt, ne cui gratis naſci, baptizari, vivere, communicare, peccatorum remiſſionem accipere, nec mori nec ſepeliri nec computreſcere ſepultis liceret, avaritia ſua & ceremoniarum, ubique ac Miſſarum multitudine effecerunt.* Cùm in Eccleſia, ac Religionis negotio, ſi vel

Eccleſiam Religionem tot inventis polluerunt.

Digitized by Google

vel tantillum aliter atque Lege Dei ſancitum eſt, mutetur, addatur, aut dematur, aut ſaltem Sabbathi ſanctificatio non rectè, obſervetur, *Propheta, totum Dei cultum & religionem violari, exinaniri, querantur. & quiſquis ſolverit unum ex mandatis Legis minimis, & ita docuerit homines, non tantùm minimus vocabitur in Regno cœlorum, ſed etiam ſi quis totam Legem ſervaverit, impegerit autem in uno, damnas fiat omnium.* Matth. 5. verſ. 19. Jacob. 2. verſ. 10. Iſti non tantum unum, aut multa, mutarunt; ſed totum Dei Verbum contempſerunt, ſuis arbitrariis, interpretationibus ſubegerunt, Laicis ex manibus excuſſerunt, & totum cultum perverterunt; adeoque ſic *jam in Regno Dei minimi & omnium damnates,* porro *maximi, ſanctiſſimi, cælorum clavigeri,* haberi voluerunt: ſua placita & humanas traditiones magis quam Dei Verbum cuſtodiri præceperunt: tranſgreſſiones Legis ac flagitia omnia horrenda, levibus nummis ex taxis pœnitentiariis æſtimarunt, dimiſerunt, ſuorum mandatorum neglectum duriſſimè puniverunt. Qui per omnia cum ipſis non ſentiret Hæreſeos condemnarunt, qui traditiones ipſorum non obſervaret, ſed ſoli Dei Verbo atque inſtitutioni Chriſti adhærere vellet, alios puram Dei cultum doceret, ejuſmodi quemvis atrociſſimè perſecuti ſunt, excommunicarunt, cremarunt, & inauditis ac horrendis carnificinarum generibus omnibus Tyrannis prioribus ſuperiores, jam innumerabiles Martyrum Myriadas effecerunt, adeò ut quod jam deterius agat Antichriſtus ſi quis alius venire debeat, nihil ipſi reliquerint.

Papæ pro lubitu rem gerunt in Eccleſiaſticis.

In Politicis, à quo Chriſtus & Apoſtoli alieniſſimi iſti, omnibus Regum, Principum, Rerumpublicarum & Imperatorum actionibus ſeſe immiſcuerunt, & obtentis privilegiis ſeſe planè ex ipſorum poteſtate & ſubjectione exemarunt: Anno ſtatim 884, Hadrianus III Papa Romæ ſtatuit: *ne in creando Pontifice Imperatoris expectaretur autoritas, ſed libera eſſent, & cleri, & populi ſuffragia.* Ex quo magna ſatis in Imperio ſecuta eſt perturbatio, & Pontificia Schiſmata; ſiquidem ut Bellarminus ad annum 900 adnotat, *alios Pontifices creabant Germani, alios Itali.* Anno 996, Gregorius V non potuit non huc ſeſe immiſcere, & Electores Imperii Romani approbare, ex quo deinde, neminem cenſuerunt legitimum Principem aut Magiſtratum eſſe, niſi quem Papæ approbarent: quin imò jam ſibi ſolis rapuere jus & poteſtatem Reges Imperatores conſtituendi,

In Politicis omnia turbarunt & perverterunt.

tuendi, deponendi, & pro arbitrio tractandi, bella movendi, vel transferendi, vel omnes excommunicandi. Nam circa annum 900. *cùm Ludovicus IV, legitimè in Imperatorem electus eſſet, Papa alium ſalutat Imperatorem Ludovicum Boſonis filium.* Anno 1020, ait Bellarminus, *iiſque temporibus Pontifices Romanos à pietate Veterum degeneraſſe. Hildebrandus ſeu Gregorius VII, anno 1073 primum Imperatorẽ excommunicavit, & poteſtatem conſtituendi Imperatorem ſibi arrogavit.* Anno 1096, & ſequentibus, Urbanus II, & ſequentes Papæ, *Bellum ſacrum quod vires Romani Imperii admodum debilitavit ad annum 1270 conflaverunt, & urſerunt.* Anno 1140, *Gratianus* Decreta, & *Lombardus* Sententias compilantes, Paparum ſuperbiam, & potentiam, ita ſuffulciverunt & animarunt, ut illi ſeculis iſtis nihil diligentiùs egerint, atque ſuis excommunicationibus ac brutis fulminibus orbem & Magiſtratus omnes terruerint. Quotquot ipſorum placita proni adorare noluerunt, vel ſuperbiam illam Antichriſtianam eſſe cenſuerunt, vel aliquatenus compeſcere ſtuduerunt, eos Papæ variis bellis implicabant; debellatos thronis deturbabant, Provincias & loca ipſorum occupabant, ab aliis omnibus tributa, vectigalia, quibus potuerunt artibus, extorquebant, Reſpublicas omnes, Principes, Reges, & ipſos Imperatores, vel ſibi prorſus addictos, & obligatos, uti Vaſallos efficere ſatagebant & exugebant, vel certè, ſi renuerent, excommunicabant, ipſi bellis invadebant, vexabant ac fatigabant, & invicem cum aliis committebant, donec aliquando, vel horum, vel illorum, viribus attritis, ac bello fractis, aut familiis funditus exciſis, ipſi Papæ, ditiones, Provincias & regna ipſorum, ad ſuam illam Antichriſtianam, quaſi Eccleſiaſticam excellentiam, & juriſdictionem pertraherent, & ſemper majores exiſterent. *Quo ſcopo & ipſos Cæſares Roma eliminarunt, eorumque ſedem cum divitiis & magnificentia in urbe ſepticolli uti prædictum de Antichriſto, occuparunt, ubi hodièque ſedent.* Sedent in templum Dei, & ſemetipſos oſtentantes pro Catholica Dei Eccleſiâ loquuntur, prorſus cum Babylone: *Sedeo Regina, nec ſum vidua, nec luctum videbo.* Ideò neminem jam dudum timuerunt aut quaqua reveriti ſunt, nec à quoquam judicari aut corrigi ſuſtinent. Sed ipſi, in templo Dei tanquam Deus ſedentes, ac Deum ſe eſſe præ ſe ferentes, & quicquid agunt Deum agere tuentes, multis nationibus, populis, Regibus & Imperatoribus ſuis, formidabiles ſunt, ab omnibus ita faſcinatis adorantur, &

oſcula

Digitized by Google

oſcula pedum ſuſcipiunt: omnes ſibi magis quam Deo obſequioſos habent, donec nemeſi divinæ tradatur: *Ipſa ſedes Conſtantinopolitana*, quæ, ſicuti omnes Orientales, & hinc inde veri Chriſtiani faciunt, Paparum elationem, & Primatum, ad annum uſque 1204 execrata erat, *tandem illis quoque per annos 23 ſubjecta fuit, & Robertus Conſtantinopoleos Imperator, anno 1221 Romam profectus eſt, ut à Pontifice coronaretur*, quem ob diſtractionem Imperii, potiùs equis diſtrahere debuiſſet.

Sectio VII:

POſtmodùm tamen Græci videntes, quo tenderent Papæ, cùm circa annum 1316 à Joanne XXII, ad unionem, cum Eccleſia Romana, quaſi illa plenitudinem poteſtatis ſibi in perſona Petri ſuper univerſam Eccleſiam conceſſam verè haberet, ſollicitarentur, Laconicè reſponderunt; *Potentiam tuam ſummam circa ſubditos tuos firmiter credimus, ſuperbiam tuam ſummam tolerare non poſſumus, avaritiam ſatiare non valemus: Diabolus tecum, quia Dominus nobiſcum.* Ipſe Bajazetus Turcarum Imperator, Chriſtianorum in Oriente peſtis, intelligens Papam pro arbitrio in Chriſtianitate agere, & tamen avaritiæ mancipium eſſe, circa annum 1495 cum Pontifice paciſcitur: *ſe ipſi in ſingulos annos 60000 ducatorũ penſurum, ſi arma Caroli VIII Regis Francorum, quem Pontifex Romanus Conſtantinopoleos Imperatorem titularium fecit, & ei Neapolitani Regni inveſtiturum largitus eſt, à cervicibus Turcarum avertat.* Sic nimirùm Papæ quod in bello illo Sacro nefariè egerunt, etiam in ſequentibus bellis, cum Turca, licet ſimulent ſe Chriſtianos ſervare, Turcarum tyrannidem reprimere velle, tamen hoc agunt, ut Chriſtiani diſtracti, communibus armis omnes potentiæ Turcicæ non reſiſtant, etiamſi ab illis premantur, modo illi lucrum inde habeant, & magis evehantur, etiam dudùm hoc Matthæus Paris in Papis anno 1246 notat: *Nova in Curia Romana inolevit conſuetudo, ut, cùm bellum inter aliquos Nobiles moveretur, unam partem ad eam confugientem, excommunicando alteram, & illos abſolvendo, potenter foveret, ut qui per illam reſurgeret omni tempore ipſi teneretur obligatus.* Imò quid non Antichriſtianum ſingulis ferè annis geſſerint, hiſtoriæ eorum temporum ſatis indicant. *Anno 1205 Innocentius III, Canonem Miſſæ, quæ eorum regno plurimum lucri affert, confirmat. Anno 1215, Romæ in Concilio demum Tranſſubſtantiatio, &*

Papa Satanæ datus.

Paparum nova merè Antichriſtiana opera, è quibus agnoſcendi.

Amplius polluunt & obruunt religionem ſuis.

Confeßio auricularis ſancitur. Anno 1223, Honorius III, *Ciborium in quo hoſtia ad idololatricum cultum aſſervetur, excogitavit, cùmque à Presbytero attollitur aut circumfertur, in genua procidere, omnibus præcepit. Circa annum 1300, Bonifacius* VIII, *poteſtates omnes, tum Eccleſiaſticas, tum Politicas ſuæ ſubjectas eſſe jactat: In publico incedens gladio accinctus, & corona redimitus, ſe Papam juxta, & Imperatorem eſſe ait: Iubilæum primum celebravit: Reges in temporali & ſpirituali, ſibi ſubjacere debere, ad Philippum regem Franciæ ſcripſit, contra ſentientes, pro inſanis habuit. Feſtos dies, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, & quatuor Doctorum, nempe Gratiani, Lombardi, Franciſci, & Dominici, quorum ſcriptis quaſi rotis quatuor, Papæ vehuntur, inſtituit. Anno 1409 Alexander* V, *ſtigmata Franciſci blaſphemi diplomate confirmat, ea in articulis fidei haberi jubet, illiſque Feſtum ponit.* Idem paulo poſt, *Scripturarum in linguas vernaculas tranſlationem damnavit, prohibuit, & Verbum Dei in linguis diverſis periculoſum, veluti hæreſin eſſe hoſtis Verbi Dei putavit. Anno 1465, Paulus* II, *Mitram Pontificalem precioſiſſimis gemmis coruſcam geſtavit, & primus ille Papam humana omnia divinaque jura, in ſcrinio pectoris ſui continere effutiit. Anno 1470, Pſalterium Virginis Mariæ, & Roſaria recipi in Eccleſia fecit. Anno 1484, Indulgentias quaſi viventibus & mortuis profuturas, venum dedit, Reliquias paſſim in magno precio haberi voluit, Innocentius octavus. Alexander* VI, *circa annum Domini 1500, ſibi Dominium in orbem terrarum vendicavit: Cùm Ferdinandus Catholicus terras novas, per ſuos inveniſſet, eas illi quaſi antè ibi aliquid dominii habuiſſet, irrationabiliter, lucrum intendens, donavit. Africæ oram, quaſi & ibi dominaretur, Portugalliæ regi aſſignavit, ad Iubilæum omnes mundi Optimates, vel eorum Legatos, Romam ſpe donorum invitavit. Leo decimus, anno 1517 Indulgentias decem aſſibus in ſingulos æſtimatas, circum circa per orbem miſit.* Hæc religionem concernere occultatâ avaritiâ videbantur. Sed apertæ & inſatiabilis avaritiæ hæc interea fuerunt. Anno 1155, *Hadrianus quartus Henrico ſecundo regi Angliæ, Hiberniam ea conditione concedit, ut à ſingulis domibus, quotannis denarium S. Petro pendi curet, atque jura papiſtica illibata ſervet,* quaſi Petrus Apoſtolus jam talibus egeat! aut Papa Petrus eſſe queat! aut Papalia inventa ſint jura Eccleſiaſtica. Anno deinde, 1211, *Rex Angliæ ab Innocentio nocentiſſimo tertio, anathemate percutitur, Regnum illius primo occupanti permittitur, tandem ut pax retineri, & avaritiæ Papali concedi queat, id utrumque Angliæ & Hiberniæ regnum Papæ obnoxium redditur.* Anno 1228., *Gregorius nonus, decimas extor-*

Paparum res geſtæ ex religione.

Paparum inſatiabilis avaritia.

Digitized by Google

xtorquet Angliæ. Idem eodem anno à Friderico ſecundo Imperatore quem *Extorſio*
imulabat in gratiam reſtituere, cum nihilominus odio perſequeretur, pro ſi- *pecuniæ.*
nulata ſaltem gratia precium unciarum auri centies vicies millium accepit.
terum anno 1240, *quintum beneficiorum, ut vocant, in Anglia rapuit.*
& ſucceſſor ejus Innocentius IV, anno ſtatim 1244. *tributum ab*
Inglis exigit, qui miſeri ut ſunt religioſiores, patri ſpirituali concedendum
ſſe concluſerunt. Tandem anno 1246, *Triens proventuum Eccleſiaſtico-*
um etiam à Sacerdotibus devotioribus penditur, dimidia vero trium anno-
um à cæteris. Anno 1249, *idem Papa in Galliis præſertim Belgica, pri-*
no viceſimam ac mox decimam omnium proventuum & decimarum exige-
at, additis minis graviſſimis. Ejuſdem Legati anno 1255, abſolutionem
mnium peccatorum in Anglia ære mutarunt, & interea ſacra omnia paſſim
enalia habuerunt, merè Simoniaci fuerunt. Anno 1287, *Honorius* IV, *Simonia.*
n Germania quartam proventuum Sacerdotalium partem, acceptare non
ubitavit. Et impoſſibile fuerit omnia recenſere, aut quantam vim
ecuniarum vorago iſta, corraſerit numerare. Anno certè 1333,
ohannes XXII, *expirans theſaurum vigeſies decies centenûm millium Phi-*
ippicorum reliquit. Nihilominus alii, quaſi ipſis nihil ſufficere poſ- *Dorophagia.*
it, ex omnibus, annates, vectigalia, tributa, dona quæſiverunt: ex
rivilegiis, bullis, ſigillis, ex coronationibus aut confirmationibus,
ictis, Regum & Imperatorum, ex ordinationibus & inveſtituris ac
romotionibus Eccleſiaſticorum, & Politicorum officiorum, etiam
x tolerantiis concubinarum & meretricum: ex venditione cœli,
erræ, ad ſepulchra Aquæ *Luſtralis*, Aëris, cum ſonitu æramento-
um, Ignis *in candelis*, è venditione Meritorum Sanctorum ficto-
um, Miſſarum pro vivis & mortuis millies fruſtra celebratarum,
tiam cantillenarum, & remiſſionis falſæ omnium peccatorum: *ex*
uibus velut in mare omnia undiquaque flumina fluunt, & non exundat, ita
n Cameram Paparum ex diverſis mundi partibus auri pondo millia con-
uunt, tamen non impletur, ut multi optimi viri ſancti conqueruntur. Et
mperatores ac Magnates nonnulli, etſi non ignoraverint Papis tot
antoſque eſſe reditus, tot tantaque Dominia, provincias, tantaſque
ivitias, tam nimis multa jam dudum, ab aliis maximè à Gallis do-
ata, ut vix illis paria, ipſi poſſideant; tamen porrò plura addebant,
onec tandem Antichriſtus conſummatus exiſteret. *Ut Fridericus* *Adhuc donationes.*
mperator ſecundus, anno 1220, quod Romæ coronaretur, Papam civitate &
omitatu Fundorum muneratur. Rudolphus Habſpurgenſis anno 1279, Papa

C 3 Nico-

BIBLIOTECA NAZ. ... VITT. EMANUELE

Nicolao tertio, Romaniam cum Exarchatu Ravennæ tradidit, ita ut Imperatoribus nihil juris amplius ibi ſit. Sic Imperatores legitimo ſuo in Italiam jure defraudavit, & Papam altiùs valdè provexit. Anno 1305, *Clemens quintus, majore quam ſui deceſſores ſolennitate conſecrari voluit, eoque curavit, ut multi Reges, Franciæ, Angliæ, Arragoniæ, cum maxima Principum Germaniæ & Franciæ parte adeſſent: Regum fratres ipſi ad frænum utrinque ancillarentur.* Anno 1352, *Iohanna Neapolitana Papam civitate & comitatu Avenionis, ementito venditionis titulo, donavit,* ex quo ſemper comitatus ille Paparum fuit. Eodem tempore, *Carolus quartus Imperator, Pontificis gratiam captans, omnem ei autoritatem in Germania commiſit, & fecit.* Anno 1355, *Romæ duorum Papæ Legatorum manibus coronatus, promiſit ſe non amplius diem unum Romæ moraturum poſt peractum inaugurationis ſacrum, ſed confeſtim ex Italia diſceſſurum:* Super quo Petrarcha exclamat: *O infamem diem! O pudendum facinus!* & alii, quod *Presbyterorum Imperator, Imperii proditor eſſet.* Sic ergò Romani Epiſcopi provecti, ſuis traditionibus exaltati, tot provinciis, urbibus, vectigalibus, & ſumma in Imperio autoritate donati, jam omnem Antichriſti menſuram impleverunt, & præter annos quadringentos à milleſimo Domini currentes, quibus vehementer creſcentes, tumentes, ac memorata facinora edentes, divitias corradentes, etiam Miniſtrorum honeſta conjugia circa annum 1100 prohibuerunt, Sodomiam & concubinatus conceſſerunt, & Magnatum conjugiis contra Dei Verbum diſpenſarunt, jam circa annum 1400 demum propria autoritate in Eccleſiaſticis & Politicis omnia pro lubitu diſpoſuerunt, Romæ Dominum ſummum & unicum ſeſe conſtituerunt: formam Juriſdictionis mutarunt, & in Arce S. Angeli præſidium collocarunt, ut urbem in officio contineant. Imperatores vero & Dynaſtæ omnes, oſcula pedum, & dona, ipſis deferebant, quia potentiam & excommunicationes eorum metuebant, quibus illi dudum Majores eorum vexabant, & bellis ac Tyrannide affligebant. Nam *Gregorius ſecundus, Leonem Imperatorem excommunicatum vectigalibus privavit.* Anno 720, *Zacharias Papa Childericum Galliæ Regem loco movit. Leo tertius, Imperatores Græcos in Occidente excuſſit. Alexander tertius, Fridericum primum, pedibus ſuis proſtratum, ac gratiam quærentem, calcare non veritus eſt.* Anno 1177 *Gregorius ſeptimus, Henricum quartum dejecit. Innocentius tertius, Fridericum ſecundum ab Henrico patre Imperatorem deſignatum,*

In conjugia iniquitas.

In Imperatores tyrannis.

tum Germanis invidit, atque Othoni faſces deferri extorſit, aſperrima prælia inter anti-cæſares committi fecit, tandem Othonem quartum præcipitavit. Innocentius quartus, Fridericum illum ſecundum tantoperè vexavit, ut hic Papam Antichriſtum eſſe pronunciarit, is vero ipſi Imperium ademerit. Anno 1245, *Clemens ſextus, Ludovicum Bavarum Imperatorem quartum excommunicavit, & ut intra certum tempus Imperium deponeret, præcepit.* Is ultimus Imperatorum fuit, qui Papæ reſiſtere non dubitavit, eumque vivis coloribus depingens, & flagitia ipſius coarguens, *Antichriſtum nuncupavit*, & judicavit, ut Aventinus lib. 7. Annalium prolixè ſcribit. Sequentes Imperatores omnes, ad unum à Pontificum arbitrio pependerunt. Veri Chriſtiani illuminati à fructibus iſtis, ac operipus eorum, lupos rapaces & Antichriſtos, agnoverunt, confitebantur, fugiebant, & ab ipſis perſecutiones paſſi fuerant.

Sectio VIII.

NEque eſt, quod æquo prolixiùs hic tam multa cumulari cenſeas, aut adhuc, num ille ſit Antichriſtus, hæſites Illuſtriſſime; nam, problematicè quaſi quædam, & ſummatim tantum referre placuit; nec milleſima pars eorum ſunt, quæ iſti Antichriſti jam deſignarunt, quibus ſeſe prodiderunt, & quæ alii plurimi doctiſſimi, atque optimi viri, magnis Tomis & innumerabilibus voluminibus, luci expoſuerunt, exponunt: ſi non vacat omnes inſpicere, ſaltem Myſterium Iniquitatis, Philippi Mornayi Herois Galli, & D. Balæi, de Papis ſcriptum, accuratiùs legatur. Mirari ſubit! adeò, ut quemadmodùm de Chriſto ſcribitur, ac Evangelio Joannis concluditur: *Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur ſigillatim, ne mundum quidem ipſum, opinor, capturum eos, qui ſcriberentur, libros*: ita profectò, ſi omnes Paparum Vitas, Hiſtorias, & res jam ſupra mille annos geſtas, cogites, quæ, qualia, quanta, ſanctiſſimi ſcilicet iſti Patres, patrarunt, apparebit: ſi omnia ſigillatim ſcribantur, ne mundum quidem totum capturum eos, qui ſcriberentur, codices. Chriſtus omnia benè, iſti Antichriſti omnia malè. Nec facilè definire, quorum cæcitas, induratio, & obſtinatio major: Judæorum ne, qui ex tam multis bonis ſalvificis, & magnis operibus quæ fecit Chriſtus, eum Meſſiam agnoſcere, atque in eum credere non potuerunt: an Papicolarum modernorum, qui ex tam multis & gran-

Hæc hic problematicè: alii ſolidè.

Paparum facinora infinita, mala.

Digitized by Google

& grandibus Paparum factis damnabilibus, jam in lucem productis, eos pro Antichriſtis agnoſcere, & jugum ipſorum excutere nolunt? Neque nos nunc primi ita ſentimus, aut temerè quidquam aſſerimus, ſed à principio, omnes Sancti, talem qui talia auderet, qui ſeſe ita efferret, ac omnibus bonis opponeret, pro Antichriſto agnoſcendum, etiam ſi Epiſcopus eſſet, docuerunt, & aliquot jam ſeculis, ante nos plurimi Chriſtiani veri, Doctores, Martyres, Eccleſiaſtici, Politici, in mediis etiam tenebris, iſtum Papatum, Antichriſti regnum, & Papam Antichriſtum eſſe, obſervarunt, & conſtanter aſſeruerunt, etiam totæ multæ Eccleſiæ, Synodi Epiſcoporum, Reges & Imperatores, & illi ipſi, quoties duo aut tres Papæ ſederunt, invicem ſemetipſos, ejus ſceleris condemnarunt: nimirum tàm elatos & malos Epiſcopos Antichriſtos eſſe, è Scripturis & doctrina Patrum didicerunt.

Antiquiora teſtimonia quod Papa Antichriſtus.

Gregorius Magnus.

Siquidem Gregorius ille Magnus ante mille annos Antichriſtum ceu Regem quendam Sacerdotum, præ foribus eſſe animadvertit, *eique Sacerdotum exercitum*, qui cum duces eſſe debeant humilitatis, cervici militant elationis, *præparari* ſcripſit, adeoque eum fore qui ſe titulo ſceleſto, ſtulto, frivolo, ſuperbo, profano, pompatico *Vniverſalem* vocaverit, & cæteris omnibus prætulerit, quod jam à Bonifacio tertio omnes Papæ faciunt, definivit.

Arnulfus.

Arnulfus Aurelianenſis Epiſcopus circa annũ Domini 1000, in Concilio Remenſi de Pontificibus Romanis apertè peroravit: *Quid proſunt leges conditæ, cùm ad unius arbitrium omnia dirigantur? quod ſub hac tempora vidimus, Romæ tyrannide prævalente: O lugenda Roma, quæ noſtris majoribus clara Patrum lumina protuliſti, noſtris temporibus monſtroſas tenebras futuro ſæculo famoſas effudiſti!* Mox, Joannem Papam cognomento Octavianum in volutabro libidinum verſatum, contra Imperatorem Othonem conjuraſſe, queritur, & poſtquam, quot quantaque tum iſte, tum ſucceſſores, regnante Othone, ſcelera, flagitiaque patrarint, quas cædes, ſtrages, vindictas, ediderint, ſummatim perſtrinxiſſet, addit: *Succedit Romæ in Pontificatu horrendum monſtrum Bonifacius, cunctos mortales nequitia ſuperans, etiam prioris Pontificis ſanguine cruentus, & is etiam fugatus atque in magna Synodo damnatus. Num talibus monſtris hominum ignominia plenis innumeros per orbem Dei ſervos ſubjici æquum eſt?* tandem ait: *Quid hunc Reverendi Patres in ſublimi ſolio reſidentem, veſte purpurea & aurea radiantem eſſe cenſetis? nimi-*

rum,

Digitized by Google

rum, ſi charitate deſtituitur, ſolaque ſcientia inflatur & extollitur, Antichriſtus eſt, in Templo Dei ſedens, & ſe oſtendens tanquam ſit Deus, in Templo Dei tanquam ſtatua, tanquam Idolum, à quo reſponſa petere, marmora conſulere eſt.

Bernhardus Abbas Clarevallenſis, circa annum Domini 1180, magnæ autoritatis vir in Galliis, Mira, Papæ, Epiſcopis, & Sacerdotibus illorum teſtimonia ſcripſit; *Videtur bone Ieſu, contra te conſpiraſſe univerſitas Chriſtianorum, & illi in perſecutione tua primi ſunt, qui in Eccleſia videntur primatum tenere, & gerere principatum.* In Sermone de converſione Pauli: *Heu! heu! Domine Ieſu, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum diligere, gerere principatum: Arcem Sion occupaverunt, apprehenderunt munitiones, & univerſam deinceps liberè & poteſtativè tradunt incendio civitatem; miſera eorum converſatio, plebis tuæ miſerabilis ſubverſio! non ſolum in temporalibus, ſed & de animarum ſalute noviſſima cogitatio eſt: inique agunt contra Chriſtum: multique ſunt noſtris temporibus Antichriſti. Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus Iudicibus Vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum.* In Cantic. Sermon. 33. *Serpit hodie putida tabes per omne corpus Eccleſiæ: Omnes amici & omnes inimici, nulli pacifici, omnes quæ ſua ſunt quærunt: Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt Antichriſto: honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, Regius apparatus, inde aurum in frænis, in ſellis & calcaribus: & plus calcaria quam altaria fulgent: ejuſmodi ſunt Eccleſiarum præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi. Ipſe enim eſt Antichriſtus à Paulo notatus, hæc illis de bonis ſponſæ, quæ ſpoliata, pauper, nuda, miſeranda facie relinquitur.* In quadam Epiſtola: *Beſtia illa de Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, & bellum gerere cum Sanctis, Petri cathedram occupat, tanquam Leo paratus ad prædam.* *Bernhardus.*

Eberhardus Archiepiſcopus Saliſburienſis, anno Domini 1240, Ratisbonæ in Concilio Principum, & Epiſcoporum Germaniæ, *conſenſu omnium*, ita de Romani Papæ Tyrannide & perverſitate, concionatus eſt: *Chriſtus monuit, ut falſos Chriſtos, falſos Prophetas caveamus, qui tecti pelle ovina, nimirum Chriſtiano nomine, atque Pontificio titulo, nobis dominari atque illudere cuperent. Iam ſub Pontificis Maximi titulo, paſtoris pelle, lupum ſæviſſimum, niſi cæci ſumus, ſentimus: Romani Pontifices arma in omnes habent Chriſtianos, audendo, fallendo, & bella ex* *Eberhardus.* *Oratio Eberhardi de Papa Antichriſto.*

bellis ſerendo, magni facti, oves trucidant: pacem, concordiam, terris depellunt, inteſtina bella, domeſticas ſeditiones, ab inferis eliciunt: immanitate, tyranni licentia, debacchantur: eorum culpa, juſtitia rareſcit, impietas, avaritia, cupiditas honorum, pecuniæ ſtudium, libido crebreſcit: Hildebrandus ante annos 170, primus ſpecie religionis, Antichriſti Imperii fundamenta jecit, hoc bellum nefandum primus auſpicatus eſt, quod per ſucceſſores hucuſque continuatur. Nos in ſervitutem cogere conantur, ut ſoli regnent. non ceſſabunt donec Imperatore in ordinem redacto, Imperii honore ſoluto, bonis oppreſſis, ipſi dominentur, & omnia turbent. Et mox: *Flamines illi Babyloniæ ſoli regnare cupiunt, ferre parem non poſſunt, non deſinent, donec omnia pedibus ſuis conculcaverint, atque in Templo Dei ſedeant, extollanturque ſupra id omne quod colitur: qui ſervus ſervorum eſt, Dominus Dominorum, perinde ac ſi Deus foret, eſſe cupit; ſacros actus atque concilia fratrum, imò Dominorum ſuorum, aſpernatur, nec geſtorum contra leges, rationem reddere velit: Ingentia quaſi Deus eſſet loquitur: nova conſilia ſub pectore volutat, ut proprium ſibi conſtituat imperium; leges commutat, ſuas ſancit, contaminat, diripit, ſpoliat, fraudat, occidit, perditus ille homo, quem Antichriſtum vocare ſolent, in cujus fronte ſcriptum eſt; DEVS SVM: ERRARE NON POSSVM. In Templo Dei ſedet, longè latèque dominatur: Imperator vana appellatio, & ſola umbra eſt. Iſte regna ſibi ſervire cogit, populum Chriſti, ſanctoſque intolerabili dominatione vexat, divina humana miſcet, infanda execrabilia molitur.* ut diligenter & prolixè ſcribit Aventinus lib. 7. fol. 685.

Porro arguūtur Papæ ex operibus ut Antichriſti.

Prædicatio plurium Epiſcoporū eū eſſe Antichriſtum.

Quid verò alii complures in Germania Epiſcopi, tùm de Papis ſentirent, patet ex Oratione Othonis Bavariæ Ducis, quam in Synodo Epiſcoporum & Antiſtitum, Myldorfii circa eadem tempora coram omnibus habuit: *Romanum Epiſcopum Antichriſtum eſſe prædicaſtis. Ego ad Imperatorem acceſſi. Vobis nunc rurſus bellum placet? Ad Chriſtum provoco: Dum à vobis condemnamur, à Chriſto Domino Deoque noſtro abſolvimur.* Unde Synodus illum anathemate Pontificio ſolvit, ei aſſentitur, & gratiam ejus captat, ut ibidem Aventinus lib. 7. pag. 550. Fridericus II Imperator Auguſtus iiſdem annis, etſi Romanis traditionibus addictior, verioribus Chriſtianis iniquior, tamen à Pontifice excommunicatus, & ita vexatus fuit, ut eum *Antichriſtum eſſe dixerit & ſcripſerit, ejuſque prava facinora multis detexerit, oſtendens eum Petro parum ſimilem, imò omnium teſtimonio contrarium, Phariſæum, errantem, avarum, bellorum autorem, unctum oleo nequitiæ*

Cenſuræ majorū in Papas Antichriſtos.

Friderici ſecundi atteſtatio.

pra

præ participibus ſuis, & Beſtiam aſcendentem de mari, plenam nominibus blaſphemiæ: Cardinales ejus filios Belial, in Epiſtolis multis, in primis ad Principes Imperii, ubi ait: *Pontifices Romanos auctos divitiis & dignitate à ſe atque cæteris Imperatoribus, æmulos eſſe pertinaciſſimos omnium Regum atque Principum, neque parem ultra ferre poſſe, manibus pedibuſque noctes atque dies id eos conari, ut non tam ſe, quam ſacroſancto Romano Imperio, tanquam capite oppreſſo, facilè cæteris membris omnibus, ſervitutem imponant: affectare eos dominationem, atque divinitatem, nempe ut ab omnibus haud aliter, imò magis, quàm Deus timeantur: Nam multos Antichriſtos ineſſe Romanenſibus illis, nec ullos alios, quemadmodum opera oſtendunt, magis exitio eſſe Chriſtianæ Religioni.* Quod jam ſentimus. Et paulo poſt addit: *Homo ille qui dicitur Papa, divitiis nimium auctus, maximo pietatis Chriſtianæ detrimento, omnia ſibi licere, more Tyrannorum peſſimorum putat, ita ut rationem actuum, nemini, quaſi ſit Deus, reddere velit: id quod ſoli Deo convenit, uſurpet; ſe errare ullave mendacii religione adſtringi non poſſe, credi ſibi impudentiſſimè ſimulque imperioſè poſtulat.* Idem Imperator, ad Venceſlaum Regem Bohemiæ: *Pontificem Romanum inſidiari nationi orbis reginæ. Ideò dare illum operam, ut ejus valentiſſimas gentes Bojemos, Teutonos, Venedos, Sclavos, Danos, Cimbros, Vgros committere quovis queat modo. Cives adverſus cives, &c. Qui ſint Romanenſes illi, opera eorum oſtendere: Chriſtum ſuis pacem dediſſe, illos bella civilia propinare, Duces, Regulos, Tetrarchas, iiſdem FALSIS CHRISTIS cohortantibus, invicem ſævire, & velut membra Auguſto capiti ſuo repugnare, atque divinæ Majeſtati reſiſtere: Gregorium IX captum Imperii conſuetudine, ut ſolus regnet, omnia perturbare atque commiſcere, cuncta tumultu complere, ut ſurſum deorſum univerſa ferantur; jamque pridem eos qui Babyloniæ, hoc eſt, Romæ, templo Dei incubent, Divinitatem affectare, & aſtutè id diſſimulare.* ut idem Aventinus lib. 7. annal. pag. 542 refert. Quod Gregorio Proceres Germaniæ acriter exprobrarunt anno 1235. Poſtmodum, cùm Honorius IV à Germanis quadrantem proventuum per quinquennium minis, fulminibus, exigeret, illi avitæ virtutis memores, Wirtsburgi conventu facto, Legatum cachinnis ac rumoribus tantum non exanimarunt, & Probus Epiſcopus Tullenſis, coram omnibus hanc talem orationem habuit, cui omnes conſenſerunt: *Quouſque, Collegæ chariſſimi, Romulei illi vultures, patientiâ noſtra, ne dicam ſtultitia, abutentur: quouſque eorum flagitia, avaritiam, ſuperbiam, luxum tolerabimus? Non ceſſabit hoc genus*

Probi Epiſcopi de Papis ſententia.

Archi-

Archiſynagogen peſſimum, niſi omnes ad egeſtatem & ſervitutem duriſſimam redegerit: Diſcordia noſtra hocce malum crevit: Diſcordia noſtra illi nebulones tuti ſunt. Nec unquam quamdiu illi ſalvi fuerint, Chriſtianis feſtam pacem ſervare, ab armis feriari, pietatem inter ſe colere licebit. Nuper Saxones atque Suevas inter ſe commiſerunt. Deinde divum Fridericum ſecundum, Reipublicæ Chriſtianæ utiliſſimum, Conradum quartum, Suevos atque optimos Principes Imperio ſimul atque vita privarunt. In Germania diſcordia mala, Satanæ & Antichriſti Satrapæ, ſeminarunt: Conradinum poſtea inſontiſſimum, immeritiſſimum, & optimæ indolis adoleſcentulum, prolem divorum, jure gentium hæreditatem majorum repetentem, fraude, dolo interceperunt, ac crudeliſſimè necarunt: Suevos atque Francos Veſtriacos, nempe Conradum contra Carolum, inter ſe armis veluti ſpectaculum ſibi, ac paria componentes commiſerunt. Deinde adverſus hos, Hiſpanos concitarunt. Nunc nos adverſus Galliæ, atque Hiſpaniæ proceres, cognatos noſtros, ex Germania quondam profectos, concitare nituntur: ut decimam aut quartam bonorum noſtrorum partem à nobis emungerent, Scytas, Arabes, Turcas, in nos armarunt. mentiar niſi hoſce magis ſalvos, quam nos eſſe velint, &c. Tuſculanus eorum Legatus auriſuga eſt, venaliſſimus, fænerator atque perfidus, vile pecuniæ mancipium: minas ejus flocci fecero, Senatum totius orbis Chriſtiani appello. Hæc & complura ubi Probus dixit, cæteri omnes ſententiam ejus collaudant, & ſequuntur. Eodem lib. 7. pag. 573. Expendant moderni. Et aliâs, præter Eccleſias, Aſiaticas, Græcas, & Africanas, fuerunt intereà etiam in multis Regnis & Provinciis Europæis, innumeri Chriſtiani, Doctores, Cives, Nobiles, Comites & Potentes, qui Verbo Dei & ſimplicitati Religionis Chriſtianæ, adhærebant, Papiſticam illam pompaticam vitabant, & *Antichriſtianam eſſe* agnoſcebant, & privatim ac publicè arguebant. *In ipſa Italia, in omnibus civitatibus Lombardiæ, in Galliis, in Anglia, in Germania, Bohemia, & vicinis, adeò ut illi ipſi Antichriſti, eos aliquandiu impedire non auderent propter potentiam & multitudinem fautorum ſuorum,* ut ſcripſit, F. Raivez contra Waldenſes anno 1250. Sed porrò audentiores, impudentiores, & deteriores, ac cum mundo fatuo potentiores facti, Papæ, ſeipſos in Templum Dei erexerunt, ſeipſos cum ſuis tantum Eccleſiam eſſe ſtatuerunt; Chriſtianos illos omnes contemnentes, ceu pauperrimos quoſdam Fratricellos, irridebant, aut Hæreſeon inſimulatos, condemnabant, excommunicare præſumebant, & perſecuti ſunt: In *Galliis* quidem velut *Albienſes*, variis Hæretico-

In communi Chriſtianorum verorum.

Boni à Papis perſecutiones paſſi, eos Antichriſtianiſmi convicerunt.

Albienſes.

Digitized by Google

réticorum nominibus, falſò exoſos reddentes, bellis atrociſſimis afflixerunt, & tandem multis millibus eorum cæſis, ferè deleverunt, vel in montes & remotiores terras compulerunt. In *Anglia* excommunicationibus multos iniquè oppreſſerunt, quibus nihilominus alii ſeſe oppoſuerunt: In primis Robertus Epiſcopus *Lincolnienſis*, pietate & doctrina inſignis: qui cùm amicè Papam moneret, ſed nihil efficeret, apertiùs ſe ei opponit, & concione quadam de pace, cum vivificationem animarum principale opus Chriſti aſſereret, & mortificationem eorum Satanæ homicidium eſſe doceret, *Paſtoreſque licet Chriſti perſonam indutos, ſi tamen Dei Verbum non annuncient, eſſe Antichriſtos affirmaret*, quo Papa pungebatur, tum à Papa excommunicatus, ardentiùs *Papam à juſtitia & veritate devium, Lucifero & Antichriſto pejorem, ad extremum uſque ſpiritum conteſtatus eſt, ac moriens, ab excommunicatione Papæ ad Chriſti judicium provocavit, nec fruſtra; nam & mortui ſpecies, Papæ noctu apparuit, latus ejus pupugit, & tantis terroribus miſerum Papam exagitavit, ut nunquam poſtea diem bonum ad mortem uſque habuerit, & quâ nocte animam exhalare debuit, in Curia Papæ vox audita fuit: VENI MISER AD IUDICIUM DEI, inventumque eſt in latere lividum vulnus*, ut Hiſtoriæ eorum temporum teſtantur. Sed alii Papæ hoc exemplo non reſipuerunt. In *Germania*, uti multi boni Chriſtiani diverſis in oris fuerunt, ita Paparum & imprudentium Dinaſtarum tyrannide, hinc inde necati, combuſti ſunt: Argentinæ octoginta, ut Tritheſnius notat, flammis traditi, & in vicino agro centùm uno die trucidati fuerunt: Moguntiæ triginta novem uſtulati, quo deinceps nihil frequentiùs, ait Bruſchius. Papa enim quendam Conradum de Marpurg. inſtituit, ut Inquiſitor Apoſtolicus vocaretur, & in omnes qui religionem aliam quam Papiſticam haberent, inquireret. Ille crudeliſſimus, rem Antichriſtianam ſtrenuè peragebat; quo die quis accuſatus erat, eodem nulla defenſione vel deliberatione vel appellatione conceſſa, omnes condemnabat, & flammis uſtulabat: *Qui negarent ſe hæreticos eſſe, eos judicio ferri candentis probare mandabat, quoſcunque ferrum candens adußiſſet, omnes velut hæreticos, judicio ſæculari comburendos tradebat, adeo ut in Alemannia multi, nobiles, ignobiles, Clerici, Monachi, Moniales incluſæ, Burgenſes cives & ruſtici per diverſa Teutoniæ loca, ignis ſupplicio, nimis præcipiti ſententia, ſub nomine hæreſis addicti fuerint. Et quidem multi innocentes, cùm ferrum candens*

Lincolnienſis Anglus.

Germani plurimi.

Candenti ferro vexati.

natura urat, etiamſi quis Hæreticus non ſit: donec tandem nobiles quidam exacerbati, cùm nullum veniæ vel gratiæ locum apud illum inveniri viderent, Tyrannum & damnatum Antichriſti mancipium non procul à Marpurgo, nihil obſtante ſalvo conductu, meritò occiderent. O Heroes fortes! utinam omnes omnibus talibus Antichriſti ſatellitibus, idem facerent; ut Chronicon Hirſaugienſe meminit. Quò verò plures Chriſtianos, ubicunque iſti Flamines occiderunt, eò plures contra ſe teſtes ante Thronum Dei videbunt, ſiquidem omnes illi confeſſione conſtanti Papam eſſe Antichriſtum aſſeruerunt, & ipſa morte obſignarunt. Ut alios taceam, qui mores Paparum ita perſtrinxerunt, ut à Chriſto defeciſſe, & Antichriſtos eſſe evicerint: quales in Catalogis Teſtium veritatis innumeri. Qui alias perſecutiones vel iniquas excommunicationes ab iis paſſi ſunt, eorum loco unus loquatur Meinardus Comes Tyrolenſis in Aventino, lib. 7. pag. 577. *Ego bellum non infero, ſed propulſo: Papæ, nobis immeritiſſimis arma inferre, & nos terris avitis ſpoliare, pravâ libidine dominandi, audent. Ego me atque meos ludibrio effeminatis Antichriſtis atque prodigioſis Eunuchis eſſe non ſinam. Nemo magis quam illi, concordiam Chriſtianam labefactat: non ſacris literis, ſed liberis dant operam, Liberum amant, divitias congregant, regna, gloriam, dominationem avidiſſimè appetunt: pro hiſce nobiſcum ſanguine ovium decertant: Chriſti paupertatem, comitum ejus ſimplicitatem, non ſolùm non æmulantur, ſed irrident quoque atque antiquare conantur: Si Antichriſti non ſunt, quid aliud obſecro ſunt? Eſtne illud paſcere oves? amare gregem? regna, opes, aliena appetere? pro gloria, dignitate digladiari, oviculas opprimere, occidere, belligerari: Chriſti præceptũ invertunt, damnant, donati tunicâ & pallium vi auferunt. Quis tam ferreus, tam ſtolidum pecus fuerit, ut ſuperbiam, faſtum, perfidiam, fraudem, flagitia, ſcelera, luxum, avaritiam nebulonum æquo animo ferat? Pejores Turcis, Saracenis, Tartaris, Iudæis ſunt; plus his omnibus Chriſtianæ ſimplicitati officiunt, libertatem ſanguine Chriſti partam excindere conantur, dominationem arripiunt. Cum noſtri ſervi ſint, ipſi dominari, contra jus gentium, adverſus leges, auſpicia & oracula divina, Dominos ſibi ſervire volunt. Scitum eſt jam vulgi proverbium: eos, cæremoniis ac præſtigiis veluti mandragora ſoporiferæ poculo, mentem mutare atque animis & ſenſibus humanis ſtuporem propinare. Proinde à ſævo & nobis iniquo Pontifice ad æquum Paſtorem pientiſſimumque Patrem provoco.* Memini me legere, quendam Epiſcopum in Polonia, à Papa illegitimè excommunicatum, magno animo, Papam ipſum

Tandē meritò Inquiſitorem Papiſticum occiderunt.

Vexati à Papis eos redarguerunt, & Cardinales ipſi in Synodo condemnarũt.

Meinardus Comes Tyrolenſis.

Quidam Epiſcopus Polonus.

ipſum excommunicaſſe. Eccleſiæ Græcæ, Orientaleſque, Papam, Primatum & Dominium ſuper eas affectantem, Satanæ tradiderunt, dicentes: *Diabolus tecum, quia Dominus nobiſcum.* Cùm Benedictus & Gregorius de Papatu contenderent, & quilibet ſemetipſum pro Capite Eccleſiæ oſtentarent, & non ſolum omnia bellis, ſeditionibus, turbarent, peſſundarent; ſed etiam alter alterum pro Antichriſto, ut anti-Papis ſolenne, condemnarent, Cardinales animoſiſſimi videntes eos ad unitatem & pacem revocari non poſſe, Concilium ſibi Florentiæ impetrarunt, eoque Imperatorem, & Principes Imperii, Reges Franciæ, Angliæ, Hungariæ, Arragonum, Poloniæ, alios, ut per Legatos adeſſe velint, exorarunt, Papas citarunt, iis non comparentibus, ſeſſiones multas celebrarunt,

Vniverſalis Florentina Synodus Cardinales & Politici.

& tandem una voce pronunciarunt: *Benedictum & Gregorium (quem quidam vocabant errorium) de Papatu damnabiliter contendentes, ab aliquibus nuncupatos in petitione coram ipſa ſacra & univerſali Synodo præſentata vera atque notoria fuiſſe, & eſſe ipſos Schiſmaticos, & antiquati Schiſmatis nutritores, defenſores, fautores, approbatores & manutentores pertinaces, nec non hæreticos à fide devios, notoriiſque criminibus & enormibus perjuriis & violatione irretitos, Vniverſalem Eccleſiam ſanctam Dei, notoriè ſcandaliſantes, cum incorrigibilitate, contumacia & pertinacia notoriis, evidentibus & manifeſtis, & ex his atque aliis ſe reddidiſſe, omni honore & dignitate etiam Papali indignos: propătereaque à Deo & ſacris Canonibus eſſe abjectos, etiam ab Eccleſia præciſos: quorum neutri aliquis debeat obedire aut aſſiſtere: Acta ipſorum aut Decreta edicta omnia eſſe irrita, nulla, ac nullius efficacia: quos promoverint, eſſe non promotos, caſſos & nullos, &c.* Elegerunt verò in Papam Johannem XXIII, quo inter Pontifices vix alius ſceleratior. Vide Myſterium iniquitatis pag. 1127. Sic miſeri iſti Purpurati, duo quidem Idola mala, rectè ex Eccleſia ejecerunt, ſed tertium deterius ſibi erexerunt: nec felicius agere poterunt, quamdiu Papas erigere præſumpſerint. Cùm Chriſtus talem inter ſuos, *Vniverſalem aut Patrem, aut Dominum, prorſus habere nolit: vos autem non ſic.* Nec ullus hominum inſtituere jure poſſit. Verùm quis jam monſtrum hoc tam horrendum ingens mirabile dictu, aut progreſſus & facinora ejus, aut piorum contra ipſum querelas ac teſtimonia omnia, paucis comprehendere poſſit, cum ipſimet gnathones, & adoratores ejus Beſtiæ, Monachi, Scholaſtici, Canoniſtæ, Jeſuitæ, & omnes exercitus Sacerdotum, quos tali Regi Antichri-

tichriſto præparari, ſcripſit antiquitas, neſciant, quomodo magnitudinem, potentiam, & celſitudinem ac elationem ejus, ſatis evehere, & deſcribere queant. Etſi omnia Dei, Chriſti, & Sanctorum elogia, in hunc unum, blaſphemè congerant, & quamvis valdè multi, tanquam locuſtæ, ſub hoc Rege Apollyωne perdente, mereant, ſtridant, & plures in eo exaltando, quam in Deo celebrando, occupentur: Dii talem terris avertite peſtem! Atque ut tandem ad concluſionem hujus ſectionis veniatur, & hic nihil temerè dici pateat, nedum ut quis talia cum libellis famoſis, ullo jure componere queat, jam millenæ per orbem hoc agnoſcunt, confitentur, & ſcribunt Eccleſiæ, ſanguine comprobant Martyrum Myriades, cætibus & viris Papiſticis longè ſanctiores. Accedit ſummæ autoritatis, quæ in Chriſtianitate haberi poteſt, Concilium & Senatus conſultum, cum Imperatoria majeſtate, & aliorum huc pertinentium conſenſu, quod privatum illegitimum Phocæ paricidæ indultum, meritò antiquat, annullat. Nam Ludovicus Imperator, ejus nominis quartus, qui ultimus erat ex liberis Imperatoribus Chriſtianis, qui ſe nequaquam Papæ ſubjectos eſſe ex veritate noverant, ille Reginoburgi ſolennem conventum anno Domini 1324 indicit: quo confluunt præcipui Germani Epiſcopi & Principes: in his Johannes Rex Bohemiæ & Matthias, Henricus & Balduinus Moguntinus, Colonienſis, & Trevirenſis Archiepiſcopi. ubi Decretum Concilii fit: *Imperatorem curare debere: ne Germana libertas in ſervitutem redigatur, utque Majeſtas Imperii faucibus Tyranni Papæ eripiatur, qui Papæ acta tueretur, hoſtis reipublicæ haberetur, & bona ejus confiſcarentur. Imperator edictum publicum ex Concilii Decreto promulgavit*, & Aventinus integrum lib. 7 deſcribit: nos hic breviùs quæ ad rem

Papa fruſtra à ſuis laudatur.

Sanctiores contra teſtantur.

Ludo. IV Imp. cum autoritate Concilii & Senatus populiq; Romani in Papã ſententia.

Decretum Reginoburgenſis Concilii in Germania.

" notemus: Chriſtus Pſeudochriſtos vitandos, monuit: qui ſe myſtas ferunt, cùm ſint nuntii Antichriſti: Jam pridem corruptis moribus ſimplicitas Chriſtiana ſordet: longinqua conſuetudo potentior veritate vincit: Nos in altiſſima rerum humanarum ſpecula cælitùs poſiti, tacere non poſſumus, quin lupos ovina pelle tectos prodamus, etſi abigere non ſufficiamus, voluiſſe tamen abunde pulchrum, atque magnificum fuerit; qualis ſit, Papa Romanus, oviculis Chriſti, noſtro beneficio agnoſcere operæ pretium eſt, ne deceptæ pelle ovina, à ſæviſſimo lupo devorentur, nempe ſanguinem Chriſtianum ſitit, diſcordiæ, ſeditionum mala, ubique gentium

inter

Digitized by Google

inter Chriſtianos ſerit: In Germania, & Italia, literis, pollicitatio- „
nibus, auro, Principes, Tetrarchas, Epiſcopos, Sacerdotes, Mona- „
chos, cives corrumpere nititur, inducit, ſollicitat, ad arma vocat: „
adverſus divinam providentiam, ſupremam cœli majeſtatem, unde „
omnis poteſtas exiſtit, contra charitatem Chriſtianam pugnat, fra- „
tres in fratres armat: præcipit ut Chriſtiani, mutuum affectum, & „
amorem, quem ſolum Pater immortalis à nobis exigit, exuant, ar- „
ma corripiant, atque in ſua viſcera vertant, fidem frangant, pacta „
diſſolvant, invicem fraudent, decipiant, imponant, à ſacroſancto „
Imperio deficiant, rebellionem, conſpirationem, cædes, incendia, „
ſtupra faciant: NEC LICET PER HUNC ANTICHRI- „
STUM, CHRISTIANIS, PACEM A DEO DATAM, SER- „
VARE: Tanta eſt hominis vel potius Satanæ illius væcordia, pu- „
blicè pro concione ſcelera ſua, quaſi benefacta prædicat. Cùm „
Chriſtiani (inquit) Principes inter ſe diſcordant, tum verè Roma- „
nus, Sacerdos eſt. Pontifex Maximus demùm regnat, demum do- „
minatur, ubi omnibus diſcordia, ſeditione, mutuo odio debilitatis, „
formidoloſa fit ejus poteſtas, univerſi ejus nutui obſequuntur, & vel „
ſcreatus obſervant: Seditio atque diſcordia Germanorum, ſalus „
eſt Romanorum Pontificum. Profectò ejus fraude, duo rebus im- „
poſiti ſumus: nec operam dedit ut inter nos pacem componeret, „
imò magis, diſcordiam aluit; modo mihi, modo Auſtriaco ſtude- „
bat: pronos ad concordiam, rurſus *arma* ſumere perſuaſit: aſtu hæc „
omnia egit, ut interea *dum* domeſticis armis, cognatiſque bellis „
atterimur, *Imperium* peſſundaret, labefactaret, urbes, caſtella, po- „
pulos, Rempublicam invaderet, in cineres atque favillas redigeret. „
In perniciem Reipublicæ conſpiravit, ut nullus Romæ nec in Italia „
ſiet, qui rebus Imperii faveat vel ſtudeat. Sic populum Chriſti in „
ſervitutem redigit, adverſus Sanctos Dei pugnat: in nos ſenten- „
tiam ferre ſibi licere jactitat: Sacerdotia maxima, infima, ſordidiſ- „
ſimis quibuſque, modo hoſtes Reipublicæ ſint, committit: nemi- „
nem publici boni ſtudioſum, aut pacis amantem in curiam admit- „
tit: Supercilia Phariſæorum nimium ſibi aſſumit, modo animo ſuo
atque libidini per fas atque nefas morem gerat; Divina, humana
decreta juxta contemnit atque conturbat; jus gentium violat; Le-
ges naturæ profanat, Sacra polluit, indicta cauſa, nec convictos,
condemnat. Cùm capitalis ſit inimicus publicuſque hoſtis, tamen

Antichriſtus ſi alius veniret, nõ plura mala patrare poſſet.

" in propria cauſa, actor, teſtis, & Judex eſt, id quod nec apud Tur-
" cas, neque Judęos, neque Saracenos, neque Sarmatas fieri ſolet. Eis
" qui fidem Cæſari ſervant, & Chriſto Servatori noſtro præcipienti
" obtemperant, nec ullam aliam ob cauſam, Hæreſeos notam inurit:
" quicquid libet, licitũ judicat, metitur opibus licentiam: nec æquum
" exequitur: Satanæ ſpiritum ſibi ſumit, ſe ſimilem Altiſſimo facit,
" ſe adorari, quod cælites renuunt, pedes ſibi oſculari, more Diocle-
" tiani atque Alexandri crudeliſſimorum tyrannorum permittit. Im-
" peratorum benevolentia atque liberalitate, ne dicam ſocordia &
" ignavia tot regiones & ditiones & opes poſſident: at mortalium
" ingratiſſimi de optimè meritis, peſſimè merentur: enſem noſtra
" munificentia tenentes, in noſtra viſcera ſtringunt. Cæſarem Italia,
" Roma, Chriſtum terris extrudunt: illi cœlum quidem permittunt,
" ſe Deos terrarum, hominumque credi volunt. Monſtrum biceps
" eſt Auguſtus & Pontifex Maximus, quod fuiſſe Decium atque Ne-
" ronem & Tyrannos falſorum Deorum cultores in numiſmatis le-
" gimus. Aviditate potentiæ, pecuniæ, ima ſummis miſcent, omnia
" venalia, Deum & inferos habent, Imperatorem ſibi ſervire cogunt,
" cùm ludibrium naturæ abominabile ſit Principẽ principum, ſervo
" ſervire ſervorum. & quæ ultra ibi leguntur. Ego Chriſtianus ſum,
" at ipſe Hæreſiarcha eſt: non diſcipulus Chriſti, cujus vitam ridet,
inſtituta condemnat. Tandem idem Imperator, in Senatuscon-
ſulto Epiſcoporum & Principum Italiæ, atque Germaniæ conſenſu
Romæ facto, & publicato, ad quartum Calendas Maji Anno Chri-
Romæ idẽ decretum. ſti 1328, de Papa Romano multa repetens, addit: *Enſe Cæſareo nobis à cœli numine conceſſo abutitur, temporalibus hujus ſeculi curis contra Divinum Præceptum incubat, Regno mundano inhiat, quod Chriſtus vitabat, ſicuti Paſtor eſt perſonatus, ita myſticus eſt Antichriſtus: ovis pellicula tectus in gregem Chriſti lupina rabie graſſatur: vendit ſcelera: inferos, ſuperos, beneficia cæleſtia cauponatur, cum Saracenis, Armenios Chriſtianos quinque annis continenter ejus opem implorantes, infeſtantibus, fœdus, ſocietatemque iniit. Imo, quod ajebant, auri pondus ingens, quod ab orbe Chriſtiano ſub ſpecie expeditionis Aſiaticæ emunxit, Saracenis tradidit, ut Armenianis, quia Papæ ſervire indignum cenſebant, arma inferrent.* Paulo poſt: *Imperatoris majeſtatem, autoritatem Reipublicæ, temerè contra placita Chriſti uſurpando, labefactat, polluit: Monſtrum biceps, mundanus & ſpiritualis eſſe contendit. Chriſtus Regnum etiam ſibi oblatum, detrectavit, & inquit,*

Regnum

Digitized by Google

Regnum meum non eſt de hoc mundo: iſte contra. Cùm *ſatis conſtet inter omnes Divinæ Philoſophiæ, Legum & Iuris etiam Pontificii ſcientiſſimos, penes Romanum Pontificem nequaquam eſſe utramque dignitatem, ſacram atque profanam.* Quapropter concludens, ait: *eum paupertatis Chriſtianæ contemptorem, Imperii Antichriſti autorem, jure noſtro, conſilio, ſententia, conſenſu communi Principum Pontificum Germaniæ, Italiæ, efflagitantibus Sacerdotibus populoque Romano, exauguratum, abdicatum, hæreſeos condemnatum, declaramus, proſcribimus, acta ejuſdem reſcindimus: univerſi Chriſtiani eundem in numero impiorum atque ſceleratorum habeant: ab eo omnes decedant, aditum, ſermonem defugiant, velut contagionem, ne quid incommodi accipiant, devitent: idem nullus honor communicetur.* Hoc Edictum, ab Imperatore, item Sacerdotum Senatu, populoque Romano ſignatum eſt, publicatumque in celeberrimo, Myſtarum, populi Romani, Regulorum, Dynaſtarum, Tetrarcharum, Flaminum, Pontificum, maximorum minorum antiſtitum conventu. *Datum & factum extra templum Auguſtiſſimum Divis Petro atque Paulo Legatis Chriſti dicatum, 18 April in urbe Romana, cunctis ſacrificiis, univerſo populo Romano, in Regione publicè ejus rei gratia coacto, Anno Chriſti 1328, Invictiſſimi Imperatoris Ludovici quarti Cæſaris Auguſti, Principis optimi, Regni 14, Imperii vero 1.* Sic igitur Papa in Antichriſtum evectus, à Chriſtianis agnitus & damnatus eſt.

Papa condemnatus.

Sectio IX.

ATque hæc, *talia* tanta Teſtimonia, Chriſtianis contra Papas Antichriſtumque omninò ſufficere debebant, & mentes omnium informare, Libertatemque Chriſtianam & Pacem fidelibus conſervare poterant, niſi multi excæcati, pluſquam corrupti, ſuperſtitioſi, his neglectis, porrò Papis & eorum conſuetudini, adhærerent: non tantum plebs imperita, ſed plerunque omnes Sacerdotes, *Epiſcopi, Cardinales, hominum genus pervicaciſſimum*, quibus præ diſciplina Chriſti & vita humili, placuit illa res lauta, ſors elata, luxurioſa, faſtuoſa, ſuperba, ſuper Eccleſias dominium, vita delicata, ſybaritica, & tota ſcelerum licentia, quâ ſuos Antichriſtus hic evehit, ut in æternæ damnationis barathrum præcipitentur. Qui haud dubiè magiſtratus ac collatores ſubordinatos, imo ipſos Imperatores inſtituerunt, atque male informatos ſeduxerunt, ſimplicioribuſque impoſuerunt, ut porrò Papæ atque ipſius

Servi Antichriſti porrò Antichriſtum ſervant.

Digitized by Google

ipſius Hierarchiæ, tanquam Miniſterio Eccleſiaſtico, vel ordini ſacro faverent ac patrocinarentur, non obſervata ſimplicitate ac puritate Religionis veræ Chriſtianæ. Quod actum fuiſſe cum ſucceſſore hujus Imperatoris laudatiſſimi, Carolo quarto, liquet; qui cùm Rex Bohemiæ & mox Imperator electus eſſet, alioqui Princeps, ad ſuperſtitionem uſque, Præſulibus, & reliquiis Sanctorum, utique ſuppoſititiis, colendis, deditus, adeoque ſeductu facilis, hoc decretum Synodale prædeceſſoris Imperatoris non curavit; ſed ferè totam Libertatem Chriſtianam, & Libertatem Imperii ac Regni Bohemiæ prodidit: Nam, *novo creato, Papa, ſine ratione & deliberatione, omnem in Germania in Imperio, & Regno Bohemiæ, autoritatem fecit, ejuſque arbitrio religionem permiſit: oviculam lupo, turturum vulturi, ſeipſum Domino Dominorum, ſervo ſervorum nequiſſimo ſubjecit; & ejus quem Pater Bohemiæ Rex, una cum Imperatore & comitiis publicis, ceu hoſtem Reipublicæ, illo decreto condemnavit, hic filius, gratiam captans, modò ut Romæ in Imperatorem coronaretur, promiſit: ſe poſt actum coronationis, non amplius diem unum Romæ commoraturum, ſed confeſtim ex Italia diſceſſurum, adeoque Romanum Imperatorem nihil ampliùs juris ac Dominii Romæ habiturum.* quod infame, & pudendum facinus, ſapientiores judicarunt, uti ſectione ſuperiori meminimus.

Caroli IV, indignum facinus.

Papa Antichriſtus, jam omnia perdere potuiſſet, niſi Deus Eccleſiæ adeſſet.

Jam ergò, per hanc donationem vel per hoc facinus Caroli IV, Papa, Religionem, Eccleſiam, Imperii Libertatem, & ipſum Imperatorem, ſibi ſubjectum habens, omnibus Leges & Religionem ſuam præſcribere, omnia more ſuo agere, pro lubitu dominari, & Eccleſiam Chriſti, omneſque fideles, Imperatore, æquo Judice, ac Defenſore deſtitutos, comburere poſſet, & ante ducentos annos potuiſſet, niſi Deus ipſe ac Servator noſter Jeſus Chriſtus, hanc deploratam ſortem ac mæſtiſſimam Eccleſiæ ſuæ faciem, miſeratus, ejus curam ſuſcepiſſet, *Saneheribo tanto frenum ſuum inter labia poſuiſſet, atque naſo ejus hamum injeciſſet, adeòque Beſtiam cohibuiſſet.* Quod illico factum. Nam *cùm inter alia in Eccleſiam attentata ſuperba, injurioſa, Tyrannica, etiam Calicem Sanguinis Chriſti, Novum illud Fœdus ac Teſtamentum, quo remiſſio peccatorum atque ita ſalus noſtra nobis obſignatur & exhibetur, Eccleſiæ, totique populo Chriſtiano, omnibus, inquam, Verbi Dei auditoribus politicis, ac ſi tanto Sacramento non eſſent digni, grandi Sacrilegio prorſus auferre, ſoliſque Sacerdotibus ſuis improbis aſſerere, ſi proponeret ac decerneret*, jamque in Occidente ferè omnibus promiſcuè adime-

Digitized by Google

adimeret, ac conceſsâ ſolum prima parte Sacramenti, ſecundâ, nempe uſu Calicis Domini, contra diſertam inſtitutionem & mandatum Chriſti, *Bibite ex hoc omnes*, Laicis, majori Eccleſiarum parti interdiceret; Tum ſpecialiter Deus, Eccleſiæ, Paſtores vigilantiores, Doctores, & Defenſores alios meliores excitavit, & Papatui oppoſuit. Doctores, præter *Iohannem VViclefum*, qui in Anglia doctiſſimè Papæ mores & præſumptiones confutavit, eum talem Antichriſtum eſſe ad oculum demonſtravit, & Euangelium Chriſti plurimis ad ſalutem prædicavit, & præter eos, quos in Orientalibus Eccleſiis habuit, è quibus tum temporis, Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, contra ejuſmodi Primatum & elationem Papæ, duos libros ſcripſit, quibus omnes prætenſiones Papales, ita confutavit, & *eum tam ſuper omnia ſeſe efferentem, Antichriſtum eſſe iis rationibus demonſtravit, ut à Patronis Romanæ ſedis Antichriſtianæ nunquam refelli poſſint*: præter hos, inquam, & ſimiles, in ſpecie in Bohemia, poſt *Militzium*, & *Iacobum Miſnenſem*, qui etiam Pragæ concionantes, Papam Antichriſtum eſſe indigitarunt, excitavit illico Deus opportunè *M. Iohannem Huſſium*, & *M. Hieronymum Pragenſem*, qui duo Spiritu Dei roborati, & S. Scriptura inſtructi, nec non Orientalium & Wiclefi doctrina adjuti, inter alios Paparum errores, & abuſus, in primis hoc grande Sacrilegium, in mutilatione Cœnæ Domini, acriter reprehenderunt, Papam vel ex auſu contra inſtitutionem Chriſti, hoc uno Antichriſtum eſſe, facilè demonſtrarunt, detexerunt, & aliis etiam corruptelis ac conſuetudinibus ſeſe oppoſuerunt; Chriſtum & Verbum Dei purius prædicarunt; Cœnam Domini integrè ſecundùm inſtitutionem Chriſti adminiſtrari, & à credentibus populis tam calicem quam panem acceptari & uſurpari debere docuerunt, & contra omnes Papæ paraſitos (qui iis temporibus in Academiam Pragenſem, recens à Carolo quarto erectam, confluentes, in Bohemia, quæ antehac ſemper cum Græcis Eccleſiis in uſu totius cœnæ manſit, multos corrumpebant, & ad unam tantum partem cogebant) evidentiſſimè oſtenderunt, adeò ut quàm plurimos à Papiſtica novitate, ad antiquitatem Chriſtianam converterint: reliquos in veritate confirmarint. Hoc cùm ſtrenuè Dei auxilio agerent, Papa certè Antichriſtus cum ſatellitibus ſuis, eos fideles, tanto odio, & hoſtilitate perſecutus eſt, cui tamen in Bohemos Doctores nihil juris, ut excommunicationibus,

Per Doctores.

M. Iohan. Hus, & M. Hieronymum.

Digitized by Google

& omne genus probris, eos omnibus exoſos, reddere ſtuduerit, etiam crimine Hæreſeos, ut ſolet Hæreſiarcha ipſe, palam traduxerit, & diffamarit. Sed cùm parum proficeret, Concilio è ſuis ſubditis & complicibus Conſtantiæ coacto, ipſos eo citavit: tandem comparentium, bonâ conſcientiâ & cum ſalvo conductu Imperatoris Sigiſmundi, reformationem Eccleſiæ cupientis, quùm veritatem conſtanter aſſererent, & Antichriſtum detegerent, corpora carceribus maceravit, & poſt tempus, Decreto, duplici iniquitate

Martyres facti. & mendacio, facto; *Hæreticis non ſervandam eſſe fidem*, cùm nec Hæretici illi eſſent, nec aſſertio decreti vera, eos adhuc viventes, Diabolica crudelitate & perfidiâ *contra datam fidem*, *contra Cæſaris intentionem*, flammis uſtulavit: ſed tamen veritatem doctrinæ eorum, & nomen innocentiæ, concremare non potuit, quin ſeipſum paricidio & ſanguine innocenti contaminavit: atque facinore tanto toti orbi noto, coram Bohemis maximè Antichriſtum ſe eſſe oſtendit, & confirmavit: ſicuti etiamnum ferè, quicquid molitur aut gerit, aut quibuſcunque modis ſeſe cum ſuis effert, & omnibus bonis opponit, quotquot bella & perſecutiones ciet, eo toto, & his omnibus actis, ſeſe magis & uberiùs Antichriſtum eſſe declarat. Ideoque tùm magis, multis in Bohemia, & Moravia, nec non alibi, ad vitandum Papam, & ſequendam viam Chriſti ac doctrinam ſanctorum Martyrum, ad execrandum è diametro ſacrilegia & flagitia Antichriſti, animus additus fuit. Quos Martyrum doctrinæ adhærentes, tanquam *obſervantes mandata Dei, & habentes teſtimonium Ieſu Chriſti*, veluti reliquos ex ſemine Mulieris illius in Apocalypſi, iratus Draco, per Papam, cum perſequi, & bello premere, atque excindere, in animum induceret; Tum Deus, miſſo Imperatore,

Defenſores alios ipſis Defenſores inferioris conditionis invenit: ut taceam *Eduardum V* Angliæ Regem, qui Angliam à juriſdictione Papæ iniqua tum vindicavit, & doctrinæ *VVicleſi* veluti feneſtram aperuit, vel aliam Nobilitatem, ſub qua hinc inde fideles in libertate protegebantur. In Bohemia ſuis hic in ſpecie Deus, inquam, ſuſcitavit, *Defenſorem ac Vindicem Calicis Chriſti*, *tanquam Liberatorem debili-*

Ziſka claviger in a'terum clavigerum. *bus, & Clavigerum in iſtos ſacrilegos & incendiarios Prætorem*, JOHANNEM DE CALICE, agnomine ZISKAM, ceu revera Coclitem illum Romanum, qui exercitui Porſennæ, in ponte ſublicio ſolus reſtitit, Nobilem ajo Bohemum, cum potiori quadam parte ordinum

dinum & proletariorū iſtius regni: Vidiſſes Davidem armari contra Goliathum, vel Iſraelitas ceu duos parvulos caprarum greges contra validos exercitus Syrorum terram illam opplentium: Ichneumona in Crocodilum: *& quid, de tanta paucitate, contra tam multos hodiè diceretur?* Attamen, ut conſtet, non hominum ſed Dei bella fuiſſe: non rebelles ſanctiſſimo Patri, aut Magiſtratui ſeſe oppoſuiſſe; ſed Deum & Chriſtum ipſum in ſacrilegum Antichriſtum animadvertiſſe, Huic miſero Cocliti, Deo dilecto, cum illis fidelibus Bohemis, Angeli de cœlo militantes, ſuppetias multoties tulerunt, & omnes illos Papales exercitus inſtructiſſimos, & Duces potentiſſimos, Cardinales pervicaciſſimos, Incantationibus, Miſſaticis hoſtiis, Agnis Dei, Crucibus ſacratis, & id genus magnis ſcilicet Sacramentis munitiſſimos, ex Germania tota, tum Meretricis Babylonicæ pediſequa haud ſegni, & ex aliis potentiſſimis nationibus Europæis collectos, concitatos viginti annorum ſpacio frequenter, in parvulam Bohemiam miſſitatos, aliquoties miraculosè fugarunt, terruerunt, diſſiparunt, toties recollectos etiam deleverūnt; adeoque vires Beſtiæ magnæ vel Abbadonis illius Locuſtarum Regis, ita ſucciderunt & fregerunt, ut repreſſus, & cum ſua falſa omnipotentia confuſus, vel invitiſſimus, prætenſionibus & conatibus ſuis ſuperſedere, Concilia nova Baſileæ cogere, ſententias inflectere, Eccleſiiſque Bohemicis, & Moravicis, liberum Religionis exercitium, in lingua populari, & Calicis Domini uſum, Miniſtris matrimonium, & in mali exempli Sacerdotes, animadverſionem relinquere, imò autoritate Sigiſmundi Imperatoris confirmare coactus fuerit. Etſi doloſa Ceremoniarum veteris Eccleſiæ mentione, aliquid ſibi juris in eas reſervare tentaverit, & inter Bohemos ipſos circa illa Compactata diſcordiam ſeminari fecerit, tamen illis Ceremonias & ritus, Eccleſiæ primitivæ, non papalis, intelligentibus, muſſare neceſſe habuerit. Atque ſic inconſpicuus ille Dux & Defenſor, cum ſuis veluti caprarum gregibus, & maximè tandem orphanis, tantum armis obtinuere: ope Dei, quem invocavere. Sic finitis bellis, quæ Huſſitica vocant, Eccleſia Chriſti, nigra illa, quondam veluti Luna non conſpicua, viciſſim apparere cæpit, diuque preſſa at non oppreſſa, aliquantulum reſpiravit, & paulatim amplius ſuccrevit. Papa à Carolo IV incogitanter, omni autoritate ſupra religionem & regionem donatus, cum ſua illa ſumma

Angeli Dei pro Eccleſia Bohemica pugnarunt.

Bellis Huſſiticis.

ma

ma potentia, & illicita evectione, atque cum omnibus Antichriſtianis conatibus, & machinationibus, eluſus, veluti de cœlo dejectus, vulnus haud exiguum accepit Et ſubinde utut dentibus ſuis fremat, ab aliis Euangelii Chriſti Præconibus & Doctoribus fidelibus hinc inde à Deo excitatis, & Bohemorum exemplo confirmatis, magis ac magis inveſtigabatur, etiam à ſuis quondam inveſtitis, unctis, raſis, pro Antichriſto agnoſcebatur, jamque per ducentos annos ſemper apertiùs detegebatur, & detectus ſpernebatur, imò majori luce Euangelii, manifeſtatus, coram tot tantiſque agnitus, gladio ſpiritus, & oris Chriſti, cum ſuis traditionibus & hypocritica, erronea, idololatrica, falſa religione, ſauciabatur & flagitabatur, ut neſciamus, qua conſcientia, & qua pace etiam in tanta gloria vel rerum affluentia frui, vel gaudere valeat; profligato pudore, & conſcientiam ipſum agere credibile, ſed hoc damnabile eſt. Poſt miſer ſolio ferè deturbatus, ludibrio nationibus & ſanctis omnibus, cum ſua vanitate & impoſturis exponebatur, quicquid adulatores & paraſiti in ſolatium ejus molirentur. Hæc à Diabolo ſeductis & facinoroſis merces: Tantas ſuæ elationis & oppoſitionis pœnas etiam luebat, ut non in Bohemia ſolum & Moravia Euangelium, quod ipſi eſt odor mortis ad mortem, vigere & uſum calicis ſuo ſacrilegio ablatum, fur reſtitui audiret; verùm etiam paulo poſt, uberiori quæſtu indulgentiarum, ac nervo rerum gerendarum in Germania, in Anglia, in Belgio Fœderato, Dania, & multis Eccleſiis Gallicis, Helveticis, aliiſque Provinciis, cedere, vectigalia, Decimas & Quantas, omittere, Fulmina excommunicationum, ſupereminentium poteſtatum ſuſpendere, mole prætenſionum, Jarium, Legum ſibi conditarum, & traditionum ac conſuetudinum ſuarum, ſuperſedere, & per validum Euangelii ſonum ac multitudinem prædicantium, detectionem, pudendorum, abominandorum, errorum ſuorum, fraudum, impoſturarum, falſarum reliquiarum, iniquitatum & ſcelerum gregalium, volens nolens, rumpantur ut ilia codro, cernere, pati, compulſus eſſet.

Sectio X.

INterim tamen Babylone ſuâ ſic ruinam minante, & Inſtitoribus ejus perculſis, lamentantibus, frementibus, ille Antichriſtus, alta mente omnia repoſta ſervabat, graviſſimum corde dolorem

Digitized by Google

rem prĕmebat & frendebat, dumque Chriſtianis ſecuritate quadam ſtertentibus zelus & fervor ille pro gloria Chriſti contra Antichriſtum, non nihil remitteret, & multis viciſſim ſomnus obreperet, quod fieri conſuevit, & jam proh dolor fit, ille rerum ſuarum ſatagens, omnes vias, artes & modos, ulciſcendi, ſeſeque in priorem præſumptam dignitatem vindicandi, iterumque efferendi, opponendi, & antiquum obtinendi, rimabatur, perſcrutabatur, volvebat & attentabat: De agnitione errorum, peccatorum, de juſta Dei animadverſione, aut reſipiſcentia, & vera Eccleſiæ vitæque reformatione, nihil ipſi in mentem venit, quo ſalvari poſſit. Sed hoc illi viſum, quod olim Arianis prodromis ſuis artificium fuit, Imperatores, Reges, Principes, eorumque Dominas, ſorores, ac ferè totum orbem, ſuis præſtigiis ac prætenſionibus ſpecioſis inescandi, faſcinandi, ad ſuas partes attrahendi, &, ad Orthodoxos Chriſtianos, ſuis erroribus, blaſphemiis & improbitatibus adverſarios, perſequutionibus affligendos, vi & brachio ſeculari opprimendos, atque exſtirpandos, ſeducendi ac inſtigandi, idem ceu aptiſſimum uſurpare: nimirùm *ſibimet licet jam condemnato, porrò titulum Epiſcopi ſummi, Catholici, ſanctiſſimi Patris, proprii oris & domeſticorum ſuorum teſtimonio & aſſertione vendicare, nomen Eccleſiæ Catholicæ ſibi tantùm cum aſſeclis ſuis rapere, de titulis indignè quondam aſſumptis, viciſſimque jure ademptis & amiſſis, nihil remittere, quin domeſticis ſeductis, ac porrò toti orbi ſe cum ſuis erroribus, traditionibus, præſumptionibus & artibus, loco Eccleſiæ veræ Catholicæ & Religionis ſolius ſalvificæ obtrudere; Reliquos verò Chriſtianos ſibi contrarios, Paſtores & Doctores Euangelicos in univerſum omnes, contemnere, maximè Orthodoxos, ſui judices, Homouſianos Hæreticos, perverſè nominare, probris, conviciis calumniis obruere, omnibus exoſos reddere, aut ſaltem in ſuſpicionem iniquitatis adducere, quod eſt ſcelera priora duplo majoribus cumulare:* Hoc Papis viſum eſt optimum patrare: ad hæc, Conciliabula ex ſuis tantùm adhærentibus, Cardinalibus, Epiſcopis, & Monachis, fictos titulos gerentibus, mancipiis ſibi juratis, cogere; ea pro legitimis univerſalibus Synodis Chriſtianis ſupponere: autoritatem Cæſaris, & omnium Magiſtratuum ſeditioſè ſibi arrogare, vel quacunque arte ſuis eos partibus adſciſcere, & interim, quæ omnia Ariani Hæretici à Diabolo docti, toties factitarunt, Euangelicis Orthodoxis, veris Chriſtianis ſubſellia & ſuffragia nulla in Conciliis relinquere, omnia præjudicio

Papa non vult niſi Antichriſtus manere

Reſpirans artes Arianorum exercet.

Et Cõcilia Phariſaica Ariana, Hæretica repetit.

Digitized by Google

judicio iniquiſſimo quaſi Hæreticis veris præcludere: quin illos ibi nec præſentes, nedum juſtè auditos, convictos Hæreſeos & omnis mali reos conſtituere, inſuper damnare, imò ad rogos, ad extirpationem de terra viventium, cum omnibus Euangelicis condemnare, in prioribus Papis jure damnata, quaſi ſancta, reaſſumere: ſe ſolum Epiſcopum Romanum, reum ante judicatum, cum ſuis ſuffraganeis, partem ſolum ream Actorem Judicem teſtem, & cum vi ſæculari executorem, perverſiſſimè ac violenter ingerere ac conſtituere; qualia Concilia, dudùm, Annas, Caiphas, cum Phariſæis & Sacerdotibus ſuis, ad condemnandũ & morte afficiendum Chriſtum, ad retinenda ſua loca, & populum in devotione conſueta, Hieroſolymis, & Ariani atque alii Hæretici, contra Athanaſium, alioſque Chriſtianos veros celebravere. Nec dubitarunt Papæ talia ſua Conciliabula, Conventus partiales, & Synagogas malignantium, Romæ & alibi habitas, nominibus *Conciliorum œcumenicorum vel generalium* falsò inſignire. Et licet in iis multum erretur, Chriſtiana Religio pro Hæreſi condemnetur, Papiſtica idolomania pro Religione ſalvifica ſupponatur, adeòque bonum malum, & malum bonum eſſe, perverſo ſenſu dicatur, atque non nihil ipſi Papæ, ut in Conſtantienſi & Baſilienſi, improbetur. Tamen omnia quæ ad Antichriſtum roborandum faciunt, rata ſarta tecta, omnibuſque obſervanda propinant: ac ſi ab ipſo Deo, & Conciliis antiquiſſimis, verè univerſalibus Chriſtianis, Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi atque à tota ſemper Catholica Eccleſia, ita judicatum ſtatutum eſſet, obſervarique ab univerſis debeat. Ad quod totum obtinendum, roborandum, exequendum, ut olim Phariſæi, Pilatum, Cæſaris autoritatem, & Ariani Imperatorum dynaſtarumque exercitus, contra Chriſtum & Orthodoxos adhibebant, ad ſua; ita Papæ, *Brachium ſæculare invocant: Imperatorum & aliorum Magiſtratuum exercitus, gladios, & carnifices aſſumunt: imò ſecretioribus Concilii Tridentini Decretis, Actis & Conſiliis, Imperatorem, Reges, Hiſpanos, Gallos, & alios complures magnates*, ſibi addictiores, ad Religionem Euangelicam prorſus exſtirpandã, & ſolam Papiſticam ubique introducendam, id eſt, ad executionem Concilii Tridentini perficiendam maximoperè urgent, inſtigant: Unde propriè, hæc, & omnia bella inter Chriſtianos exiſtunt, & tales Papæ, æquè atque ille, à Ludovico IV Imperatore & aliis ſumma autoritate, damnati,

Perverſitas & fallacia Papiſticorum Conciliorum & Sectatorũ.

Cõcilia Papa ciet bella.

Digitized by Google

damnati, his omnibus nihil magis agunt, quam quod ſe prorſus Antichriſtos eſſe, & manere velle declarant: Non Chriſti aut Petri, qui talia non deſignarunt, ſed Caiphæ, & Arii, Vicarios ſe oſtendunt, cum quibus ſortem, interitum habebunt. Quamvis autem Papa quivis in his omnibus ſuis, titulis, prætenſionibus, aſſertionibus, Conciliis, Actis, & Decretis, notoriam & pudendam *fallaciam, Petitionis Principii* committat, quod maximè controverſum eſt, pro Confeſſo ſumat, cramben toties coctam fracidam, ad nauſeam & mortem uſque reponat, Religioni Eccleſiæque Chriſtianæ, vim & injuriam inferat: Numis Pompiliis, Babyloniæ Flaminibus, Phariſæis & Pontificibus Judæis, Hæreticis, Arianis, eorumque Conventiculis, & actis, reverâ magis quàm Chriſto, Apoſtolis, & legitimis Eccleſiæ primitivæ Synodis, ac ſimplicitati ſimilis ſit: adeoque manifeſtè non Chriſtum cum Eccleſia Sanctorum, ſed Antichriſtum cum ſynagoga malignantium, ad vivum exprimat, repræſentet, ac ſe hoſtem & adverſarium Chriſti ſatis oſtendat; Tamen *neſcimus quo fato* mundus tam magna parte ipſi adhæreat: niſi profecto, ſicut ab incremento mundi, maximi in orbe Monarchæ & gentes, non Religionem à Deo manantem in lege præſcriptam, ſed vanitatem & idololatriam à Diabolo inventam ſecuti ſunt; ipſi Reges Iſraëlis in unico, gentium minimo, populo Dei ſæpiùs hic delirarunt, & Cæſar, Herodes, Pilatus, non tam à partibus Chriſti, quam à Phariſæorum externo ſplendore ſteterunt, atque Arianis aliquot Imperatores, Reges, & totus propemodùm orbis evidentiori zelo quam orthodoxis unquam patrocinabantur: *ita hic, Deo ingratitudinem mundi erga Euangelium ſalvificum, puniente*, & regnum ſuum à mundo ingrato auferente, major pars orbis Chriſtiani, in qua videas Imperatores, cum Regibus, Dynaſtis, & Epiſcopis opulentiſſimis, hanc fallaciam, & has comparationes, non animadvertentes, aut acta illa omnia ad ſtateram Scripturæ non expendentes, illi potius quam ipſi Chriſto, vel quaſi ipſi Chriſto, cui is hypocriticè tantùm aliqua jactatione falſâ, ſimilis, reipſa contrarius eſt, adhæreant: eumque non qualis revera eſt, ſed qualem ſe eſſe oſtentat, vel ſimulat ac mentitur, ſine dolo talem manere putent, ideòque venerentur. Nimirum in tanta eminentia ſordet iis, vita, ſimplicitas & crux Chriſti, placet, arridet, pompa, ſplendor, magnificentia papiſtica, ſicut ſemper pluribus non tam jucunda fuit

Mūdus ſequitur deteriora.

Digitized by Google

Religio à Deo inſtituta ſimplicior, quam idololatria gentium, auro, gemmis, voluptatibus mundi conſpicua, veluti pulchrior. Sic dilexerunt cæci potiùs tenebras, quàm lucem, elegerunt mortem, putantes eſſe vitam. *Quia Deus elegit, non multos ſapientes, ſecundum carnem, non multos potentes, non multos nobiles, vel illuſtri genere natos, ſed quæ ſtulta ſunt mundo, quæ infirma mundi, & quæ ignobilia ſunt in mundo, pro nihiloque habita, & ea quæ non ſunt, ut pudefaciat ſapientia, valida, & ea quæ ſunt aboleat. Occultavit hæc à ſapientibus & intelligentibus, at revelavit infantibus. Sic univerſa terra ſeu omnes incolæ terræ, quorum non ſunt nomina ſcripta in libro vitæ, ſequuntur & adorant Beſtiam. At juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis omnibus.* Quapropter ii, alii, quos æquus amavit Jehova, quorum melior ſententia cordi, quales quales, tamen illuminati, & veritatis amantiſſimi, ludicris, ſpectaculis, & impoſturis Papicolarum agnitis offenſi, Primò in Bohemia, poſtmodum in Germania, in Anglia, in aliiſque Regnis & Provinciis electi, contra hunc Romanum Flaminem, contra aſſertiones falſas, contra elationem, contra Concilia & judicia ejus iniqua perverſa, cordatè proteſtati ſunt, ac neceſſitas poſtulabat: ſe nequaquã Hæreticos, ſed verè credentes Chriſtianos eſſe: ſe non ab Eccleſia Chriſti aut à Verbo Dei, ſed ab idolomania & corruptelis, nugis, falſamentis, & traditionibus humanis, Antichriſtianis, recedere: iſta perverſitate Papicolarum, & condemnationibus ab adverſariis, ſibi, cùm nuſquam ſatis auditi ſint, & cauſa iſta nunquam à parte contraria cognita fuerit, injuriam fieri: Papam illum, qui ipſe reus, convictus, & judicandus ſit, illicitè & improbè Actoris & Judicis partes, uti & poteſtatem ita agendi, aut Concilia convocandi ſibi aſſumere: Concilia non ex quibus oporteat, ſed tantum ex ſuis juratis cogere, ſuffragiaque tantum ſuorum colligere: imò verò ipſum, multis modis Hæreticum, Idololatram, Tyrannum & Antichriſtum jam detectum, non autem, qualem ſe ipſe nominat, eſſe: non Eccleſiam Chriſti caſtam, ſanctam, ſed Meretricem illam magnam, abominationibus pollutiſſimam deprehendi: non veritatem, ſed errores & mendacia; non Verbum Dei, ſed humanas traditiones Phariſaicas, etiam Ethnicas pro Religione ſupponere; non ſalutem & tranquillitatem populi Chriſtiani, ſed perditionem bonorum, & ſui ventris commodum quærere: Et, quemadmodum, antea, jam dudum, illuminatiſſimi Chriſtiani, etiam Imperatores Friderici, Hen-

Proteſtatio Chriſtianorum.

Digitized by Google

Henrici, Ludovici, eorumque fideles ac probi miniſtri, iſtum non paſtorem ſed lupum; non magiſtratui ſubditum, ſed rebellem; non quod ſimulat, ſervum ſervorum, ſed Dominum Dominorum eſſe velle: ſuperbiam Beſtiæ ſedem Petri conſcendere, non verè prædicatores, ſed prædatores in orbem mittere, agnoverunt, & cenſuerunt, eumque Antichriſtum eſſe, negotium Antichriſti agere, Principes Chriſtianos invicem committere, bella ciere, Dominium ſupra omnes affectare, diſcordiam Germanorum ſalutem Pontificum Romanorum reputare, & per hunc Antichriſtum, Chriſtianis pacem à Deo mandatum ſervare non licere; tùm Epiſtolis & ſcriptis ſuis ad Reges alios & omnes Chriſtianos graviter & nervosè docuerunt, conqueſti ſunt; tùm Senatusconſulto Epiſcoporum & Principum Italiæ atque Imperii conſenſu ac decreto in Germania & Romæ publicato condemnarunt, ſicuti præmiſſa octava Sectione oſtenſum eſt: *Ita hi Proteſtantes, hæc omnia repetentes, comprobantes, & ex recentioribus geſtis, inſigniora apponentes, oſtenderunt & oſtendunt*: ſe illum non poſſe tantiſper dum talia patrat, niſi pro Antichriſto habere: ac proinde ſe non illi, aut traditionibus humanis, tam idololatricis, aut Conciliis vel multitudini ſectatorum ejus, ſed uni Chriſto & ſacroſancto Euangelio, toti Scripturæ atque puſillo gregi, hujus revera boni Paſtoris, adhærere oportere: etiamſi hîc perſecutionem pati, aut brachio ſeculari brachium quoque ſuum ſub auxilio Dei & vexillo Chriſti, opponere, adeòque mori vel vim vi repellere, neceſſe fuerit. *uti hæc* publica autoritate Euangelicorum edita *habentur* inſcripto, quo recuſati Concilii Tridentini exponunt cauſas. Atque ita hiſce diebus ultimis effectum eſt, ut, quemadmodùm primò culpâ ſuperbiæ Epiſcopi Romani, unitas Eccleſiæ Chriſti, excommunicatione Orientalium ſciſſa fuerat, pòſt, Imperium ipſum Chriſtianum unum, illiuſdem Flaminis Romani auſu à Græcis ad Gallos & Germanos tranſlatum, ſeu in Orientale & Occidentale diviſum, ſicque faciliùs illud jam amiſſum deploramus: ita nunc ejuſdem Romani Pontificis ſcelere, ac ſacrilegio, & ſcandalo, in Bohemia quidem, à ducentis annis Chriſtiani, qui unum corpus Chriſti manere debeant, in duas partes, nempe *SUB UNA & SUB UTRAQUE communicantes*, ſciſſi, diu vexati; jamque altera illa pars, & ferè omnes excisi ſint, & qui, libera gens, liberæ Eccleſiæ, liberum Regnum, liberi

Papæ diſtractores Eccleſiarū & cauſæ ruinarum.

Digitized by Google

liberi ordines erant, jam ſub jugo Antichriſti reliquiæ quædam infelices eorum, gemant, ac jaceant: In Germania verò ac tota propemodum Europa, ſancta Eccleſiarum unitas, quæ manifeſtas & jam olim damnatas Hæreſes, execratur, & ſe quoque Chriſti eſſe credit, itidem in duas generaliores ſciſſuras, videlicet Pontificiorum & Euangelicorum diſceſſerit, abierit, &, nî Deus ſervet, communi hoſti, Regnum tale diviſum faciliùs occupandum, diruendum patet. Sicuti in typo, ſcandalo Jeroboami, major Iſraëlitarum pars ad cultum vitulorum ducebatur, potior at minor Lege Dei regebatur, Regnum populi Dei unum in duo, adverſum ſe diviſum, identidem bellis mutuis atterebatur, donec poſtmodum utrumque in manus hoſtium veniret, Iſraëliticum idololatricum planè diſperiret, Judaicum conſuetudinibus vicinorum idololatricis nonnunquam conſpurcatum, in caminum Babyloniæ, conjiceretur, & ita probaretur, conflareturque, ut niſi reliquiæ adventui Meſſiæ deſtinatæ divinitus ſervatæ eſſent, etiam in nihilum redigeretur: ita in veritate metuendnm: iſte Jeroboamo deterior, populum Chriſtianum ac Regnum Chriſti diſtrahit, majorem partem poſt ſe ad idololatriam ſuam pellicit, potiorem bellis vexat, ut aliquando, viribus utriuſque attritis, vix communi hoſti Turcæ Aſſyrio reſiſtere ſufficiant, ac ſimiliter illa propter Idololatriam totali excidio tradatur, hæc propter alia peccata miſerabilem in modum jactetur, & igne judiciorum Dei pauciſſimis ſervatis probetur ad Domini Adventum. Cui dum omnia præparantur, interea Pars major potiorem premit, & perſequitur. Pontificii ceu Iſraëlitæ Jeroboami ſubditi, & vitulorum cultores, Regno Judæ longè plures, Chriſti ſinceros imitatores, non niſi opprimendos, & ſuæ libidini ſubjugandos putant, nullo divinæ voluntatis reſpectu habito. Inde, veluti Reges terræ illi, qui cum Meretrice illa magna ſcortati, vinoque ſcortationum & abominationum ejus, inebriati erant, qui vires & poteſtatem ſuam nempe Regna, populos ſuos & nervos rerum gerendarum, Beſtiæ ad uſum tradiderunt, atque una contra Agnum ſtrenuè pugnarunt. ita, placitis Paparum imbuti, ac legibus & traditionibus poti, ad omnem libitum ipſis parati ſunt, ubi poſſunt, Euangelicos perſequuntur, in exilia ejiciunt, diripiunt, mactant, & in favillas redigunt, rati miſeri ſe Deo cultum præſtare: atqui ſic, contra Agnum Dei, qui tollit peccata mundi, furentes,

Ieroboam Papæ typus ad peccandum & ruinam adduxit Regnum Davidis; Hic Chriſti.

Diſtractio & Partes adverſæ in Chriſtianitate.

Digitized by Google

rentes, bella gerunt: Sanctos ad tempus certum permiſſu divino occidentes, ad Martyrii honores & coronas promovent, contra quam putarunt. Euangelici verò candidi, tanquam Sancti illi qui cum Agno ſunt, vocati, electi & fideles, verum profitentes ac tuentes, hîc gladium quoque Spiritus vibrantes, & arma armis opponentes, ſæpè quidem externè vincuntur, internè quoad animam & cauſam bonam nunquam ſuperantur, nedum ut occidantur, ſed, purgantur, dealbantur, Chriſto conformes redduntur, donec judicio cælitus allato, iſti iniqui perſecutores, illuſtri Judicis adventu, cum illo Antichriſto prorſus aboleantur: Hi vero purgati cum Agno & Servatore ſuo Jeſu Chriſto, victoria plena, gloria æterna cum vitæ corona potiantur. Quæ cùm ita ſint, & Papæ de ſuis prætenſionibus ac moribus ne tantillum quidem remittere ac Verbo Dei cedere velint, ſed ad deteriora ſemper ruant, Chriſtiani contra audentiores ire coguntur: & prouti Eccleſiarum Orientalium reliquiæ Papam cum iſtis moribus, Satanæ tradiderunt, dicentes: *Diabolus tecum, quia Dominus nobiſcum.* & Paulus *improbos Hymenæum & Alexandrum qui naufragium fidei fecerunt, Satanæ tradidit, ut caſtigati diſcerent non blaſphemare:* ita ſinceritas Chriſtiana iſtos compeſcere integrum & neceſſe habet. Hinc igitur nulla pax Chriſto cum Antichriſto, hinc bella quæ Papæ, non Chriſtiani inchoant, eorumque non Chriſtus cum ſuis, ſed Antichriſtus cum ſuis cauſæ ſunt. hîc Canoniſtæ *Papam Cauſam Cauſarum* eſſe jactent. Hinc & moderna contra Religionem Euangelicam bella geruntur, & ad finem mundi duratura videntur, cùm altera pars per malitiam quieſcere aut cedere nolit, altera per conſcientiam vel agnitæ veritatis & ſalutis jacturam defenſionem omittere non poſſit.

Sectio XI.

QUo minus autem pax & reconciliatio quædam ſperari poſſit, imò quo magis Orbis Chriſtianus, orbis terrarum, diſſolutis imperiis ardeat bellis, & puſillus Chriſti grex Diaboli Regno inviſus, ulteriùs affligatur, & crucietur, id eſt, Eccleſia ceu triticum ventiletur, at bono tamen electorum, fides velut aurum igne exploretur, mirabili permiſſione Divinâ, Diabolus à principio homicida, ſeminis Chriſti irreconciliabilis hoſtis, Draco rufus, & perpetuus mendax, fraudum architectus, ex ore ſuo, & ex ore Beſtiæ,

Digitized by Google

ſtiæ, & ex ore Pſeudoprophetæ, id eſt, ex ingenio hoſtili, ex mendaciis, & fraudibus, conceptam & conflatam procreavit, produxit atque in orbem miſit, *novam Sectam Ieſuitas*, in omni genere fraudum, æquivocationum, elenchorum, ænigmatum, fallaciarum, præſtigiarum, & id genus artium, exercitatiſſimos, non quidem veri prorſus neſcios; ſed ad pervertendum Scripturæ & Hiſtoriarum ſenſum, ad negandum vel elidendum & oppugnandum verum, ad palliandum, excuſandum, expoliendum, aſtruendum, ac propugnandum falſum, modo occaſio detur, paratiſſimos, atque linguis & ſophiſmatis inſtructiſſimos: Qui omnia mendacia, & Regnum Diaboli, maximè verò Thronum inclinatum *detecti Antichriſti*, fraudes, errores, flagitia, Scripturarum depravationes, perverſas interpretationes, idololatricas conſuetudines, titulos ſacrilegè uſurpatos, & omnes traditiones ejus, quaſi in nullo unquam errarit nec errare poſſit, ſed omnia ſanctè tradat & agat, tuerentur, ac defenſarent; veritatem verò Religionis Euangelicæ, & omnes Verbo Dei puro addictos ſuis offuciis impedirent, lucem Euangelii nebulis ſuis obſcurarent, Hæreſeos accuſarent, & omni conatu oppugnarent. Iſtos Jeſuitas nigritas, Rex Locuſtarum Antichriſtus ille, perlibens avidiſſimè ſuſcepit, approbavit, ad negotium ſuum agendum adſcivit, & ferè omnibus aliis Locuſtis præferens, ad aſſerenda ſua & fulciendum ſolium ſuum miniſterio Lutheri titubans, publicè introduxit, & mirum in modum auxit, ita ut brevi ſpacio, vix centum annorum, jam in Europæis Regnis ac Provinciis ultra vel circiter tria millia Collegiorum ſociis oppletorum & ditatorum habeant, atque in omnibus præcipuis Aulis, Curiis, Scholis, & communitatibus quidam eorum ſint, aut præſint: ut, quemadmodùm antea dudum, ubi Paparum res nutare viſæ ſunt, *Dominicani, Prædicatores, & alii Locuſtarum greges Monachi*, ſub Imperatoribus Fridericis, Henricis, aliiſque loco annunciandæ pacis, inter Chriſtianos, ſemina diſcordiæ, odia, & bella ſerebant, quibus Reſpublica Chriſtiana afflicta & attrita, ſedes Papalis ampliata vel firmata erat, de quo Hiſtoriarum querelas hinc inde legas: ita his ultimis ſeculis *Ieſuitæ* hoc idem agant: omnibus ſeſe immiſceant frigidam, ſuffundant, & ungues in ulcere exiſtant. Quod omninò ſtrenuè peragunt, dum non ſolum juventutem præcipuam nobiliſſimam, ſuis inſtitutionibus, merè deceptionibus, ſcriptis ſubtilibus, & diſputationibus intricant,

Ieſuiticæ Sectæ ad frigidã ſuffundendam introductio

Ieſuitæ juventutis & Aularum corruptores. opinibus nequiores.

tricant,

tricant, Papam ſolum & religionem ejus, cum omnibus erroribus, facinoribus, attentatis, actis & traditionibus ac conſuetudinibus, quaſi iſta omnia ſint vera Chriſtiana Religio, laudant, juſtificant, juventuti indiſcretæ perſuadent, commendant, & ſuper omnia extollunt: Euangelicos verò Chriſtianos, è diametro, cum omni Verbo Dei & inſtitutione Chriſti, vituperant, irrident, Hæreticos vocant, calumniantur, & omnibus exoſos reddunt, adeoque mentes & naturam juventutis teneram, dupliciter inficiunt, & corrumpunt: nimirum, amorem Antichriſti & idololatriæ & falſitatis, odium Chriſtianorum veræque religionis & veritatis, animis juvenilibus inſtillant, quod in utramque partem eſt damnabile. Sed etiam dùm Reges terræ & aulas mundi præluſtres adeunt, vel *mare & terram ad faciendos filios gehennæ circumeunt*, ſemetipſos & Papam illum talem commendant, ejus cauſam inſinuant; Chriſtianos reformatos, ſicut Ariani Orthodoxos, & Diaboli ſemper ſanctos, accuſant, calumniis obruunt, atque ita idem virus dupliciter mortiferum & damnabile Regibus & aulis ingerunt: tandemque ſpiritus iſti ranarum ſimiles importunis ſuis coaxationibus, turbulentiſſimis conſiliis, & impudentiſſimis ſolicitationibus, aulas Principum, Regum, Imperatorum fatigando, incendunt, ut exacerbati Magnates ac ſeducti ab illis, Chriſtianos Euangelicos perſequantur, etiam ſubditos, & aliâs ſibi utiles, bellis opprimant, & exſtirpent, quaſi adverſus Hæreticos ſæviant; At Papam Antichriſtum cum ſua factione quaſi Eccleſiam Catholicam, aſſerant, propugnent, & exaltent, *quaſi ipſi Deo cultum præſtent*. Sicuti hæc omnia de Antichriſto Scripturis, & in ſpecie de Jeſuitis Apoc. 16. verſ. 13. 14. prædicta ſunt, & jam dudum, *cum in aliis Regnis, tum in Bohemia maximè Ieſuitæ*, egerunt, perpetrarunt. Poſt tot piorum & ſanctorum contra Papatum querimonias, multos Chriſtianos cum Sigiſmundo jam tùm Imperatore, multa in illa Papali gubernatione, deſideraviſſe, & reformatione Eccleſiæ opus fuiſſe, agnoviſſe, in Hiſtoriis legere licet: ſuperiori ſæculo, non tantùm experrectæ conſcientiæ Doctores Lutherum, & alios in multis locis idem animadvertiſſe, inchoaviſſe, verùm etiam politicos Principes, Comites, Reſpublicas incepiſſe, reformationem egiſſe, Reges Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, huc acceſſiſſe, Reges Galliarum quoſdam non contraiviſſe, quin & Bavarum, & Auſtriacos, & ipſos Cæſares Calicis reſtitu-

Ieſuitæ Ieſum Chriſtum vituperãt: Antichriſtum colunt.

Spiritus ranarũ ſimiles ſunt.

Boni reformationẽ & concordiam Eccleſiæ volunt.

Digitized by Google

ſtitutionem & abuſuum correctionem, ab Epiſcopis, & Concilio Tridentino, requiſiviſſe, imò etiam Epiſcopum Colonienſem, & delectos à Paulo tertio multos Cardinales, reformationi conſenſiſſe, ejus certam formam conſcripſiſſe, & faſſos eſſe, ex aula & curia Papæ tanquam ex equo Trojano irrupiſſe in Eccleſiam Dei, tot abuſus, & tam graviſſimos morbos, ut conſpiciant eam ad deſperationem ferè ſalutis laboraſſe. Inſuper ipſum Papam Adrianum ſextum, ad Comitia Norinbergenſia Legato ſuo in inſtructione dediſſe Anno 1523, ut diceret: *Papam fateri Perſecutionem Eccleſiæ à Deo immitti propter peccata hominum, maximè Sacerdotum & Eccleſiæ Prælatorum: & ſcire Papam in illa ſede aliquot jam annis multa abominanda fuiſſe, abuſus in ſpiritualibus, exceſſus in mandatis, & omnia denique in perverſum mutata.* Item: *A Curia Romana proceſſiſſe hoc malum, & inde corruptionem in omnes inferiores manaſſe.* Et ipſi, Papæ ad Concilium Tridentinum Legati, & Præſides Concilii, in prima ſeſſione idem fatentur: *Se cum ſuis in cauſa eſſe per multos abuſus quod à Deo caſtigentur, quod impedimenta pacis Eccleſia eorum in ſe contineat, quod Deum fontem aquæ vivæ derelinquant, & ciſternas quæ aquam continere nequeant, foderint, ut mali Iudæi fecerunt: ideòque correctione & reformatione opus eſſe.* Et ibi apertè Cornelius Epiſcopns Bitontinus, coram omnibus, audiente Eccleſia repræſentativa, de corruptelis Epiſcoporum, dixit: *Vtinam à religione ad ſuperſtitionem, à fide ad infidelitatem, à Chriſto ad Antichriſtum, à Deo ad Epicurum velut prorſus unanimes non declinaſſent!* Sic ergò hic Chriſtiani habuerunt, *Confitentes reos.* Et ſpes omninò fuiſſet alicujus, correctionis, reformationis, & partium Eccleſiæ reconciliationis, ut plurimi etiam ex illa parte reſipiſcentes, ſalvarentur. Sed, ſicuti tùm, quidam Caſpar Cordillus, Hiſpanus Legatus, omnia diſturbavit, & oravit: *Si calicem Laicis reſtituerimus, adeoque in uno hoc articulo, Eccleſiam erraviſſe, vel errare poſſe conceſſerimus, illicò Hæretici obtinebunt, & clamabunt: etiam in aliis omnibus, quæ ſine apertis Scripturis, Eccleſia Papæ habet, aut contra Scripturam obſervat, quæ ſunt in controverſia, quorum accuſatur, eam errare poſſe, imò revera errare, ideòque merito deſeri:* quo ſermone moti, in eo Concilio nihil correxerunt, nihil reformarunt, nedum ut conciliationem ac pacem Chriſtianitati ſancirent; ſed omnia ſua approbarunt, omnia Chriſtianorum condemnarunt, & Eccleſiam ſuam errare non poſſe, ſtatuerunt; cum eo ipſo in utramque partem damnabi-

Hiſpani ſoli non.

Digitized by Google

nabiliter erratum ſit, & in Chriſtianitate, æternatura diſſidia, & bella, ſtabilita: *Ita, his annis*, cùm alii, tùm Monachi, tùm Politici, ad pacem ſervandam faciliores propenderent, & in Bohemia profectò, inter Ordines, *ſub una, & ſub utraque*, conſenſus quidam, ceu amica compoſitio, quomodo utrique in eo Regno tranquille vivere deberent, Comitiis publicis annuente Rudolpho Imperatore anno 1609, conderetur, & omnes convenirent, ac pacem eſſe putarent, ſoli Jeſuitæ *à Loiola Hiſpano milite, paſcuo Diaboli*, ut Rex Galliarum dicebat, oriundi, & complices eorum, clandeſtinis conſiliis, & apertis ſcriptis & actis, omnia diſturbarunt, ſolos Papæ ſubditos Eccleſiam manere, Chriſtianos alios Hæreticos eſſe, illos à Magiſtratu foveri, hos extirpari debere contendentes, & talia occeptantes, ut Ordines arma corripere neceſſe habuerint: adeò ut hic luce meridiana clariùs conſtet, & cum ſcriptis Chriſtianorum experientia rerum clamet: *poſt Diabolum & Antichriſtum proximas efficientes, adminiſtras & adjuvantes, tantorum diſſidiorum & bellorum cauſas eſſe Ieſuitas: nec quamdiù tales Ieſuitæ in rerum natura manſerint, Chriſtianis Antichriſtum compeſcere, invicem unum eſſe, & pacem habere licebit.* Sic enim porrò, cum machinationibus Satanæ, & efficaci deceptione Antichriſtiana, ſtante Jeſuitarum aſtu, pravâ induſtriâ, & ſubtilioribus artibus, ac venenatis doctrinis, quibus etiam famoſiſſimi quique Hæreſiarchæ & ſeductores in mundo, reliquis præcellere memorantur, fit, ut alii Papiſtæ Monachi, alioqui ignavi, niſi cum aris & haris *ſuis* periclitari velint, cogantur, exemplo Jeſuitarum, diligentiores eſſe, & hoc negotium Antichriſti multi contra conſcientiam vehementiùs aut ſolertiùs agere; veram religionem oppugnare, falſam illam aſſerere: ita ut eorum hypocriſi & induſtria, ſi fieri poſſet, etiam electi ſeducerentur, & jam multi Chriſtiani illuſtres illuminati, qui in agnita veritate proficere, multos ab Antichriſto retrahere debuiſſent, Theologis & Paſtoribus ſuis de priſtina ſeria vigilantia nonnihil remittentibus, aut diſſenſionibus, altercationibus, aliorum condemnationibus vel præpoſtero zelo, fruſtra tumultuantibus, ac Deo ineptias tantas averſante, hîc offendantur, aut refrigeſcentes, à ſalute Euangelica avertantur, atque ad errores & damnationem Papiſticam, canes ad vomitum, ſues loti ad volutabrum cæni, redeant. Quo Antichriſtiani in ſuis conſuetudinibus obfirmantur, indurantur, & porrò ad hærendum in

Ieſuitæ ſoli reformationi & paci Eccleſiæ cõtraeunt.

Ieſuitæ cauſæ & incentores bellorum.

Digitized by Google

placitis Antichriſti, ad bella Chriſtianis inferenda, facienda, animantur ac roborantur. ita ut jam veræ pacis nulla ſpes eſſe queat: quin omnes illi Romæ & alibi, cum Jeſuitis, nihil aliud quàm conſilia de redintegrando Papatu, & debellandis extirpandiſque Chriſtianis agitent, imò arma tractent. Nec fallebatur Academia Vittebergenſis in admonitione ad Bohemos ſcribens: *Pontificiorum omnium, unicum votum eſſe, ut omnes Euangelici, de medio tollantur, extirpentur & deleantur.* Utinam verò cum ſuo Patrono ipſis non aſſiſtat, & votum hoc Antichriſtianum ad effectum non promoveat! Sed hæc quomodo curentur, quis ſine lachrymis referat? animoſiores & conſtantiores etiam Chriſtianos, contra, ad meliora tendere oportebat.

Sectio XII.

Bohemi quia primi in Europa huic Antichriſto & conatibus ejus, armis & bello, quod Huſſiticum vulgo appellant, reſtiterunt, & non exiguum capiti Beſtiæ vulnus, atque fallaci Antichriſti omnipotentiæ hiatum inflixerunt, indeque virtus, vel potentia ipſorum Monachis infeſta, nonnihil formidabilis fuerat: idcircò Romæ diu deliberatum, & tandem Tridenti concluſum, & ſtatutum eſt: ut iſti Bohemi, primùm per artes, ſuis libertatibus & viribus quomodocumque detur, exuantur, & priventur, poſtmodùm debilitati, exhauſti, faciliùs opprimantur, executioni atque excidio tradantur. Tandem, iis oppreſſis, vel debellatis ac potentiâ eorum fractâ vel ad Pontificiam traductâ, alii Euangelici, eorum quondam exemplo confirmati, minori negotio ſuperentur, ad gremium illius matris ſcortationum, retrahantur, aut paulatim quoque bellis affligantur & deleantur: ſicque Chriſtianiſmo penitus abolito, Papiſmus ſolus obtineat. Hunc ſcopum ut aſſequeretur Antichriſtus Papa, ſicuti in communi, ſe ſuper gentes & Regna conſtitutum eſſe, Monarchiamque totius mundi, tanquam Deus in terra, habere, falsò jactat, & omnibus aliis in mundo Regnis, ſuum primatum, ſuam ſuperioritatem vel ſupereminentiam inferre, ac jugum & ſervitutem imponere, miris artibus, conatur, quo nomine omnibus Regibus in Occidente, Hiſpanis, Gallis, Anglis, Arragonicis, Siculis, Danis, Suecis, Ruſſis, Croatis, Hungaris, & omne genus poteſtatibus ſupereminentibus, ipſiſque Imperatoribus,

Practica Antichriſti circa regnum Bohemiæ.

Papa Imperium & Regna Europæa vexant.

bus,

bus, jam ferè per annos ſexcentos ſatis moleſtiarum creavit, negotiorumque faceſſivit, & omnes hos, Vaſallos ſuos eſſe mentitus eſt; atque ampliùs arrogans, addit; *Neminem poſſe alicubi legitimum Regem aut Magiſtratum manere, niſi qui ſibi ſubditus, ſuus Vaſallus ac feudatarius, ad executionem ſuæ Papalis voluntatis, paratus, ac juramento obligatus ſit*: quocirca Imperio & omnibus Regnis ac Provinciis eos tantum, qui ſuæ ſint obedientiæ, Religionis & farinæ primores, multifariis practicis, prenſationibus, prætenſionibus, & elenchis, inſinuare, commendare, obtrudere, immittere; alios qui ſibi non placeant, etiam legitimos hæredes, ac ſucceſſores, gubernatoreſque aptiſſimos, quaſi illegitimi aut indigni ſint, aut rebelles, qui Papæ non ſubſint, Imperio, Regnis & ſoliis movere, deponere, excutere & opprimere conſuevit: quo multoties multorum bellorum in orbe auctor fuit, ut hiſtoriæ & querelæ trecentorum, quadringentorum & plurium annorum teſtantur: *Ita quoque Bohemos* hac genuinâ ac non poſtremâ Antichriſti notâ, diu multumque nimis exercuit & vexavit, eos pro ſuis ſubditis aut alioqui rebellibus exiſtimavit, eos id non curantes, ſibi ſubjugare, aut iis Principes, Reges ac Magiſtratus ſibi addictos, imponere ſategit, tandemque ubi multum effeciſſet, per illos ſuos plenum ſibi dominium & imperium in ipſos arrogare, non dubitavit, imò exercere voluit, *Verùm cùm Regnum Bohemiæ, nullum unquam Principem, Regem ac Dominum abſolutum hæreditario ſuccedentem agnoſceret, ſed ab initio liberum vel* ELECTIVUM *eſſet, atque inſignioribus Privilegiis & immunitatibus gauderet atque excelleret, adeò ut fictam Papæ ſuperioritatem, ſecurum contemneret, exploderet, & pro arbitrio Reges ac Magiſtratus, nonnullos quidem è familiis Papæ addictis, ſed nullum in abſolutum Dominum eligeret, quin conditionibus certis, Legibus & Statutis Regni ſeveriſſimè alligaret & aſtringeret; ita ut per illas conditiones & obligationes juramentis ratificatas, Regi electo, ſine ſcitu & publico ordinum in Comitiis conſenſu, in rebus alicujus momenti, commune bonum aut contrarium concernentibus, maximè verò in negotio Religionis abſque apertiſſimo Dei Verbo & publicis Comitiis, planè nihil liceret. Quin ſi Princeps aut Rex aliquis contra agere vellet, ſua dignitate excideret, Ordineſque illi nulla ſubjectione aſtringerentur, quin imò talem deponere, integrum haberent, atque etiam reipſa jam olim multos exauctorarent*: Maximè ſi Pontificius Princeps ac Rex hic aliquid attentare, Papæ gratificari, & in præjudicium

Regnũ Bohemiæ electivum.

Digitized by Google

antiquiſſimæ Religionis Chriſtianæ, quæ ab ipſo Chriſto inſtituta, Scripturis ſacris dignoſcitur, aliquid de Papiſtico Sacrilegio, & abominationibus, introducere vellet, periculoſum eſſet, ne Ordines Liberi Chriſtiani Euangelici libertatum & privilegiorum Patriæ cuſtodes, exacerbati, Regem talem, tanquam juramenti violatorem conditionibus & pactis non ſtantem, rejicerent, ac poſtmodùm neglectis omnibus Pontificiis, Principes ac Reges Euangelicos eligerent, conſtituerent, eoque Papiſtis omnem ſpem vindictæ aut ſcopi aſſequendi, ac Regni ſub jugum Papæ adducendi, in perpetuum præciderent. Hoc ſubolfaciens aut metuens *Antichriſtus*, aliquandiu veluti diſſimulare ſtatuit, donec aliquando ſecuritate ſopitis & nihil tale cogitantibus, nec animadvertentibus Ordinibus Bohemis *occaſio daretur*, *Regnum hoc ex* ELECTIVO *HÆREDITARIUM facere.* Ad tale facinus, è longinquo dudum, partim ipſos Reges, partim Officiarios Regni, ſuis artibus, informans, & inſtigans obtinuit; ut aliqui Regum Electorum, Papæ addictiores, & inanis gloriæ Familiarum ſuarum avidiores, aliquid hujuſmodi, quod hæreditati liberorum ſuorum ſervire poſſe videretur, attentarint, & vel pactis quibuſdam domeſticis occultioribus, aut ſaltem *Marginibus Tabularum Regni* privata autoritate inſcribi curarint; in quo negotio Officiarii quidam doloſis pollicitationibus vel auro corrupti, ipſis operam ſuam commodarunt ac ſervierunt. Quod, etſi ipſa rerum geſtarum ſerie, & uſu planè refutaretur, & Ordinum ſtudiis, oppoſitionibus ac ultimo deductionibus abunde dilueretur, & quia manifeſtè in Comitiis publicis ſecundùm leges nihil unquam tale fieret, nullitatis convinceretur; tamen Papæ & eorum ſervi, ſicuti in negotio Religionis, in aſſerendo ſuo Primatu, & ſuper omnes autoritate, *in obtrudenda mutilata cœna*, *in aſtruenda Miſſa*, *Purgatorio*, *Imaginibus*, ac cæteris multis traditionibus, Verbo Dei aperto deſtituti, contra veritatem & dexteritatem, vel ingenuitatem Chriſtianam, contra veritatem inquam clariſſimam, ad ineptas, & falſas aliquot, locorum Scripturæ interpretationes, confugiunt; incerta, ambigua, obſcura, controverſa, dubia, clariſſimis & certiſſimis, veluti nebulas Soli, opponunt; ſed & ſuppoſititia, ficta, Apocrypha, Hæretica Judaica, & merè falſa, ad patrocinium ſuæ cauſæ conquirunt: & impudenter aut deſtinata malitia his potius quam illis, mendaciis potiùs

Papiſtæ volunt hæreditariũ.

Mos Papiſtarum in aſſerendis falſis.

Digitized by Google

potiùs quam veritati, adhærent: Sic in obtinendo illo titulo *Hæreditarii Regni* in negotio Politico, carentes fundamento, & evidenti juſtitia cauſæ, ad marginalia quædam aut temeraria quorundam, ſuæ cauſæ fautorum, ſcripta, obſcura dubia obrepentia ſuppoſititia provocant, aut ſi quando liberi Regum in actis communibus & conſuetudine vocentur *Hæredes*, tum illi ſtatim ſe Regnum hæreditarium obtinuiſſe argumentantur, & inaniter plaudunt, cùm vox *Hæres* ambigua ſit, & non illicò hæreditatem Majeſtatis Regiæ, ſed bonorum paternorum propriorum, denotet, aut Succeſſorem qui electione ſuccedere poſſet, quandoque ſignificet: nec non ex quibuſdam pactis aut teſtamentis & actis privatis, verba quædam, contra ſenſum, vel fictas & non receptas Hiſtorias ſuſpectas huc torquent: & tandem, his ineptiis, parergis ac figmentis, ipſam rei veritatem everſam volunt, ut in Republica Bohema hæc talia colliguntur, & cenſuræ Sapientum exponuntur. Perinde atque Cauſidici malæ cauſæ patroni, teſtimoniis rerum deſtituti, ſæpe veriſimilibus incertis fictis argumentis ludunt, & nonnunquam improvidis judicibus imponunt, adeoque ipſam juſtitiam perverti faciunt: unde lites plures, inimicitiæ, odia, & nonnunquam cædes ac bella ebulliunt & excreſcunt; juſti injuria afficiuntur: improbi in ſinum rident: iniquitas præ juſtitia dominatur: & mendacium veritati inſultat: *ita hic fit in hoc negotio; & hæc eſt Ieſuitarum & ab iis ſeductorum perpetua praxis*: donec à juſtiſſimo judicio hæc revideantur, & iniqui divina vindicta obruantur. Non curat hæc Papiſmus: Sed porrò cùm in hoc negotio *Hæreditarii* aliquid ita ex marginalibus, ex iniquis, actorum & verborum interpretationibus, imo ex illegitimis ſuppoſititiis falſis aut veriſimilibus, colligerent, & rem in diſputationem trahi poſſe cenſerent; tùm jam hoc ſeculo degeneres quidam ex Ordinibus non poſtremi, à Cæſare ad officia promoti, Jeſuitica diſciplina, & artibus imbuti, & corrupti, occultè primùm nonnulla pro Auſtriacorum Papæ addictiſſimorum parte, in quibuſdam actionibus inflectebant, attemperabant, & tenebras luci offundentes, integritatem hujus cauſæ ſupprimebant: Privilegia Ordinum, cum ſtatutis Regni, vel ſub prætextu conflagrationis Arcis Pragenſis, minuebant, vel aliâs, non in quibuſvis Comitiis ea relegendo coram omnibus, ut olim juris erat, occultabant, vel quaſi non ſatis perfecta eſſent, extenuabant, jam longâ ſucceſſione Au-

Idem in titulo hæreditario.

Papicolæ papalia cõtra ſemetipſos provehunt.

Auſtriacorum infirmata, velut antiquata contemnebant, aut ſuſque deque habebant; Tandem ſub Imperatore Mathia compluribus machinis eo comparatis, Jeſuitarum incitationibus & aulicis pollicitationibus incruſtati, occultioribus quorundam Auſtriacorum conſpirationibus ſuffulti, & favore potentum nixi criſtas erigebant, & eo uſque præjudiciorum ac malitiæ ruebant, ut non veriti ſint, contra jus & majorum experientiam, contra patriam, contra omnes Ordines, contra propriam libertatem, contra poſteritatis reſpectum, & publicum bonum, Regnum Bohemiæ non ampliùs *Electivum*, ſed jam *Hæreditarium* appellare: imo etiam in Cancellariis mutato ſtylo, nomine Regum ſcriptitare, ubi antea ſcribebatur: *Noſtra Regna & Provinciæ Hæreditariæ.* tùm pervertere, *Noſtra Hæreditaria Regna & Provinciæ*; nec dubitarint: jam ex Domo Auſtriaca, Reges, non amplius *eligendos*, ut olim, ſed *hæreditaria ac nativa ſucceſſione acceptandos* proponere; ſicut Apologiæ Bohemorum & alia ſcripta oſtendunt. Verùm cùm gens illa Czechiaca Bohema origine *Tyrannorum domitrix ſit*, & ante mille annos, cum in Croatia Romanus Præfectus, nationem illam crudeliſſimè tractaret, ut ſcribunt quidam, Czechus & Lechus è principali familia fratres, congregata nobilitate Tyrannum illum Præfectum unâ occiderent, ac ne Romani ideo in eos bello ſævirent, omiſſa Croatia, in vaſtatas à Gottis terras, migrarent, ſicque Czechicæ & Lechicæ nempe Bohemicæ & Polonicæ nationis autores & duces exiſterent; Cumque genti hinc oriundæ, jugi crudelis impatienti, atque Ordinibus Regni ingenuis, *religio eſſet*, *Patriam auro vendere*, *Dominumque potentem imponere*, *Leges precio figere ac refigere*, quæ acta eſſe & eorum, quos infernalibus in ſedibus locant Poëtæ, & nunc Papiſtarum ſatis notum eſt, atque hæ artes nunc in ſcholis Jeſuiticis, diligenter tradantur; tum Ordines Regni Bohemiæ maximam partem adverſus ejuſmodi auſa vel attentata fremebant, & Patriis libertatibus periclitantibus, omnino conſulendum eſſe ſtatuebant. At Papiſtarum, Jeſuitarum, & ab his corruptorum ſeductorum aliquot Baronum, ad officia Regni practicis evectorum, Patriæ proditorum, tanta fuit inſolentia, cæcitas, perverſitas, tam pernicioſa in Patriam, in fratres conſpiratio, ut qui eorum conſiliis vel tantillum reſiſteret, eum conſueverint prætextu cujuſdam ſcopi, ad quem collimatum ſit, & extenuatione libertatis ac privilegiorum quaſi ad oppoſitionem non

Gens Bohema & meliores ex Ordinibus libertatem tuentur.

Papiſtæ inſolentes cōtra.

Digitized by Google

non ſufficientium vel antiquatorum, nec non ampliſſima potentia Auſtriacorum, & multitudine ac prærogativis jam conſentientium, debilitare, ac minis frangere vel deterrere. Qui conſtantiùs & fortiùs hanc cauſam, nimirum Privilegia Regni, Libertatem Patriæ, & inſtitutionem Chriſti in Religione tueretur, & aſſereret, eum auſi ſint ſeditionis, ac rebellionis inſimulare, adeoque capitis arceſſere, ita ut multi muſſitarint. Hicque Auſtriaci, Matthias, Ferdinandus ejus adoptivus, priſtini ſtatus & rerum geſtarum, obliti vel contemptores, poſthabitis oppoſitionibus Ordinum qualibuſcunque omnibus, ſeſe jam pro *Hæreditariis & abſolutis Bohemiæ Regibus ac Dominis gerebant*, qui ſuos liberos, vel adoptivos qualeſcunque Regno iſti jure Hæreditario obtrudere & Reges præficere queant. Etiamſi tota rerum experientia & praxis, ipſæ Regum electiones, conditionum ab Ordinibus poſitarum acceptationes, hiſtoriæ, mutationes, Regum electorum coronationes, juramenta & Reverſales, omnium contrarium oſtenderent, evincerent.

Reges Papæ addicti, ſe pro Hæreditariis in Bohemia oſtentant.

Sectio XIII.

Nihilominùs, non obſtantibus omnibus eſſentialibus, ac fundamentalibus rebus, quia hominibus Papæ, nulla jam juris æqui honeſtique ratio, nulla Legum, Gentium, Diviniquè judicii reverentia, nullus Chriſti fidelium, ſcilicet Hæreticorum reſpectus, ex inſtitutione Jeſuitica, pergebant Papicolæ: & quidem omnia eo fine; ut, tandem, Regi Hæreditario in Bohemia ſic conſtituto, & confirmato, Papæ ſubjecto, obedienti, planè liceret, quicquid liberet, aut quicquid Antichriſtus Papa juberet. Cùm & Hæreditariis Regibus non omnia conducant, & majorem rationem Verbi Dei & Legum juſtarum, quam ſuorum aut Papæ placitorum, habere, in conſcientia obligati ſint. non curant hæc, inquam iſti, ſed, conducere & licere ſibi opinantur, quicquid libet, in omnia, inprimis in Religionem Chriſtianam, ſine omni reſpectu & conſenſu, Scripturæ, Ordinum, & Chriſti ſervorum omnium, ſtatuere, jubere: Inſtitutionem Chriſti *ſub utraque*, ut loquuntur, cum tota prædicatione Euangelii abolere; Papalem ſub larva Catholicæ religionis conſuetudinem, grandi Sacrilegio imbutam Miſſam, & Idolomaniam omnem omnibus præcipere, ut nemo audeat contra vel hiſce re, vel inſtitutionem Chriſti, atque eos qui eam obſervant,

Hæreditarii Regis licentia.

Scopus ad quem collimatū à papicolis.

defendere. Quem ſcopum, intentionem, & finem, omnium machinationum, & bellorum Antichriſti, atque Vaſallorum ipſius, omninò fuiſſe & eſſe, nunc patuit, & eo evidentiùs ac potentiùs probatur, quo magis in Bohemia hoc peragitur, ubi cùm iſtis ex voto res ſucceſſerit, & Rex hæreditarius Ferdinandus Papæ devotiſſimus, firmatus ſit, jubente Papa Antichriſto, quod fatetur Carapha Papæ ad Cæſarem Legatus, jam ſub cavillatione *Reformationis*, è Bohemia, Moravia, partibus Sileſiæ, & aliquot Provinciis Germaniæ debellatis, omnes Euangelici ejiciuntur, opprimuntur: Papicolæ ſoli introducuntur, aſſeruntur. Et quidem crudeliſſimè in Bohemia; ubi cùm perpauci ante fuerint Papiſtæ, nec illi conſtituerint Regnum, ſed ferè omnes Euangelici, è quibus maximam partem conſtabat Regnum, & Eccleſiæ, hi nunc, quaſi eſſent citra controverſiam hæretici, aut quaſi Hæreticos, citra controverſiam, ſic tractare liceat, fraude & vi Papiſtarum debellati, ſpoliati, contrucidati jacent: pauciores papicolæ ſoli nempe regnum ſunt; ſimpliciores ad Papiſmum vi adiguntur; conſtantiores & optimi quique in exilia ejiciuntur, & in noſtris oculis, ſpectaculum mundo facti, projecti, afflicti, diſperſi, miſerrimi, proteruntur: noſtræ ſecuritati, exemplo, tyrannidis Antichriſtianæ Papiſticæ de naturalis illis clementiæ Auſtriacæ documenta, ſtatuuntur. Hoc primùm eſt, *Hæreditarii Regis* Papiſtici in Bohemia effectum & opus: hoc pacto placitum Papæ Antichriſti, horrendū tot Eccleſiarum Chriſti excidium, hodiè, nobis ſpectantibus, ſed parum cautioribus, peragitur. tantum eâ per Commiſſarios Cæſarios poſitâ cauſâ, quia ſic velit ſic jubeat, Cæſar Ferdinandus *hæreditarius* ſcilicet atque abſolutus Bohemiæ Rex. Quaſi hoc totum eodem jure fieret, quo Saxo, aut alii Principes hæreditarii, Regeſque ſancti, vel Eccleſias reformarunt, vel religionem, non niſi quæ ipſis placet, in Regnis & Provinciis ſuis tolerant, exercent, aliam, quæ ipſis non placeat, eliminant, citra omnem ſubditorum vel extraneorum reſpectum. Cum hic magna diſcrimina inveniantur, & reformationum atque religionum longè alia ratio habeatur, quam iſti oſtendere queant.

Reformatio Antichriſtiana Papiſtica.

Extirpatio Chriſtianorum Papicoli Reformatio Eccleſiæ vocantur.

Reformationis ratio vera.

Doctrina Chriſtianorum eſt: quòd Magiſtratus quidem, tanquam à Deo ordinatus ſalutis ſubditorum curam gerere, & religionem ſalvificam ſibi commendatam habere debeat, & in ditiones ſuas introducere queat; ſed non qualemcunque religionem ſalvificam

Digitized by Google

eſſe putet, aut quæ tantùm affectibus ſuis aut mundo placeat, aut ab aliquo homine ſpecialiter commendetur & obſervetur, ſive Papa Romanus, ſive alius quis magnus fuat; verùm illam ſolam & unam, quæ à Deo & Salvatore mundi Jeſu Chriſto inſtituta ſit, & per omnia cum Verbo Dei conveniat, eam tantùm bona conſcientia introducere poteſt: imò etiam, ſi quid corruptelarum obrepſerit, aut temeritate vel ſuperbia vel avaritia Sacerdotum, quæſtûs ergo, adinventum fuerit, *Reformare* tenetur. At non ſecundum placitum ſuum, aut ſecundum traditiones vel conſuetudines alicujus hominis, ſed *ſecundum apertum Dei Verbum ſcriptum, atque integerrimam inſtitutionem Chriſti*. Hanc rationem Reformationis veram, & conditiones ejus, Ferdinandus II in Bohemia non obſervavit: Officium quidem Magiſtratus, & ſalutem populi, prætendere videbatur: ſed revera nunquã ſincerè in animo habere potuit: quia perverſè egit: Religionem Chriſtianam Hæreſin damnatam, vocavit: Papiſticam omnem idolomaniam, Catholicam, ſolam ſalvificam Religionem nuncupavit: Manifeſtam inſtitutionem Chriſti, & omnem ſimplicitatem ejus, cum puro Euangelio exterminavit: è contra Sacrilegium grande, in ablato calice ſanguinis Chriſti, à Papis perpetratum, introduxit, & omnia, quæcunque temeritas, avaritia, ſuperbia Paparum invexit, contra Verbum Dei, aſſeruit. quod, non reformatio, ſed atra deformatio, Chriſtianiſmi oppreſſio Antichriſtianiſmi erectio eſt. Majores Saxonis, & alii reformati in Europa, meliorem reformationis veræ rationem habuerunt, normam Verbi Dei obſervarunt, & Moſen, Ezechiam, Joſiam, alioſque ſanctos Reges, Magiſtratus, *Eccleſiarum Reformatores* imitati, idololatriam, & humanas inventiones, ejecerunt; ſecundum Scripturam, puriorem Dei cultum, reſtaurarunt: Neque inhumaniter aut crudeliter egerunt, ut Regna libera, ſubjectoſque, primum debellarent, Privilegiis exuerent, præcipuos ac præſtantiſſimos morte afficerent, promiſcuè omnes ſpoliarent, ad extrema affligerent: tandem afflictos, & omnibus facultatibus exhauſtos, ipſo viatico deſtitutos, aut in exilia ejicerent, aut in anguſtiis hærentes, Religionem mutare contra conſcientiam juberent, cogerent, ſicut is facit. Neque aliquam Religionis formam, quæ ſibi tantùm placeret, at Verbo Dei deſtitueretur, introduxerunt, & fovent; ſed ſubditis, per Doctores à Deo excitatos, Euangelium

Reformatio Papiſtica in Bohemia merè Antichriſtiana.

Reformationis Euangelicorũ & Papicolarum differentia.

lium purè annunciantes, corruptionem Papiſticam, & lucem ac veritatem Euangelicam, agnoſcentibus, *Reformationem neceſſariam*, aut petentibus, aut libentiſſimè amplectentibus, annuerunt, condeſcenderunt, & Deo ſoli honorem, veritati locum, ultrò dederunt; cæteris nullo damno illato, Euangelii prædicatione, docendo non torquendo, ſuadendo non cædendo, omnes in patria vivere permittendo, lucis Euangelicæ recipiendæ, tenebrarum Papalium rejiciendarum, coadjutores, vel autores fuerunt, & quod Deo placeret, retinuerunt. Ubi enim à bona reformatione debellatæ gentes, vaſtata regna? deſolationes provinciarum? abominationes exercituum? ubi minæ? carceres, rogi? ubi militares harpyiæ? oppreſſiones, cædes? ubi tot exules unquam, quos Patriis ſedibus ejectos, in exilia propulſarint? ubi tam horrendæ, crudeles & execrabiles executiones? qualibus illa Papiſtica reformatio, Concilii Tridentini executio, Antichriſtiana illa perſecutio, in Bohemia perficitur? ibi enim omnia hæc ad reformandum, non Lex Dei, adhibita: & *quaſi non ſatis fuerit*, fuſtibus & gladiis, ad creaturæ adorationem in proceſſionibus idololatricis, compellere, virorum, femellarum, humeros, capita, crura, manus, ad ſanguinem uſque cædere verberare; *oportuit etiam ſcloppetis & piſtoletis*, hoſtiam ſcilicet ſacram, veluti Domini Cœnam in os trudere, pulſare, & dentibus quorundam excuſſis ora ſanguine ſtillare, eo nimirum pulchram illam *Concomitantiam, quod ubi hac, ibi ſanguis* probare, *& ſub ſpecie hujus, carnem & ſanguinem corporaliter manducari*, utut prohibeat lex ſanguinem comedere, Tyrannicè oſtendere, Calici benedictionis, cui benedicebant Chriſtiani, hic dirum maledicere, *pedibus eum adeòque ſanguinem Filii Dei conculcare*, ejurare, & alia complura, viſu, dictu, auditu horrenda, adhibere; quæ Bohemi notata, poterunt ſuo tempore in lucem meliùs proferre, licet Antichriſtiani conentur ſua ſcelera tegere & ſupprimere: at nihil erit tam opertum, ut non ſit retegendum. Sciverit hæc Imperator nec ne, parum refert, ipſe hoc arbitrio Antichriſtianorum ſacrificulorum & ſatellitum commiſit, ejus imperio & voluntate hæc omnia fieri prætendebatur. O *Reformatio! quouſque Deus cavilla ſuperborum audis! quouſque irrideris! & juſte Iudex, non vindicas ſanguinem tuorum de iis qui habitant in terra?* Atque hic ita patet, quo tendant & collimant ſuis conſiliis, & armis Pontificii: Quid agere ſoleant, ubi obti-

Horrenda Antichriſtiana Tyrannis in Bohemia.

obtinuerint, & plenis velis navigare poſſint. *Non hæc ſunt Antichriſtiana?*

Sectio XIV.

IAm, quid veris Chriſtianis, à Papatu Antichriſtiano, velut Hæreticis condemnatis etiam in Imperio, atque aliis Regnis Europæis, expectandum ſit, cuivis notum eſſe poteſt, modo mens non læva maneat. nimirum, idem quod Bohemis factum: eodem Conſiliorum Antichriſtianorum nexu involvuntur. Nam cùm *Regnum Bohemiæ primarium Imperii membrum*, in Literis Majeſtatis eſſe cenſeatur, & jam à ducentis circiter annis ſucceſſivè, quaſi ordinariè, Rex Bohemiæ per eminentiam & duo ſuffragia, ad Imperatoriam dignitatem electione evehatur, utique cogitat imò conatur Papa cum ſuis Vaſallis, & obſequioſis omnibus, in poſterùm quoque, *licet contra diſcretionem Aureæ Bullæ Caroli quarti*, non niſi, ex illis Bohemiæ Regibus, qui Auſtriaci, vel Hiſpani, vel certè Pontificii ſeu Papæ filii morigeri fuerint, Imperatores eligere, & creare: *ut tandem aliquando per continuam ejuſmodi electionem, quaſi ſucceſſionem, videantur jus hæreditarium habere: adeóque poſſint probabiliter, ut Electorum digniſſimi & potentiſſimi, etiam ipſum Imperium hæreditati Auſtriacæ vel Hiſpanicæ omnino Papiſticæ obnoxium efficere*: Tandemque comparatis rerum gerendarum nervis ac viribus, Conſtitutis *Ligis Sacris*, & occaſionibus captatis, ut integrum ſit ac liceat, his talibus Imperatoribus, perinde in Imperio atque jam in Bohemiæ Regno, quicquid libuerit, contra omnes Leges, contra ipſam Germaniæ Libertatem, in Principes, in Civitates, in omnes Imperii ordines & ſtatus Proteſtantes, adeoque in ipſam Religionem Chriſtianam Euangelicã, ſtatuere, ac decernere: Prouti, in Pragenſi cum Saxone pace, non dubitavit Ferdinandus II, ſibi & ſucceſſuris Imperatoribus ſupra omnia, *jus pro arbitrio de Eccleſiaſticis & Politicis judiciis ac negotiis, concludendi ac ſtatuendi, affectare, aſtruere: & incautus Saxo aſſentiens, non veretur, alios in Imperio ad talem pacem, & ad hanc Imperatori ſoli auctoritatem jam relinquendam invitare & cogere*: idem jugiter cum ſimilibus commiſſurus: ut ſic Imperator ſolus ſine Comitiis, ſine conſenſu Ordinum Imperii, cùm placuerit, planè poſſit, cauſam & religionem Euangelicam, non Chriſtianam Catholicam orthodoxam & ſalvificam, ut revera eſt, appellare; ſed planè Hæreticam

Papæ cum ſuis ad eandem reformationẽ in Imperio cõtendunt.

Saxonis indignum facinus.

Digitized by Google

Imperatorum Papæ ſubditorum actiones & intentiones maximè qui Ieſuitarum cõſiliis reguntur.

ticam ut Antichriſto placet, pronunciare, ad extirpationem condemnare: Proteſtantes omnes hæreſeos poſtulare, etiam primicerios Principes Bannis percutere, dignitatibus abdicare, omnibus bonis privare, & qui reſtiterint mole bellorum premere, oppreſſos è provinciis ac hæreditatibus ejectare: ſui verò ſimiles, Catholicæ iſtius Apoſtaſiæ Sectatores, juratos Papæ Vaſallos, quaſi veriores & digniores Chriſtianos, iis ſubſtituere ac ſurrogare; atque ita Concilii Tridentini executionem execrabilem, ad umbilicum perducere, id eſt, quod lippis & tonſoribus, jam notum eſt, Chriſtianam Euangelicam religionem abolere, evertere; ſolam Papiſticam Hierarchiam, ad libitum Antichriſti & quæſtum illius, ubique introducere & confirmare: utque cum ea, potentiores, voluptatibus & luxu diſſolutiores; ac ſecuriores, manere queant, ex tali Imperatore abſoluto, & Imperio, vellent omnino, *etiamſi negent, aut calumniam eſſe calumnientur*, ex ſe ſolis Monarchas, aut Monarchiam aliquam ſummam conſtituere: quâ denique orbis Domini, ampliùs à nemine ſibi metuant, *ſed ſoli regnent, ſic velint ſic jubeant, æternumque ſedeant, nihil curantes, utrum Deus ita velit*: Si quis Chriſtianorum à Deo excitatus orthodoxus, alicubi contra vel hiſcere auſit, eum igne, ferro perſequantur; conſuetis carnificinis, carceribus, affligant, è medio tollant: ſibi ſuiſque Antichriſti conſervis, jucunda ſpectacula in theatris publicis, quotidiana Tyrannide inſtruant, exhibeant, atque etiam cum meretriculis ſuis oblectentur. Sicuti jam ante in Hiſpaniis, Galliis, in Italia, Anglia, Belgio, Stiria, Bohemia, ubi rerum potiti ſunt, agere didicerunt & conſueverunt. *quæ omnia profectò non Chriſti ſed Antichriſti opera ſunt, & ut illi talibus oſtendunt cujus ſpiritus ſint*; ita eos ſemper plures, ex iſtis actionibus Antichriſtos eſſe, agnoverunt, & ſubinde præter intentionem eorum, Deo ſic confundente ac ulciſcente iniquos, agnituri ſunt. Quæque horum ſpecimina, jam in Bohemia & aliis Regnis, dederunt, eadem in Imperio edere ſe velle paſſim ſcriptis & dictis evulgant, ſi modo prævaluerint: uti, quum multi è Bohemis Ordinibus in exilia, in Germaniam potius, quam ad eorum mutilatam cœnam, irent, Monachi, Jeſuitæ, & officiarii regni, eos urgere non dubitarunt: quo miſeri cogitent? annon longæ manus Cæſaris eos in Germania quoque apprehenſuræ & huc tracturæ ſint? & forſan ſerò, cum nullus amplius gratiæ locus relinqui poſſit, & melius

fuerit,

Digitized by Google

fuerit, in aliqua ſaltem parte bonorum manere, paucorumque poſſeſſionem, quam tandem prorſus nihil habere, & comburi. *Nonne ſcriptis contra Pupillam oculi Saxonici minantur? Theologos Saxonicos non ſapere, donec in manus carnificum tradantur*; & Wittebergenſes jam eorum intentionem & *votum unicum* obſervarunt. Sed & milites Papiſtici non tacent: nam autori hujus conſiderationis, quidam non poſtremus è Regimine Bambergenſi disertè, licet potus, expoſuit, & eo conjuratorum ſeu Ligiſtarum, Catalogum deſcriptum è ſinu proferens, oſtendit; *præter ſeptemdecim Regna triginta ſeptem Archiducatus, quingentos Principatus, & plures Comitatus ac Dominatus, è quibus huc vires, & nervi rerum gerendarum conferantur, etiam viginti quatuor millia Monaſteriorum ſub Papa eſſe, quorum ſingula majora minoribus opitulantia, quatuor millia imperialium è reditibus ſuis annuatim ſeponant, & ad hoc obtinendum deſtinent.* Quod certè ſicuti tum contempſimus, ita poſtmodum majora experti, metuere cæpimus: & veremur, ne aliis idem obtingat: ut hæc negligant, donec magno ſuo malo attoniti, experiantur! Profectò profectò, Antichriſtus venit, & indies ſævior eſt: Diabolus iræ magnæ plenus, ut qui ſciat, ſe pauculum temporis habere, ad incolas terræ mariſque deſcendit, is non feriatur, ſed tanquam leo rugiens obambulans inſidiatur, quem devoret: Antichriſti mancipia gnavius quam Phariſæorum pignora, irrequieto ambitu maria, & aridam fatigant, ut unum proſelytum, *novum ſi placet Catholicum*, gehennæ ictionem faciant: *illi ſpiritus ranarum ſimiles ad Reges terræ & totius mundi perreptant, penetrant, ut eos ad prælia tanta congregent, adeòque voti ſui compotes evadant*: Providentia Divina ſecuritatem noſtram, & ingratitudinem erga Euangelium, ad pœnam poſcens, multa his permittit: Perſecutiones & crucem Chriſti, etiam à piis non amolitur, ſed ſæpè immittit: Impœnitentia publica, imo ſcelerum licentia, & peccata omnia multiplicia, quid jam non meruerunt? Omnino, cautiores, vigilantiores, ac prudentiores, omnes Euangelicos eſſe decuit; ne quondam Fryx plagis emendetur, & multi accepto damno demum ſapere velint, quod ſtultorum eſſe dicitur, idque ſero: quod Deus ipſe à nobis avertat. Si quis adhuc memoria repetere atque expendere velit, quam multi magni doctiſſimi viri, experti Ruperti, in Imperio, in Anglia, in Gallia, Polonia, & aliis locis, poſt priores illos infirmiores, hæc omnia Antichriſtianorum conamina, & vulgi torpo-

Liga quanta.

Securitas excutienda

torporem, jam dudum animadverterint, & à multis annis, non tantum diverſis tractatibus, opuſculis excitando, exhortando, objurgando, & obteſtando omnes, in commune propoſuerint: ſed etiam ſuſpiriis, deplorationibus, imò perpeſſionibus & ſanguinibus martyres fideles ad mortem uſque ſancti obſignaverint, atque inſtando urſerint: *ut Proteſtantes expergefacti rebus ſuis vigilantiùs caverent, de tantis adverſariorum moliminibus & conatibus cogitarent, vim tantam aliquando vi juſta repellendam intelligerent: ſaluti ſuæ poſteritatiſque diligentiùs conſulerent, eam pluris fieri, & religionem ac vitam Euangelio dignam, majori ſtudio ac zelo exerceri debere & oportere ſtatuerent*: ille miraretur ad ſtuporem uſque, quamobrem plerique omnes in Germania, iſta omnia, tam ſecurè, oſcitanter, & ſupina negligentia, contempſerint aut ſpreverint: ſi non ad mactandum velut oves, vel ad ſubeunda illa omnia, atque tandem ex voto Antichriſtî perferenda deſtinati, ac meritò à Deo derelicti ſunt! Nec hodieque monitores deſunt; ſed plures non curant! ſicque jam *purgantur, dealbantur, & conflantur multi; improbè agunt, nec animadvertunt improbi*, tantùm erudientes & prudentiores, mundo exoſi animadvertunt: & tota terra adorante beſtiam, tantùm *ſancti electi ſoli, rebellantes non rebelles, bella gerunt: ad momentum vincuntur, tamen arena non planè cedunt, nec ulterius ut ingrata terra univerſa, cedent. dùm porrò veniat, qui illum Antichriſtum illuſtri adventu ſuo aboleat.*

Commonefactiones nõ temnendæ.

Sancti tamen Beſtiæ repugnant.

Sectio XV.

SEd hæc quo ad Imperium alii meliùs. *Ego, Bohemicis rebus inſiſtam, & Illuſtri Domino meo referam, quomodo his talibus Antichriſtianorum conſiliis, conatibus & machinationibus in Bohemia dudum interceſſum, & tandem ad arma ventum, bellumque hoc incheatum fuerit.* Sicuti ergo Rex regum, & caput Eccleſiæ Chriſtus, regnum ſuum, & Eccleſiam ſemper habet, ei de Paſtu & Defenſione providet, ei adeſt, eamque ſervat, adeò ut nunquam planè deficiat ſemen ejus, quod ſemini ſerpentis opponatur, ſed ſemper ſit, & portæ inferorum, Diabolus, Antichriſtus, mundus, hîc prævalere illudque diruere nequeant, tantum ſibi interitum & damnationem accerſant: *Ita dono & gubernatione illius interea Bohemia ſemper habuit proviſionem,* Viros bonos, *uti in Eccleſia* Paſtores vigilantes & Doctores ſinceros, qui lupi hujus Beſtiæ, ſeductoris, vaſtatoris, technas molitiones & inſidias

Bohemi ſe Antichriſti conatibus oppoſuerit. ſucceſſive nacti Doctores.

ſidias obſervarent, prævidérent, & oviculas Chriſti de omnibus iſtis commonefacerent: *ſic in Politia* Nutricios Heroas fortes & prudentes, qui hæc omnia, percipientes, animadvertentes, & futura etiam de longinquo proſpicientes, quantum maximè poſſent, inhiberent, lupis & vaſtatoribus ſeſe opponerent, & ſe ſuamque poſteritatem, atque Eccleſiam periclitantem, adverſus iſta defenderent ac præmunirent. Illi ergo, & eorum ſucceſſores, quemadmodùm olim cum totus contra ſe concitatus, bellis arderet, ac ſæviret orbis, non tantum armis utut Antichriſto terribilibus, ſed etiam in primis auxilio Dei, & argumentis & rationibus invictiſſimis, circa Concilium Baſilienſe, liberum Religionis exercitium atque Calicis Domini in Cœna ſacra uſum obtinuerunt, & ſubinde paulatim à Regibus ſuis Imperatoribus ipſis, licet Romanæ Religioni addictis, *Collegium Defenſorum impetrarunt: ita utrumque conſervare, & poſteritati quoque per manus quaſi tradere ſtrenuiſſimi ſtuduerunt.* Collegium, *inquam*, ceu Synedrium Regni, & Senatum viginti quatuor ſelectiſſimorum Regni Procerum, ſic ſenſim, annuente & conſentiente etiam ſummo Magiſtratu ſuo, inſtituerunt, erectumque ſtabiliverunt, qui Senatores pari numero ex omnibus tribus Regni ſtatibus electi digniſſimi nomine *Chriſtianorum ſub utraque* vocatorum, ac repræſentatione totius Eccleſiæ Bohemicæ agerent, machinationibus Antichriſtianorum reſiſterent, & quæ ad pacem ac defenſionem Religionis Chriſtianæ eſſent ibi diſpicerent, facerent & curarent. Quum ergò, ſucceſſu temporis, neceſſitas poſtularet, hi Domini Defenſores, maturâ deliberatione, urgentibus motibus, cum aliis fidelibus, ex Ordinibus, & præcipuis Paſtoribus, ex Verbo Dei, & antiquioribus Conciliis ac Synodis majorum ſuorum, *Confeſſionem fidei ſuæ apertam conſcripſerunt*, & coram Regibus atque publicè: *ſe nequaquam Hæreticos, ut Concilia Papiſtarum eos iniquiſſimè diffamarint, & Satellites Antichriſti ſine intermiſſione calumnientur, ſed verè ingenuè Chriſtianos, antiquiſſimæ illius Religionis Chriſtianæ, quæ præ omnibus ab ipſo Chriſto inſtituta eſt, & nunc culpa doctrinarum Papiſticarum ſub utraque vocatur, ſtudioſos eique uni in ſimplicitate addictos, eſſe, veluti in Imperio Proteſtantes, oſtenderunt ac declararunt:* adeò ut promiſcuè omnes, Bohemi pariter ac Moravi, exceptis tantum paucis, Aulicis, Archiepiſcopo Pragenſi, aliquot Monachis, & duobus aut tribus forſan oppidis, gratiam Regis ambientibus, agnita veri-

Defenſores qui qualesque.

Confeſſio Bohemica anno 1575.

Digitized by Google

veritate, Religionem & Confeſſionem illam, nulla vi coacti, ſponte libentiſſimeque amplecterentur, atque juxta eam ordine bono, ritibus purioribus, omnes Eccleſiæ apertæ in Regno regerentur. *In Politicis verò omnes tres, Baronum, Equeſtrium, & Civium in Regno Ordines ſuis immunitatibus Privilegiis ac Libertatibus excellentes, non aliter, niſi liberis ſuffragiis ex vigore ſtatutorum Regni, & integritate Privilegiorum ſuorum, ſupremum Magiſtratum ſeu Reges ſibi eligebant:* qui Reges etiamſi aliquot ordine & ſucceſſivè è Domo Auſtriaca electi eſſent; *tamen non Hæreditarii, ſed Electi habebantur, & nequaquam ſimpliciter recipiebantur, ſed antequam coronarentur, aut in Throno collocarentur, omnes certis conditionibus, pactis, juramentis, & Reverſalibus Literis ſuis alligabantur & obſtringebantur:* ut, Regno & Ordinibus ac cuivis, ſua jura & privilegia, maximè verò liberum exercitium & pacem Religionis concernentia, ſalva, incorrupta, inviolata, rata, firma, ſarta, tecta, relinquerent, de novo confirmarent, & conſervarent, ac tuerentur: quod etiam ſolennibus actibus & juramentis, omnes illi Reges, recipiebant. Si aliquando, irrequietorum, ſeditioſorum, pacis oſorum, adulatorum aulæ, vel Papicolarum, patriæ proditorum, artibus, aliquid in contrarium, attentabatur, & nomine Regio vel Aulicorum, vel Archiepiſcopi, Papæ addictorum, edicta quædam prodibant, & motus fieri cæperant, ſi aliquorum Euangelicorum preſſuræ, afflictiones, templorum, ſepulturarum prohibitiones, auditoriorum occluſiones, ad Papiſmum coactiones, Paſtorum ejectiones, conſtantiorum propulſiones, & aliæ hujuſmodi *injuriæ, quibus Antichriſtiani nunquam non Chriſtianos, exercent ubi poſſunt,* & livor Papiſticus ac Jeſuiticus inquietiſſimus, ac turbulentiſſimus, multoties talia deſignabat & redordiebatur. Cùm tale quid inquam, fieret, tùm illi *Defenſores* ex officio proprio, conſultis Ordinibus, afflictorum & preſſorum cauſam ſuſcipiebant, attentatis ejuſmodi, obicem ponebant: Regem ipſum omnium horum certiorem faciebant, & officii juramentorumque ſubmonentes, poſtulabant: ſi non audirentur, ad defenſionem legitimam parati erant: adeò ut Anno 1575, cum jactata auctoritate Concilii Tridentini territarentur, ac tentarentur, & tamen, Proteſtantes in Imperio, ſat animoſos & conſtantes atque etiam Regis ſui Imperatoris Maximiliani II, meliorem affectionem, viderent, in Comitiis publicis ab eo Imperatore & Rege æquiſſimo, ſolennis alicujus *Diplomatis ſeu*

Electiones Regum, cōditioneſque

Digitized by Google

Literarum Majeſtatis quaſi ſacra Legis conditionem, requiſiverint, quibus Literis, ac *Lege Regni*, perpetua Religionis pax, & liberum exercitium illis recens confirmaretur, & contra omnia Papiſtarum attentata muniretur, ac cum pace ſtabiliretur; cujus rei *tum ſolennem promiſſionem, & protectionis conditionem interea aſſequuti ſunt*; & ne ſic quidem acquieſcentibus Antichriſtianis, tandem re exigente, illuſtriſſimis ac magnificis nonnullorum, Regum, electorum Euangelicorum, & Principum Imperii Proteſtantium, *interceſſionibus*, ab Imperatore Rudolpho ejus nominis ſecundo, tanquam Rege ſuo, iſtius promiſſionis exolutionem, atque impletionem, rem ipſam, nempe *ejuſmodi literas Majeſtatis* ſufficientiſſimas, impetrarunt, acceperunt, Anno 1609. Atque hic jam ſatis tuta, rata, firma pax, & libertas Religionis, tam in Bohemia, quam in Imperio ſervari, ac vigere potuit, & debuit, ſi Antichriſtiani, *quibus ipſis eodem Diplomate ſatis cautum erat*, pacem colere vellent. Verùm, *Antichriſtus ille, & Satellites ipſius Ieſuitæ*, tranquillitatis Imperii, & pacis Reipublicæ Chriſtianæ, hoſtes impatientiſſimi, etſi in Bohemia etiam, tùm firmati fuerint, numero, divitiis, & Patronis aucti creverint, ſimulque favore Magiſtratus æqui, circumvallati, magnificis Collegiis, ampliſſimis reditibus, evecti, &, deliciis exquiſitiſſimis pacificè frui, & illis diffluere potuerint; tamen nimium ſaginati, & inde ferociores facti, illarum *Literarum Majeſtatis* invidiâ, vel odio, quia ſic optato conſiliorum ſuorum eventu, & reſtituendi ubique Papiſmi, delendorumque Hæreticorum ſpe fruſtrari & deturbari poſſe videbantur, in rabiem acti, vel furiis agitati, acquieſcere nequiverunt: quin *Literas illas Majeſtatis* ſeditioſi, ſummèque rebelles, crimine læſæ Majeſtatis, contemnerent, arroderent, nullitatis arceſſerent, &, quod imitatione vel ſocietate eorum, Carapha Legatus Papiſticus, etiam committit, *Peſſimas Literas* appellare non dubitarent, adeoque pacem illam bonis fundamentis nixam, malitioſiſſimè diſturbarent: Nec ceſſarunt, aut quieverunt, donec *puerulos* ſuos, id eſt, Barones ac Nobiles aliquot Bohemos, à priſtinis majorum ſuorum ſtudiis turpiter degeneres, ſuis artibus & diſciplinis imbutos, ac delibutos, patriæ peſtes cum reliquis Monachorum, & communium Papiſtarum factionibus, eo perducerent, atque infatuarent: ut illi paſſim illas *Literas Majeſtatis*, quibus tamen ipſis, ut nuper dixi, tam benè quam Euangelicis, de laxa & tran-

Literæ majeſtatis impetratæ ad communem pacem.

Secundum eas pax vigere potuit.

Papicolæ cum Ieſuitis, pacis & tranquillitatis Chriſtianæ hoſtes.

Literas Majeſtatis violant.

Digitized by Google

quilla habitatione & ſua religione cautum erat, & protectio fiebat, imprudentiſſimè ac peſſimè multis modis, violarent, naucifacerent, ac prorſus irritas & nullas efficere conarentur, inter alia figmenta etiam illâ fatuâ Papiſticâ, revera Antichriſtiana præſumptione aut prætenſione: *quòd Literæ tales non à Romano ſummo Pontifice, qui ſolus Religionis informandæ vel confirmandæ arbitrium ac poteſtatem habeat; ſed tantùm à Rege vel Cæſare politico, cujus in religione hac vel illa aſſerenda & confirmanda autoritas nulla ſit, data eſſent, eoque non valerent.* Cùm tamen ſi hoc axiomate & ſententia ipſi judicentur, cum toto Primatu univerſali, cum donationibus, ac divitiis, aucto Regno ſuo, planè ruant. Nam profectò Phocæ Imperatoris paricidæ non erat, *Vniverſalem Papam*, *Romanum Primatum*, adeoque tantum idolum in Eccleſia conſtituere, ac collocare: nec Conſtantino, vel Carolo Magno, vel Rudolpho Habſpurgico, conveniebat, tantis donationibus, tantis divitiis, Romanũ evehere, alios deprimere, tantumque *venenum in Eccleſiam*, quo enecaretur, infundere, ſecundum illa antiqua, *Hodiè infuſum eſt venenũ in Eccleſiam.* & aliud: *Religio divitias peperit, ſed poſt filiam devoravit matrẽ.* Ergo illa omnia non valent. Sed in caſu literarũ Majeſtatis, illi, exemplis Davidis, Joſiæ, aliorumque Regum in V. T., Conſtantini, Theodoſii, aliorumque Impp. in N. T. veram religionem juxta Scripturas, non juxta alicujus divitis Epiſcopi nugas, confirmantium, evidenter confutantur, Rudolphi Diploma roboratur, licet videre nolint, & porrò cæci *illas Literas Majeſtatis ac tandem liberũ Chriſtianæ Religionis exercitium, adeoque veram pacem, everſum eant,* propriç ſubſtantiæ, & patriis tectis ignem injiciant. *Hæc ſapientia eſt Papicolarũ*: Nihilominùs hoc egerunt, hoc agunt, ut ſic oppreſſis literis Majeſtatis, viciſſim ad conſiliorum ſuorum ſcopum, id eſt, ad reſtituendũ Papiſmum, & extirpandũ puriorem Chriſtianiſmum, adeoque obruendũ ſalvificum Euangelium, ingratiſſimi erga Deum, perveniant, aut certè, ad bellũ aliquod immane, Patriæ conterraneis & amicis, imò ipſi Chriſto, & Eccleſiæ ejus inferendũ, ad quod à multis annis retro, in omnibus Monaſteriis, Jeſuitarũ Collegiis, & aliis eorũ nidis, occultç & magnç præparationes fiebant, vias & portas aperire queant: prçſertim ſi Regem aut Imp. ſuæ ſectæ & intentioni addictũ, *prouti Ariani aliquot habuerunt, & Chriſtianos tantum non exciderunt*, hi etiam obtinerent, & rebus prçficere poſſent. Quod jam in Bohemia ita effectũ eſt, ut talpa cçcior ſit, qui nondũ videat.

Ieſuitæ ſuis acinacibus jugulantur non tamen ceſſant aut ſapiunt.

Sed bellum volunt & effecerunt.

Sectio

Digitized by Google

Sectio XVI.

NAm, poſt Rudolphum Imperatorem, qualem deſiderarunt, Regem & Imperatorem, ad ſuorum conſiliorum executionem, crearunt, *Non legitimo proceſſu, ſed clandeſtinis conſiliis ac conſpirationibus.* Siquidem Antichriſtianis, & Jeſuiticis ſtimulis, ac inſtigationibus, eo ſeditionum, non poſtremi Duces, inducti erant, ut in ipſum Rudolphum Imperatorem inſurgerent, & fratres ac cognatos ipſius contra ipſius Regimen concitarent. Qui præſumptione & philautia quadam inſigni, ſibimet Dominium orbis Chriſtiani ſub Papa promittentes, *certa pacta occulta quidem ſed revelata tandem*, inierunt: quibus Rudolphum Imperatorem fratrem & agnatum ſuum, quaſi faſcibus Imperii minus idoneum, quod ipſis ejus res geſtæ non placerent, aut forſan quod illas Literas Majeſtatis Chriſtianis conceſſerit, eoque ſpem reſtituendi Papatus, infregerit vel præciderit, cenſentes, aliud Caput, vel alium Imperatorem, è medio ſui erigendum, rebuſque præficiendum ſtatuerunt, *nempe Matthiam*, cùm non eorum, ſed, poſt Deum, Electorum Imperii, hoc fuerit; nihilominùs hoc omnibus conatibus egerunt, & cùm non potuerint alii quondam *Pelion Oſſæ*, hi tandem conjunctis viribus, & conſiliis, Matthiam ſuum Regnis Hungariæ, Bohemiæ, & toti Imperio impoſuerunt. Qui Matthias etſi *quoad ſpeciem externam* quidem legitimè, nequicquam renuente Rudolpho, ſecundùm conſuetudinem Bohemorum Rex electus deſignaretur, & poſt obitum Rudolphi, omnibus illis conditionibus in illo Regno uſitatis, ſuſceptis, juramento, & Reverſalibus pręſtitis, omnibuſque confirmatis, etiam corónaretur: *tamen occultè* talibus conſpirationibus obtrudebatur! & obtruſus, non ſecundū Deum, & leges regni regnavit: ſed ad ſcopum illum Antichriſtianū, contra Deum, contra juramentum ſuum adeoque contra conſcientiam tetendit. Aliter quidem ſimulavit, ſed *quod præſagiebat Rudolphus, qui Ieſuitas ad conſilia non admittebat*, id in animo habuit, & in contrarium ivit: nimirùm cùm iſtius conſpirationis conſcius eſſet, & Jeſuitarum converſatione præ aliis delectaretur, contrariis fuit intricatus & irretitus. Summa Sapientia clamat: *Per me Reges regnant, & Dominatores decernunt juſtitiam.* unde, quos Deus regnare vult, illi in ejus timore, hoc ſuſcipere, ſapientiam ſibi à Deo petere, & ſecundum Leges à Deo & ratione

Quibus artibus Matthias in regem Bohemiæ evectus

Digitized by Google

Quomodo Reges per Papam regnant.

gentium præſcriptas, omnia agere debent. *Reges à Papiſtis erecti, contra*, non per Chriſtum ſed adverſus Chriſtum regnant, iniqua decernunt: nec ſecundum Deum, & ſecundum leges atque inſtitutionem Chriſti, ſed contra imperant: nec in timore Dei ſapientiam à Deo petunt, aut dùm à Deo evehantur expectant, ſed ſe maximè idoneos, ſatis ſapientes eſſe putant, & omnibus practicis, etiam conſpirationibus humanis, thronos invadunt, tandemque omnia ad placitum Papæ, & Jeſuitarũ, contra divinas & humanas leges, agunt: & Papa Antichriſtus clamat: *Per me Reges regnant, &c.*

Matthias cõtravenit Legibus & Cõſiliarios meritos nõ curat.

O perverſitatẽ! Sic egit Matthias. Euangelicos ex Ordinibus Regni Bohemiæ, Regis Conſiliarios, Seniores, ætate graves, Proceres, rerum peritiâ præclaros ac Patriæ fideles, ſuſque deque habebat, averſabatur, ad conſilia non adhibebat; ſed poſt Papæ & conjuratorum clandeſtinas obligationes, Cleſelii & Jeſuitarum placitis, & aliquot perſonarum à Jeſuitis inſtitutarum, etiam alienigenarum officiis, Regnum adminiſtrare & gubernare volebat: quo pacto nec felix nec Auguſtus erat: quin paulatim effectum, ut totus Papæ & eorum homo, factus, pactorum ſolennium, conditionum electionis, juramenti ſui, Reverſalium literarum ſuarum, periculoſiſſimè obliviſceretur: Privilegia, libertatemque Regni faſtidiret, contemneret: exercitium Religionis Euangelicæ liberum, adeoque Literas Majeſtatis & pacem in Regno conſervare ac tueri dedignaretur, multa contra fieri ſineret;

Defenſores abolere conatur.

quin etiam *Senatum illum D. Dominorum Defenſorum exautorare vel opprimere atque abolere cogitaret & tentaret.* Quocirca Ordines ab invicem diſtrahere, ſuperiores ab inferioribus alienare, atque ita Regnum adverſum ſe diviſum ac diſſidens, per diſcordiam Ordinum, ad ruinam vel in diſcrimen adducere, loco juſtæ gubernationis, artibus & inſtrumentis occultioribus, annitebatur.

Cives à Defenſoribus abſtraxit.

Præcipuè *ordinem civilem, cujus ibi non poſtremæ vires*, Pragæ, & in aliis liberis civitatibus, per Officiarios ſuos, & Aulæ Magiſtros, ſolicitare & minis adigere non dubitavit: ut novo ſibi jurejurando præſtito, & Reverſalibus quibuſdam Literis antea non uſitatis, ſub ſigillis Rerumpublicarum ac civitatum adornatis, gratificarentur, & *Defenſores illos jam olim conſtitutos, prorſus abnegarent*, ab illis planè deficerent, & *nullum unquam in Regno Defenſorem ſuæ Religionis præter ſeipſum tanquam Regem & Dominum agnoſcerent, vel eſſe exiſtimarent*. Quæ res, varias cogitationes, & ingentes per-

perturbationes, in Bohemia circa annum Domini 1616, excitavit. Cùm tamen ipſe Matthias, jam pridem in coronationis actu ſolenni, juramento & Reverſalibus propriis, adeoque ſicuti Anteceſſores, Regia autoritate, *Senatum ſeu Collegium illud Defenſorum, prouti & alia Regni privilegia ac ſtatuta, in ſpecie etiam illas Literas Majeſtatis, quibus ipſis, hoc Synedrium Defenſorum maximè, manifeſtiſſimè & impenſiſſimè, confirmatum, roboratum ac ſtabilitum erat*, haud invitus approbarit, & confirmarit: & ipſe nihil unquam defenſionis Euangelicis præſtare in animo habuit: neque per illas conſpirationes & Jeſuiticas informationes, potuit. Quin imò jam ita enormiter hic & aliâs multifariam, evidenter, contra pacta juramenta ſolennia egit, & ſic nimirum Hæreticis fidem ſervavit! Idem, *cum Saxone ſeorſim agens, eum de ſcopo Antichriſtianorum vix cogitantem, ad ſuas partes pertraxit, ut ſe in propoſito in opprimenda Bohemorum Libertate, in extirpanda Religione Euangelica, in erigendis porrò de Domo Auſtriaca Imperatoribus Monarchis, atque in exequendis omnibus iſtis Papiſtarum conſiliis, contra conſcientiam, contra Patriam, & contra Eccleſiam Euangelicam, adjuvaret*: Cùm agnatis, Bavaro, Ligiſtis, & omnibus Papicolis, contra dignitatem Imperii, contra reformatiorem Chriſtianitatem, ſerviliter conſpirans, *qui Iudex utrorumque Papiſtarum & Proteſtantium Euangelicorum Chriſtianorum, tanquam ſummus poſt Deum Magiſtratus, Imperator, & libertatis Chriſtianæ vindex, eſſe debuit*, alii ſe ſubmiſit, & *pars litigantium factus, Imperatoriam dignitatem exuens*, miſerè proſtituit. Cumque intelligeret, ſe non poſſe, diu ita regnare, aut omnia ad quæ obligabatur, ipſe perficere; de alio, *ſimili aut magis ad illa omnia idoneo*, ſibi ſubſtituendo porrò contra Chriſtianitatem cogitavit: *quod Ordinum & Electorum eſt, Regem vel Imperatorem conſtituere*, id ipſe ſibi uſurpavit: Dum *Ferdinandum Auſtriacum*, agnatum ſuum, famoſiſſimum in Stiria *Chriſtianorum Perſecutorem, Tyrannum Ieſuitica inſtitutione formatum*, in filium ſibi adoptavit: & illum adoptatum, indigniùs quàm genitum pro Hæreditario ſucceſſore & Rege Bohemis, licet ipſi Ordines Auſtriæ eum tanquam ex alia linea deſcendentem, averſarentur, obtrudere ſtatuit: ut ille, Jeſuitico ingenio excellens, inter quos ad ſummum gradum aſcendit, iiſque morem gerere paratiſſimus, Papæ obligatiſſimus, Bohemorum Rex & Imperator conſtitutus, omnia illa conſilia Antichriſtianorum exequeretur, *primò* Bohemos Euangelicos eodem modo, quo

Cum Saxone & Ligiſtis de opprimendis Bohemis egit.

Ferdinandum II, adoptatum ſibi, ſurrogari curavit, & Tyrannii Liberis impoſuit.

Digitized by Google

quo miſeros Stiriacos tractaret; *deinde* ceu ſummus Imperator nemine contradicente, aut defendente, reliquos Chriſtianos in Imperio pariter opprimerèt, extirparet: & quæ una obſtare videbatur, *Vnionem quandam Proteſtantium diſſiparet*, eam ad defectionem ſolicitaret: ſi conſtantiores eſſent, conſpirationum ac rebellionis adverſum ſe ceu Magiſtratum ſummum inſimularet, eoſque niſi ab unione diſcederent, tandem debellaret. quæ omnia ipſo eventu comprobata, Germanica oſcitantia dolet. Sub illo Rege atque Imperatore Matthia, Jeſuitæ & complices eorum Papiſtæ, criſtas erigere: non ſecus atque Ariani & Euthychiani, ſub Imperatoribus & Regibus Arianis & Eutychianis, Orthodoxis Chriſtianis, ipſi Hæretici inſultabant, eos contemnebant, & injuriis afficiendo perſequebantur: ita hi, conſiliorum, ſcopi, & animi ejus conſcii, imo *cor ipſius magis quam D. Hoë Saxonis in manibus habentes*, eumque à partibus ſuis conſtanter futurum cernentes, in Bohemia, ſupra modum elati, inſolenter omnia laxiùs quam antea unquam agere: Euangelicos naſo ſuſpendere, ſannis explodere, improbiùs affligere, hinc inde opprimere, officiis & locis commodioribus dimovere: omnibus ab Euangelio defectionem ſuadere, conſtantiores ejicere: ſuos vel Apoſtatas ſubſtituere & evehere: Euangelicorum cauſas in judiciis pervertere: *Hæreticos, Hæreticos, Hæreticos*, contra veritatem, contra pacta & ſtatuta Regni, vocitare, eos inauditis exactionibus exſugere, conviciis proſcindere, ac variis injuriis afficere, laceſſere; Templa antiquiora, quaſi quondam à Papicolis extructa, eoque ad Papam & ejus aſſeclas pertinentia, aut aliis iniquiſſimis prætenſionibus, iis eripere: ab ipſis Euangelicis recens ædificata, furore acti, ſolo æquare: Oppida, pagos nonnullos prædicatione Euangelii privare: Paſtores, qui ſacrilegium iſtud grande in auferendo calice de Cœna Domini approbare ac patrare noluerunt, parochiis expellere: Sacrificulos Miſſaticos *ſacrilegos & ſatis impuros ſuperinducere: hos pro Catholicis, illos pro Hæreticis, illa duplici ac impudenti Petitione Principii perversè ponere*: Denique adverſus omnes alios, minas & cædes non ſolum privatim, ſed etiam publicè, nec tantùm in Comædiis probro Chriſtianorum, ut plurimum actis, ſed etiam in ſuggeſtibus, in comitiis, ſpirare, atque audentiſſimi ſpargere, edicere: *quod brevi vel anno citiùs, oporteat Hæreticos*, (ſic nequiſſimi calumniatores notant veros Chriſtianos,) *aut ad gremium Matris Eccleſiæ*,

Inſolentia & actiones Papiſtarũ in Bohemia

Digitized by Google

cleſiæ, id eſt, ad Papiſmum compelli, aut ex Bohemia eliminari: ita ut in Ponte Pragenſi, faciliùs cervus cum aureis cornibus, quam aliquis Chriſtianus conſpici queat.

Sectio XVII.

HÆc omnia & complura alia, in Apologiis Bohemorum prolixius ſcripta, cùm contra Deum, & Verbum ejus, contra libertatem Chriſtianam, contra Leges & Privilegia Regni, contra charitatem & Literas Majeſtatis, etiam contra pacta, & tranquillitatem publicam, Papiſtæ facerent, & ſic turbarum & omnino belli cauſas præberent, ac quærerent, nec modus aut finis talium appareret ullus; vexati, afflicti & ſoliciti Chriſtiani, ſub Divina protectione, ad preces vicinarum Eccleſiarum confugientes, *etiam DDominorum Defenſorum conſilia, & ad opem officia implorabant & poſtulabant.* Defenſores ipſi, talia ſpectantes, & conſiderantes, tàm conſcientiâ officii ſui, quàm murmure populi, ſtimulati, conventabant, & quid agendum eſſet deliberabant: Deinde ſupplici libello, Matthiæ Imperatori, tanquam Regi ſuo, *qui etiam ſecundùm leges & juramentum ſuum primarius hujus Chriſtianæ Religionis Defenſor eſſe debebat*, præcipua indicant atque exponunt, ſimulque ut ea, juxta literas Majeſtatis, atque alia privilegia Regni, & pacta Ordinum, toties à prædeceſſoribus Imperatoribus, & Regibus, ſicuti & à ſeipſo confirmata, ratificata, tempori ſiſteret, aut inhiberet, adeoque pacem in Regno conſervaret, ac tueretur, ſubnixiſſimè, & debita ſubmiſſione, orant, & obteſtantur. *Sed ſurdo fabulam:* Aliter enim inter Antichriſtianos, conjuratos Ligiſtas, concluſum & ſtatutum. Matthias igitur omnia hæc ſuſque deque habet, vel ſilentio diſſimulat, vel ſiniſtrè Defenſorum verba, & res geſtas interpretatur. Omnium horum probè conſcius & fautor, defenſionem Euangelicorum, ſcilicet præpoſtera opinione Hęreticorū, nihil ad ſe pertinere ſibi perſuadet: neque Regni ſtatuta, jura, neque juramentum ſuum ſolenne curat: Quin etiam publica in Regno Comitia ſolenniter indicēs, ſeverâ interdictione cavet, ne in Comitiis illis, anno 1617 celebrandis, ulla mentio gravaminū, aut Religionis, aut alicujus alterius rei, adeoque illorum tantorum attentatorum Jeſuiticorum, à quocunque fiat, nedum ut remedium malis iſtis adhibeatur, niſi ut tantum de *Regni ſucceſſore* agatur & ſtatuatur. In quibus tandem Comitiis

Defenſores ea quæ pacis forent agunt.

Matthias contra indicit inuſitata Comitia, obtrudit ſuū adoptivum.

Digitized by Google

Matthias non libera vota vel ſuffragia Ordinibus, *qualia ſemper aliàs habebant*, reliquit; ſed ipſe ſua autoritate atque dominio quaſi abſoluto, *Ferdinandum iſtum adoptatum filium ſuum* proponit, commendat, declarat, & pro hæreditario Rege Bohemiæ atque ſucceſſore ſuo, non jam *elegi* ut ipſe electus erat, ſed *acceptari* poſtulat & mandat: nec de alio cogitari aut conſultari ſinit. Ubi Papiſtæ, quidam Aulici, Jeſuitarum diſcipuli, puſiones, ſervitores, perverſo Religionis ſuæ zelo abrepti, excæcati, ſtolidè nimis, ad proditionem & perditionem Patriæ proni ruentes, hoc totum exultabundi cum applauſu, arripuerunt, approbarunt, & ſine ratione vel cogitatione, *quis anguis in herba hac lateret*, amplexi ſunt, malumque tam ſibi ipſis, cujus eos ſerò pœnitebit, quam aliis omnibus conterraneis ſympatriotis ac poſteritati accerſentes, his practicis conſenſerunt, & ſtatim hilares acquieverunt: imò etiam deſiderio ſucceſſus conſiliorum ſuorum, & ſpe dilatandi ſui Papiſmi ebrii, eventuſque avidi, omnibus idem ſuadere non dubitarunt: Conſtantioribus verò ex Ordinibus, etiam primoribus, qui iſtis omnibus non accederent, ſed aliter, quam ad quem ſcopum jam collimatum ſit, intercedere vel ſuffragia ferre vellent, *palam excidia & decollationes minari auſi ſunt*; *eum, qui vel hiſcere contra aut libertate uti vellet, oportere duo capita habere.* Hic Defenſores, atque omnes Regni Ordines, incolæ Chriſtiani, Chriſto potius quam Antichriſto addicti, hoc Matthiæ propoſito, & hac Papiſtarum inſolentiâ, variè affecti, offenſi, exacerbati, hæc omnia accuratius expendenda & excutienda ſtatuerunt, eoque licet inviti, tamen frequentes ad ejuſmodi comitia comparuerunt, confluxerunt: Cumque comparentibus, congregatis in Comitio, per conſuetum & determinatum Comitionum tempus, nulla *Propoſitio* exhiberetur, oleumque & opera perdi videretur, nonnulli, indignatione & tædio moræ, viciſſim diſceſſerunt. quod Papicolis optatiſſimum accidebat, ut ita diſcedentibus & dilabentibus bene multis Euangelicis, ipſi numero ſuffragiorum imò aſſentationum prævalere poſſent; Veruntamen cæteri Chriſtiani, adhuc ſatis multi, ultra præſcriptum & conſuetum terminum, Pragæ ſubſiſtentes, tandem *Propoſitionem Cæſariam tanquam Regiam*, pro more acceperunt, legerunt, audierunt, expenderunt, & hora locoque conſuetis, habita deliberatione, porrò ſicuti in aliis Comitiis moris erat, vota ſeu ſuffragia ſua inter Aulicos Pontificios, liberè ſer-

Papiſtæ acceptant.

Defenſores cum Ordinibus cautiùs agunt.

vato

Digitized by Google

vato ordine, Papiſtis partim ridentibus, partim ringentibus, tulerunt: antiquam Regni Libertatem, Privilegia, Leges, Statuta, conſuetudines, in memoriam revocarunt, maximè *liberam electionem*, & *Literas Majeſtatis*, aſſeruerunt, urſerunt ac tuiti ſunt: hæc poſteritati quoque conſervari, ac per manus tradi debere oſtenderunt: è diametro verò, contra Papiſtarum, patriæ non conſulentium, temeritatem, cæcitatem, improbitatem, attentata, inſolentiam, & comminationes, palàm proteſtabantur. Denique, *non in Acceptandum ceu Hæreditarium, ſed in Eligendum, Ferdinandum iſtum, ſua libertate conſenſerunt.* verùm non ſimpliciter; ſed *certis uſitatis ac inviolabilibus conditionibus:* nimirum: *ut is ſe gratis ex libera Ordinum voluntate electum agnoſcat, memoria teneat, & recolat: Privilegia Regni & Ordinum, cum omnia, tùm præcipuè & in ſpecie Literas Majeſtatis, quarum Papiſtæ noluiſſent fieri mentionem, quibus propriè Bohemis liberum Religionis exercitium, & pax ea, quæ in Imperio obtinere ac vigere debet, aſtruitur & confirmatur, ipſe quoque, ſicut antiquiores Reges vel Imperatores ſui, approbet, confirmet, ac ſarta tecta omnia conſervet: In violatores iſtorum Regia Majeſtate ac autoritate animadvertat & agat: ante mortem Matthiæ Imperatoris, faſces Regni ſuſcipere, vel ipſius regimini atque gubernationi ſeſe immiſcere ne præſumat: ad omnia iſta ſanctè ſervanda, cuſtodienda & præſtanda, juramento & reverſalibus ſolennibus, ſicuti priores Reges Imperatores, ipſeque Matthias, faſces Regni eo tempore tenens, ſeſe obliget & aſtringat: ita ut ſi quid aliquando contra haſce conditiones, attentarit, aut commiſerit, aut ſtatuere voluerit, tùm ipſe, Regno & omni jure ſuæ electionis excidat, & Bohemi ab omni obligatione officio & ſubjectione quam ei promiſerint, abſolvantur, & liberi maneant.* Nec priùs diſceſſerunt, nec Comitia ſoluta fuerunt, quam omnia in hunc modum compoſita, & concluſa, & ratificata eſſent, adeòque Bohemi ſuam *liberam electionem, Chriſtianam Religionem*, cum omnibus Privilegiis ſuis, non tùm refragante aut renitente ipſo Matthia Imperatore, qui nuper contraibat, & Jeſuitis connivebat, aſſertam, & communitam viderent & haberent. Putaſſes paci ſat conſultum: Hanc talem electionis formam, cum omnibus iſtis conditionibus, Ferdinandus II, annuente ſimul Matthia Patre Charitativo, demiſſe, & valde humaniter, cum repromiſſione Ordinibus Regiæ gratiæ accepit, & amplexus eſt, atque ſic demùm hoc pacto, in Regem Bohemiæ deſignatus fuit, anno 1617. Si non electivum ſed hæreditarium fuit iſtud

Cōditiones quibus electus, non jure hæreditario acceptus fuit.

Ordines ea quæ pacis erant obtinuerunt.

Obtruſi reges acceptarunt.

Digitized by Google

iſtud Regnum, ut paulo ante autumari vel præjudicari cœpit, & hodie quidam vel ignari vel iniqui rerum Bohemicarum Ariſtarchi exiſtimant, cur hæc ita acceptarunt: Si conditionibus ac pactis iſtis ſtare animus non fuit: debuiſſet certè Matthias & Ferdinandus iſte, potius legitimo judicio experiri, & conditiones tales non acceptare, quàm Regnum ambire. Vidiſſet quid Ordines pro ſuis partibus habituri vel acturi fuiſſent. Jam *poſtquam Regnum ambiverunt, & talem electionem ſuſtinuerunt, adhuc prenſationes adhibuerunt, & conditiones admiſerunt, juramentis & Reverſalibus ſuis omnia confirmarunt, tenentur in conſcientia hac ſervare, & almam pacem in Regno & Imperio firmare.* Cùm non ſervant, jam bellorum & malorum cauſæ ſunt.

Sed tandē pacta violarunt.

Quid enim ſequebatur? Quemadmodum primo ex hac familia Regi Bohemorum, circa confirmationem Libertatis & Privilegiorum Regni hæſitanti, ambigenti, præceps & indignū illud Apophthegma pater Imperator ſuggeſſit, quod Chronicon Monaſterii Boleſlavienſis Rhythmis Bohemicis vetuſtioribus effert:

Deg Czechum Bielpucha á czernidla dowole:
Opiet gim odegmeß / Sſige gim meczem ohole:

Senſus eſt: *Bohemis charta & atramenti quantum volunt dandum; ſed viciſſim captata occaſione totum cum cervice amputandum.* O Apophthegma Imperatorium! *O ſinceram erga gentem affectionem! & naturalem clementiam!* Nihilominus, ita his ultimis ex hac domo Regibus, proculdubio à Papiſtis ſuggerebatur, & jam omninò ita factum eſt. Nam rebus ita conſtitutis, Jeſuitica malitia acquieſcere non potuit, quin, non diſſimulato dolore ſuper hac tranſactione, ſtatim vix ac ne vix quidem ſolutis hiſce Comitiis, Matthiam Imperatorem, inſtigaret, ac inſtimularet, ut, illos viros ex ordinibus Euangelicis, *qui in ſuffragiis ſuis, præcipuam Literarum Majeſtatis mentionem fecerunt, & earum quoque in ſpecie ratificationem & confirmationem poſtularunt, urſerunt, è quibus non poſtremus erat Henricus Matthias Comes à Thurn, & Maximilianus Hoſſtialek a Iaworzice Primas Satcenſis,* illos inquam, ut illicò dignitatibus & officiis amoveret, ac gratia ſua privaret; in loca verò & ſellas eorum, *Ieſuiticos pueros illos vel diſcipulos*, Libertatum Patriæ contemptores ac venditores, è veſtigio ſubſtitueret ac promoveret; qui in altum evecti, inde potentiùs Euangelicis inſultare, eos perſequi, & Papiſmum introducere poſſent.

Matthias Ieſuitis inſtigantibus fidem non ſervavit.

Digitized by Google

ſent. Quæ res, novas perturbationes & exacerbationes, in multis locis genuit ac peperit: imò belli ſuſcipiendi vel inchoandi, cauſa non levis fuit. Erant qui Comitem à Thurn privatam hîc injuriam vindicandi ſtudio, bellum in animo volvere dicerent, verùm illi ad ſcopum Papiſticum non attendebant. ille Comes in communi cauſa hanc injuriam paſſus eſt, communi tranquillitati & Religioni conſultum voluit, & communis cauſæ vindicatio requirebatur, agebatur, atque ex novis Papiſtarum cachinnis aut tripudiis vel attentatis,& ex Euangelicorum gravaminibus lõgè plures cauſæ gravioreſque exſurgebant. *Comiti à Thurn falſo cauſa belli adſcribitur.*

Matthias Rex & idem Imperator talis, dùm modò progreſſum conſpirationum videret, deſignationem Ferdinandi ſui in Regem obtineret, eumq́ue conſiliorum illorum Papiſticorum, occaſione ferente, ſatis idoneum executorem cerneret, ſatis jam eſſe duxit, cætera non curavit, nullius negotii fore putavit: Quin imò rebus ita denuo, tam ſubito, turbari incipientibus, ſimultatibus ebullientibus, adeoque materia contentionum, bellorum, ſatis ampla, in medium projecta, è Bohemia diſcedens, cum Ferdinando Rege deſignato, Viennam ſeſe recepit, & interea fomitem belli inſtrumentaq́ue malorum, in aprico, poſt ſe reliquit & ſtabilivit, nimirum Pragæ *tres illos Barones Jeſuiticos, antea notos Euangelii oſores & perſecutores, inter quos Smeczansky acerrimus*, omnibus aliis Regni Ordinibus, prætulit & præpoſuit, atque adeo exaltavit, ut loco ſuo Vice-Reges ſeu Regis locum tenentes, conſtituerit: & iſtis una *cum Archiepiſcopo Pragenſi, eodem Euangelicorum adverſario, & hoſte, atque perſecutore*, ſummam rerum gerendarum, ipſas Regni habenas, & totum negotium Religionis, planè ovem lupis, commiſit, in manus tradidit, & cum ſcopo ſuo commendavit. *Matthias è Bohemia diſcedit.*

Cùmque jam diſcederet, Brandeiſii tribus circiter lapidibus Praga, ibi Comes Turrenſis, nomine Ordinum, adhuc pro cauſa, & gravaminibus Euangelicorum, diligenter inſtitit: At Matthias ei, & Comitatui Ordinum, reſponſum planum dedit: *ſibi nihil amplius negotii cum rebus iſtis, aut cum Religione eſſe; ſed totum ſe jam Archi-epiſcopo, & illis locum tenentibus, in manus tradidiſſe, ac demandaſſe.* Hem Defenſorem, qui ſolus & nemo præter ipſum, in Regno Defenſor Religionis vocari voluit, & ſic ordinem civilem ſcribere fecit! quàm glorioſè muneri Defenſoris renunciavit! *Defenſoris opus nõ fecit.*

Digitized by Google

ut, nimirum, turbas, perſecutiones & bella ſecutura, ſi non ex toto ſuccederent, & veri Defenſores, atque Ordines ſuperarent, per abſentiam ſuam, & actiones aliorum, excuſare, & culpam à ſe hoc prætextu amoliri poſſe videretur, ne fidei, pactorum, juramentorum, reverſalium violator audire, & Regno indignus judicari, deponique cogeretur. Qui ſe Rudolpho Imperatore digniorem in illa conſpiratione ſuorum ſtatuebat! *nihil planè defenſionis ex obligationibus ſolennibus, Euangelicis præſtare voluit, volentes præſtare perſequebatur.*

Sectio XVIII.

Ferdinandus pactis nō ſtat.

FErdinandus Matthiæ adoptativus, eique ſuccenturiatus, itidem egit, cùm modò deſignationem publicam obtineret, ſatis ſibi ad omnia eſſe putavit: Idcirco neglectis illis conditionibus omnibus, in ſolenni actu deſignationis propoſitis, acceptatis, ac ſi nullius momenti eſſe poſſent, *& violata juramenti Religione & fide, ſic volebat, ſic jubebat, ſic agebat, ut pro ratione eſſet voluntas: omnia ad abſolutum imperium diſponebat*: Perſecutoribus iſtis ſui conſilii conſciis & adjutoribus, animum addebat: vivente ac vigente adhuc Matthia cum ſuo regimine, jam ſibi Conſiliarios à priſcis Bohemis alieniſſimos, non niſi ex Papicolis Jeſuitarum complicibus, non ſolum indigenis, ſed & alienigenis, ſanè proletariis, abjectis, & revera indignis, occultè deligebat, & nominabat; qui ſurgentes in altum, ſtatim ſuperciliosi, elati, & aſperrimi facti, una cum Archiepiſcopo & Vice-Regibus iſtis, Euangelicos variis in locis ita vexarunt & afflixerunt, ut Domini Defenſores Anno Chriſti 1618, ex officio ſuo & vigore privilegiorum ſuorum antiquiſſimorum, præcipuè Literarum Majeſtatis ab ipſomet Imperatore & Rege confirmatarum, Pragæ Conventum celebrare, & de legitima ac ſibi licita defenſione Eccleſiæ, tam diu vexatæ, & afflictæ, deliberationem ſuſcipere, neceſſe habuerint. Quod & factum. Ubi tamen à principio manſuetè in timore Domini egerunt, nihil occeptarunt, niſi libellos aliquot ſupplices ad Cæſarem & illos Vice-Reges ejus locum ibi tenentes, conſcripſerunt, tranſgreſſiones iſtas irrequietorum deferentes, etiam atque etiam orarunt: ut illa tam multa, cæpta & attentata hoſtilia, contra leges & libertatem Regni extuberantia, Papiſtarum ſanè pauciorum adverſus totum Regnum & Ordines atque

Inſolentiâ ſuâ Defenſorum conventū elicit.

Digitized by Google

atque incolas ejus verè Chriſtianos, tempeſtivè ſua autoritate interdicerent, imo jam legibus interdicta compeſcerent & comprimerent, ne quando ſupra modum exacerbatis animis populi, res in turbas erumperet, ſed pax Religionis juxta Literas Majeſtatis & omnia Regni privilegia & pacta vigeret. &, *ſi hic iterum auditi fuiſſent, omnino Pax alma obtineret.* Sed hic (*quod merito attendendum*) boni Defenſores, non tantum non exauditi & contemptim habiti ſunt; verùm etiam, ex inſtigatione Papiſtarum & informatione iſtorum Vice-Regũ, Cæſarianis Reſcriptionibus præter omne meritum aut expectationem, condemnati fuerunt: quaſi, contra Cæſarem & Regem ſuum ac Dominum hæreditarium, merè ſubditi, ibi tanquam rebelles conveniſſent; (*cùm tamen ipſis tanquam Liberis Regni Ordinibus, imo ex omnibus Regni Ordinibus ſelectiſſimis Proceribus, quoties uſus poſtularet, etiam ſine peculiari conceſſione Regis, ita convenire licuerit, & hoc ipſum Literis Majeſtatis approbatum, atque poſt alios ab hoc ipſo Cæſare confirmatum fuerit.*) Et nihilominus quaſi meros ſubditos adverſus Magiſtratum abſolutum concitarent, & ab obedientia debita (*nempe in deſerendo Chriſtianiſmo, & acceptando Papiſmo*) retraherent: eoque pacto prorſus ſeditioſi ac rebelles eſſent: adeoque jam ex Regni ſtatutis, crimine læſæ Majeſtatis teneantur, vitam rem decus planè emiſerint, & Cæſari debeant. Proinde citati, partim Viennæ, partim coram Vice-Regibus Pragæ ſe ſiſtant; & ad ſubeunda ſupplicia componant. *Haccine Regni gubernatio juxta Leges, Privilegia & Pacta?* Hic ergò attoniti Defenſores, Antichriſtianaque tyrannidis & iniquitatis haud ignari, *jam enim lippis ac tonſoribus nota eſt*, quid agerent? Officia ne publica, legitimè, conſenſu Regis & Regni ſuſcepta, imò ſibi demandata, diſſimulare, aut turpiter abjicere? Eccleſiam Chriſti tenellam periclitantem, Patriam dulciſſimam, gentem ſuam, & plebeculam Euangelicam afflictiſſimam, deſerere? Privilegia communia, vitam rem decus & ſalutem propriam, innocentes, amittere: capitaque generoſa & cervices molles ſerviliter in occulto carnifici ſubmittere? an munus ſublimè horâ qua maximè requiritur, præſtare, invadenti & invaleſcenti malo obviam procedere, neceſſarium ac præſens remedium adhibere, & *defenſione etiam naturali cuivis licita*, vim tàm iniquam vi legitima repellere, ac propulſare, adeoque heroicę fortitudinis, ac contemptus mortis, tandem in propatulo ſpecimina edere deberent?

Defenſores nõ audiuntur, ſed perverſiſſimè cõdemnantur.

Defenſores iniquiſſimè condemnati cõſultant de defenſione.

rent? *Obſecrârim ſapientulos iſtos, quibus admodum volupe Bohemos hic furoris accuſare, & rebelles appellare, quid ipſi agendum putarent, ſi res ipſorum in hoſce terminos devenirent?*

Defenſorũ conſilia. Boni Deſenſores igitur, rem totam Ordinibus Euangelicis communicant, aperiunt: &, ſe quidem mori, in cauſa tam bona paratos eſſe declarant, ſi mors hæc indigna atque immerita, toti communitati Euangelicæ & Patriæ periclitanti, non ſit fraudi aut deſertionis inſtar futura; videri autem: *Pontificios iſtos haud jam obſcurè id agere, ut, ſe oppreſſis, cumque Senatu defenſivo de medio ſublatis, reliquos in Regno Euangelicos, ordinaria defenſione privatos, capitibus & protectoribus orbatos ac deſtitutos, velut oves mactare, deglubere, imo quum placuerit delere, integrum habeant: Ordines igitur plures Pragæ conveniant, & quid facto opus ſit, in medium conſulant, deliberent.* Ibi congregati plerique omnes ad lachrymas, preces, & jejunia converſi, Divinum auxilium implorant: Defenſores confirmatos ne ſe deſerant, cauſamque ſanctam derelinquant, neu Viennæ tam citò compareant, vel inflatorum iſtorum Vice-Regum libidini ſe ſiſtant, gemebundi ac indignabundi orant obteſtanturque. Tandẽ inito conſilio & habita

Æquitas. deliberatione, *Cæſari quidem quæ ſunt Cæſaris danda concludunt, ſed eo pacto, ut etiam Deo quæ Dei ſunt non ſubtrahantur, verùm diligentius exhibeantur:* moxque ſolenniter proteſtantur: *ſe nihil adverſus Cæſarem, aut Regem ſuum, in iis quæ Magiſtratui ſuperiori, jure competunt, moliri aut deſignare velle, tantummodo libertatem Religionis Euangelicæ, quam bona conſcientia unicam ex Verbo Dei veram & ſalvificam eſſe credant & agnoſcant, conſervari cupere ac deſiderare, cujus ſummam confeſſionis ſuæ libello comprehenſam Maximiliano II exhibuerunt, quam etiam Cæſar & Rex hic juxta Privilegia, Literas Majeſtatis, & Reverſales ſuas ac juramenta propria, tueri tenetur, nedum ut ſupra limites officii ſui conſcientiis eorum dominari, eoſque ab agnita veritate, ad amplectendam Religionem Pontificiam, quam illuminata conſcientia dictet eſſe falſam & idololatricam, tantis machinis traducere vel cogere ipſe præſumat, aut aliis contra Regni ſtatuta, contra jura & contra pacta juramentaque id impune attentare, pacem publicam turbare, & ſanguinem Chriſtianum, Tyrannorum more fundere, otioſè ac iniquiſſimè permittat.* At quoniam in contrarium tanta jam attentata conſpiciantur, & Magiſtratus adeoque Cæſaris aut Regis, non ſit, contra Dei Verbum, contra conſcientias & bona privilegia ſubjectorum, contra ſtatuta communia & juramenta propria

pria, ſive per ſe, ſive per alios quidquam agere, maximè ſanguinem innocentem fundere, *ſe quoque & DDominos Defenſores, ſi hic peccantibus obſequium non accommodent, ac morem non gerentes, Deo potius quam hominibus obediant, atque contra inſolentes impetus juſta defenſione utantur, nequaquam ſeditionis aut rebellionis convinci poſſe, nec ullo modo teneri:* Magiſtratus ſummus, Cæſar, Rex officio ſuo, juxta conſtitutiones, obligationes & leges Regni receptas, non deſit; *ſe tanquam non merè ſclavos & abjectos captivos ſervos, ſed Ordines Regni, Magiſtratum ſubordinatum, libertate & privilegiis haud deſtitutos, ſuperioris Magiſtratus ac Regis ſui ſecundum Dei Verbum & obligationes Regno & genti uſitatas, ſubditos fideles, non minus quam Papicolas iſtos, eſſe, eique ſuum honorem tributa & officia, ubi licet, præcipuè ad tuendam pacem Religionis, & compeſcendos turbatores præſtare velle, oſtendunt.* Proinde Jeſuitas & Pontificios omnes variè ac ſufficienter, ut à propoſito, ab oppreſſione ſui ceſſent, ac pace unumquenque frui in Regno ſinant, admoneri curant; cùm alioqui, jam *certum & amicum inter ſe conſenſum habeant.* Verùm cùm illi, Cæſareâ quaſi prorſus invictiſſimâ, qua indigniſſimè ad libitum Papæ abutuntur auctoritate, conſiliorum plauſibilitate, conjuratorum multitudine, & practicarum multiplicitate, freti, atque adeò excæcati eſſent, ut, modo Pontifici gratificentur, nec veritati, nec Eccleſiæ Chriſti, nec Patriæ, nec contribulibus, nec amicis, nec conſanguineis, parcendum eſſe ſtatuerent, fallacibus proprii commodi pollicitationibus capti tenerentur, & improbius quam philtris ejus meretricis ebrii, omnia illa monita, & ipſa pacta, omneſque Ordinum & Defenſorum actiones, contemnerent, ſua tantum admirarentur, & in malo propoſito ac pernicioſiſſimis auſis pergerent; tum demùm Ordines conjuncti, ſecundum antiquiores Regni conſuetudines, & ſecundum antegreſſas publicas proteſtationes, ſalva ſemper Regia Majeſtate, in ejuſmodi ſuperbos tranquillitatis publicæ turbatores, Patriæ proditores, & Chriſtianorum Euangelicorum perſecutores, animadvertendum ſtatuerunt, ac ſanxerunt. Cùmque eorum principales eſſent, iſti *Vice-Reges*, qui loco Regis potius pacem conſervare ac juſtitiam cuivis adminiſtrare debuiſſent, & tandem *Ieſuitæ omnes*, illos, præhabita deliberatione, & facta reſolutione ac concluſione, *jam aliter fieri non poſſe, de ſubſelliis iſtis quibus tam ſcelerate abutebantur, per feneſtram deturbarunt.* proteſtationes enim ſolennes ante annum fecerunt; ſi quis

Ieſuitæ præmonent in deterius ſemper abeuntes.

Defenſores hoſtes ſuos è feneſtris præcipites dant.

Digitized by Google

Ieſuitas proſcribunt Senatu Directorũ erecto.

contra Literas Majeſtatis, & pacta conſtituta horum aliquid auſus fuerit, fore ut ſine ulteriori proceſſu juris ex re nata, ſeverè puniatur: hoſce verò nimirum *Ieſuitas, ordinato Senatu Directorum ex more ſolemni, Regno exire juſſerunt*, & Apologiis tanquam rationibus facti ſcriptis *Defenſionem genti* conſuetam adornarunt, aliquamque manum, ne ex improviſo obruerentur, collegerunt: Archiepiſcopo, cui Matthias inconſultò, Religionis cauſam totam cum Vice-Regibus iſtis, commiſerat, & reliquis transgreſſoribus malè ſibi conſciis, ultrò diffugientibus, remque iſtam ad Cæſarem longè aliter deferentibus, & pro more exaggerantibus, quo ipſum, jam tandem ad apertum bellum Euangelicis inferendum, tanquam longè deſideratiſſimam occaſionem nacti, concitarent atque inflammarent.

Socii conſpirationis fuga evadunt.

Quod iſtis ita ſucceſſit, ut hujus incendii & abominabilis vaſtationis Patriæ valdè propinqua cauſa extiterint: Boni, *ut ſaluti Patriæ & tranquillitati Reipublicæ parcatur aut conſulatur, omnia agunt, etiam jacturam privati commodi & vitæ ſuſtinent*: illi ut privatum & proprium aliquod temporale bonum ſibi promiſſum obtinerent, & patriam ac gentem ſuam incendiis vaſtarent, aut omnia conturbarent, nihil omiſerunt: ut ſe non bonos eſſe manifeſtiùs oſtenderent.

Sectio XIX.

Matthias & Ferdinandus calumniatoribus credunt.

CÆſar igitur, & Ferdinandus Rex hoſce libentiſſimè audiebant, & veluti *Theodoſius Chryſaphio, & alii ſeducti Imperatores Sacerdotibus Arianis, Eutychianis, plus quam omnibus revera bonis Officiariis, atque in communi Orthodoxis, fidei habebant, eoque Eccleſiam veram affligi ſinebant*: ita hi iſtis, potius quam omnibus Ordinibus & fidelibus Chriſtianis credebant, & quidem eo avidiùs, quia hic jam conſiliorum & collimationum ſuarum, executioni mandandarum, viam aperiri, & quaſi anſam præberi cenſebant. Quocirca ſuſque deque habitâ omnium Bohemorum totius Regni Ordinum & *Defenſorum atque Directorum* proteſtatione, de integerrima erga ſe devotione, ſpretis nec admiſſis Apologiis, & rationibus facti ſufficientiſſimè redditis, illicò totum hoc in crimen læſæ Majeſtatis vocare, *Bohemos nullo in legitimo Senatu auditos, Rebellionis condemnare, bello perdomandos publicare, Pontificios omnes Dynaſtas in auxilia convocare, Ligas & conſpirationes renovare, firmare, novos Comites, idoneos, bella*

Cyclopes ad arma contra Chriſtianos cõvocant.

pra-

Digitized by Google

præficiendos creare, ipſos etiam Euangelicorum Duces, haud poſtremos, in Imperio & alibi, miris prætextibus faſcinare, ne Bohemorum cauſam cognoſcerent, præoccupare, ad partes ſuas & ſocietatem belli ſolicitare, Bohemis infenſos reddere, ut eorum ſimul armis, quod intendebatur, facilius obtineretur. Ideoque etiamſi rem totam, quanta quanta videbatur, facilimè debito ac legitimè conſtituto Senatu Regni vel Imperii, juſtoque judicio, ad quod Bohemi ſufficientibus inſtructi cauſis, ſemper provocabant, & accuſatoribus ſuis ſatisfacere parati erant, ſine omni bello ac ſine tantis vaſtationibus Regni & ferè totius Imperii, omnino componere potuiſſent, atque *omnia priùs conſiliis quam armis experiri debuiſſent*: tamen ne occaſio hæc quaſi plauſibilis conſiliorum in actum producendorum, è manibus elaberetur, ſed jam jam bellum maximum, quod dudum in animis habebant, & ad quod jam Papiſtæ in ſuis antris, nervis armis inſtructiſſimi, & paratiſſimi erant, inchoaretur, quo Euangelicis omnem Libertatem, Religionem, Templa, Scholas, & ditiones eripere, domum ſuam ſuper omnes exaltare, adeoque plenariam iſtius Antichriſtianiſſimi, Concilii Tridentini executionem, perficere poſſent, non alia ratione niſi tanto bello, & immani vaſtatione omnium, tranſigere, viamque ſibi ſternere voluerunt. Quod prudentiores, jam olim animadverterunt; cæteri Euangelici, non niſi experientia magiſtra diſcendum putarunt.

Papiſtę nō niſi bel'o tranſigere volunt.

Sunt qui Cæſarem Matthiam Bohemis gratificari, & libertatem Religionis cum omnibus privilegiis conſervare voluiſſe, idque Baroni à Zierotina in commiſſis dediſſe, ſed illum aliquo conſilio iſtud reticuiſſe, narrent; verùm ſic porro culpa in Miniſtro Cæſaris reſideret. At rem tanti momenti, cujus gratia generale Concilium Papiſtarum, tantæ obligationes, vota & conſpirationes fiebant, Cæſarem illum tam facile intermittere in animo habuiſſe, credat Judæus Apella. Quin ille citra moram, *collecto in Auſtria, Hungaria, Croatia, Styria, & aliis auſtralibus Regionibus, valido exercitu, per Moraviam, vaſtando Provinciam inſtar Turcarum, in Bohemiam movit, atque ita belli hujus atrociſſimi, initium fecit.* Ejus certiores facti atque eo moti Bohemi, ſuos in armis eſſe jubebant, militem luſtrabant, & obviam Cæſarianis eundo, demum in ipſa Patria quantum poterant, ſeſe defendebant, adeoque

Bohemi defenſivā arma ripiunt.

non offenſivum, ſed defenſivum modo bellum gerebant. Cæſarianis, nihil moderabile quærentibus, ſed flamma ferroque ſævientibus, tormentorum fragore aëra opplentibus, contentaque voce perpetuas *hæreſes, rebelliones* ac *perduelliones* intentantibus, impropèrantibus, carnificinas, & excidia minitantibus, Bohemici non niſi modeſtè reſpondebant. Directores, Apologiis & reſcriptis amplificatis, rationem factorum ſuorum ac rerum geſtarum, coram toto mundo reddere, innocentiam ſuam & juſtitiam cauſæ tum ipſi Cæſari, tum vicinis Principibus atque omnibus nationibus oſtendere ac probare ſatagebant, ac ſe paratos eſſe miſſis hinc inde Legationibus & Literis indicabant; modo Senatus aliquis competens daretur, ne bello ſed juſto judicio ageretur. Verùm in Aula Cæſaria transfugæ illi obſiſtebant, Bavari, Saxones, ſannis eludebant, quidam omnia naſo ſuſpendebant, aut ſemper ventilanda rejiciebant. Providi tamen Hungari, Auſtriaci, Moravi, Sileſii, Palatini, Vinarienſes, & alii rerum ipſarum periti, accuratius inſpiciebant, & confœderationibus factis, cauſam communem bonam, cònjunctis levioribus viribus, mediocriter propugnabant, neve belli cruenti nimis aleam ſubire properarent, *interpoſitione Principum, Vicinorum vel Imperii Electorum, juſtam & pacificam rei compoſitionem indeſinenter petebant ac flagitabant*, quæ & promittebatur. Sed in vanum. Nam adverſa pars, non pacem, ſed ſcopum conſiliorum ſuorum ſpirabat, cætera non niſi problematicè & in ſpeciem agebat. *Interpoſitio* licet in ore multorum fuerit, in animo tamen Papicolarum nunquam: niſi res eorum titubarent. Saxo jam ante occultam cum Matthia & Ferdinando conſpirationem habebat, is ſubinde Bohemos optima de ſe ſperantes, à prælio, quo facilè tum victores evadere, Pontificioſque reprimere potuiſſent, dehortabatur, *& eo ipſo victoriam Euangelicorum, ac firmam pacem Imperii impedivit*, atque animi ſui ſpecimen edidit. Dum interea Cæſaris exercitus ſenſim ex variis partibus auctus, Moraviam, Auſtriam, & mediam ferè Bohemiam crudeliſſimè vaſtaret ac popularetur: Militibus Bohemis generoſis, Saxonicæ culpæ ignaris, trementibus, Officiariosque proditionum, quod in hoſtem non ducerent, inſimulantibus, & niſi dexteriùs bellum iſtud geratur, jam tum malè huic cauſæ ominantibus. *Deus verò moderator rerum, ſe etiamnum vivere declaranda, Cæſarem hunc apprehenſum, una cum Imperatrice ſanguinem Hæreticorum*

Interpoſitio fallax remora victoriæ Euangelicorũ

Matthias moritur.

nempe

nempe ſitiente, rebus hiſce exemit, atque reſipiſcentiæ Pontificiis anſam præbens, ad ſtudia pacis commonefecit. Et certè niſi illi conſilia occulta ad ſcopum ſuum damnabilem perducenda ſpectarent, egregia hic pacis reducendæ occaſio data fuit.

Sectio XX.

ATque hic Ferdinando Regi deſignato, ſi conditiones electionis ac deſignationis ſuæ, fidemque Chriſtianis, ſervare voluiſſet, communique propoſito & voto Pontificiorum, de exſtirpando ſub nomine hæreſis Euangelio, implicatus non fuiſſet, planè licuiſſet, faſces Regni ſolenniter accipere, modò pacificè abſque exercitu valido, placuiſſet in Bohemiam redire, & tranquillè exemplo Maximiliani & Rudolphi Secundorum regnare, libertatemque Religionis Chriſtianæ, non ſolius Papiſticæ, tueri: *Bohemi profectò, nec illi, nec cuiquam Pontificiorum hoſtes fuiſſent, pacem cum omnibus coluiſſent*: Verùm ille, quemadmodùm Jeſuitis & Papæ dudùm voto obſtrictus fuit, & principaliter exſtirpationem Euangelicorum ſibi *propoſuit*, ita ſemper ad ſcopum ſuum contendit: & ſicuti vivente adhuc Matthia contra Reverſales proprias, ejus regimini turbulento, & ipſi bello contra Bohemos ſine inevitabili cauſa ſuſcepto, ſeſe immiſcuerat, Jeſuitica informatione fultus, conditiones deſignationis ſuæ & juramentum præſtitum violaverat; exercitum proprium, quem in Goricia habuit, adverſus Bohemos advocaverat: ei, ut Regnicolas flamma ferroque perſequeretur, juſſa dederat, in Moravia Comitiis contra Bohemos agitatis præfuerat: conjunctionem Moravicarum copiarum cum Cæſarianis obtinuerat: Regnum Bohemiæ per occulta quædam fœdera prorſus iniqua Hiſpanicæ hæreditati obnoxium facere attentaverat: in Bohemia clandeſtinè conſiliarios ſibi quos voluit aſciverat, eorumque opera & artibus omnia ad libitum & ſcopum ſuum attemperaverat, &, ut Ordines queruntur, mala Regno plurima accelerans, multa hujuſmodi patraverat, confiſus hæc omnia excuſari, & juſtificari, ſi ea mandato & auctoritate Matthiæ, à ſe geſta fuiſſe dicat: *cùm ipſi per Reverſales ſuas, & Regium titulum id nequaquam licuerit, nihilominus egit.* Ita mox à morte Matthiæ, ſine juſta ratione, totam illam cauſam & litem ipſius Cæſaris ſuam faciens, exercitum illum hoſtilem, qui Capite deſtitutus, commodè exautorari vel diſſipari potuiſſet, ſibi Sacra-

Ferdinandus potuit pacificè regnare, ſed noluit: ut bello ſcopū aſſequi poſſet.

Bellū Matthiæ redintegrat, & crudelius ſine cauſa continuat.

mento obſtrinxit, Ducemque & Caput hoſtium Regni ſeſe conſtituit: ſed & majores copias conſcribens, multa millia Hiſpanorum, aliorumque exterorum militum Regno immiſit, & longè crudelius quam vivente *Matthia*, (*cujus Vice-Reges fuerunt illi Patriæ proditores dejecti, quorum cauſam adverſus totum Regnum ut Ferdinandus ſuſciperet, nulla ratio coëgit*) in Bohemos & Moravos flamma ferroque ſævire juſſit, ſine omni commiſeratione aut reſpectu teneræ vel decrepitæ ætatis, aut ſexus imbellis, imo & innocentiſſimorum infantium, & in utero matrum adhuc deliteſcentium embryonum, quorum diſſecta corpuſcula in flammas jactata, mortuorum quoque effoſſa, diſcoriata, manibus & pedibus complicatis, nuda, horrendum in modum altaribus impoſita, vel portis templorum affixa fuerunt: quemadmodum in Stiria quùm primum dominari cœpit, Euangelicos perſequens atque exterminans atrocius quam hominis natura fert, egit. *Quod cùm ipſi Regnum Bohemiæ affectanti & Ordines prenſanti, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo Baro Smiricius in Comitiis Pragæ exprobraſſet, atque Bohemos talem Regem eligere & ferre non poſſe indicaſſet, ille culpam in matrem ſuam rejiciebat, & Bohemos non ita tractatum iri ſanctè promittebat, Sed, qua fide, jam oſtendit.* Et quamvis nunquam legitimè ad poſſeſſionem Regni admiſſus fuerit, (quod non aliter niſi conſenſu & conſilio Supremorum Regno Præfectorum & Conſiliariorum, ſimulque Judiciorum, Curialis & Cameralis, Adſeſſorum, atque ex ſuperioribus Ordinibus ex communitate, ex quolibet diſtrictu duarum, ex Pragenſibus autem & aliis civitatibus ſex, certis Comitiis, ad id deputatarum perſonarum ex conſuetudine gentis, & vi Reverſalium fieri debuit, & hìc notandum eſt.) tamen perfidos illos Patriæ proditores, ſupplicio potius afficiendos, à quibus omnis iſthæc calamitas promanavit, *ille viciſſim per literas Vicarios ſuos, ſolii nempe, in quo nunquam legitime ipſe collocatus erat, deſignavit*, & loco totius Regni Ordinum illos tantum in pretio habuit, imò toti Regno & genti prætulit: *Bohemos irridens & tentans literis ad eos datis, ſemper tantum jubebat, ut arma illi deponerent, exercitum collectum dimitterent, quia ſuarum partium eſſet ipſorum Privilegia defendere, & pacem Regno procurare:* cùm tamen illis, nunquam ſuam propriè Majeſtatem lædentibus, quicquid cum Matthia demortuo interceſſerit, bellum ipſe truculentiſſi-

Nunquam legitimè ad regimē venit.

tiſſimum, armis & exercitibus inſtructiſſimus jam inferret, nec niſi tanto armorum fragore faſces Regni ſuſcipere vellet: quo Defenſores & omnes Euangelicos ſi arma illi tum deponerent, è veſtigio facillimè obruere, ac prorſus opprimere poſſet: adeoque *non uti Rex, Paſtor, Pater Patriæ, & Nutricius Eccleſiæ Chriſti, quod boni eſſet Principis, venire: ſed veluti Hoſtis, Lupus, Vaſtator, Oppreſſor, Papiſticæque Idololatriæ & Tyrannidis Aſſertor, invadere*, paratus fuit, & non erubuit.

Hoc ita agens Ferdinandus, Bohemis jam ſatis afflictis, *quibus fidem quaſi Hæreticis non ſervandam, Ieſuitica & Antichriſtiana informatione ſtatuit, in Literis ſuis qualeſcunque ſcriberet, omnino ſuſpectus*, tàm juſti in defenſione progreſſus, quàm mutationis conſiliorum, & ferè *deſperationis politicæ*, adeoque belli ardentioris, anſam præbuit, & ſuo bellico proceſſu cauſa fuit, ut illi, majorum acquirendarum virium ergò, de alio ex conſuetudine & vi Privilegiorum ſuorum eligendo Rege, ac propugnatore ſuo, deliberationes inſtituerent, atque vi & ſerie conditionum Ferdinando circa deſignationem propoſitarum, ab ipſo acceptatarum, ratificatarum, attamen nefariè violatarum, (*qua violatione jam ipſe totum actum deſignationis exinaniverat, Regia dignitate exciderat, & illi ab omni officio ac vinculo ſubjectionis, quo, ſi conditiones obſervaviſſet, ipſi manerent obligati, integrè liberi facti erant.*) relicto iſto Ferdinando, Electorem Palatinum Fridericum in Regem eligerent. Quod ipſis tanquam liberi Electivi Regni liberis Statibus omnino licebat. Quia in Reverſalibus Ferdinandi hoc habetur; *Si pacto vel conditionibus illis non ſtaret, aut vivente Matthia faſcibus Regni ſeſe immiſceret, ut eo caſu, Status, ipſi nulla ſubjectione aut obſequio ſint obſtricti.*

Bohemi meritò ſuſpectum, tàdem rejectum.

Fridericus electus.

Quod etſi in Bohemia antiquitùs uſitatum eſſet, ac jam olim multi Principes *etiam in Throno collocati*, qui conditiones electionis ſuæ tranſgrediebantur, & immemores officii ſui deprehendebantur, circiter *undecim*, depoſiti, rejecti, & alii ipſis ſurrogati, legantur, & nulla unquam natio, vel Dux vicinus, aut Imperator, ea de cauſa Bohemos Rebellionis condemnavit, aut bello petendos, ſubigendos, caſtigandoſque ſibi propoſuit; Tamen hac *remotione Ferdinandi, nunquam in poſſeſſionem admiſſi, & electione Friderici*, neſci-

Digitized by Google

Papiſtæ & Vicini contra acta Bohemorũ.

neſcimus quo fato, exteri quidam Reges, & vicini Imperii Principes, tam Euangelici, quod mirari ſatis non poſſumus, quam Pontificii, quorum affectiones novimus, quibus tamen hic nec ſerebatur, nec metebatur, niſi quod Ligarum & intentionum ſuarum ſcopus vel curſus ſuffaminari videretur, offenſi, indignabundi, cum Adverſariis noſtris, & Juris conſultulis ſuis, Bohemis omnibus, quorum cauſam non cognoverunt, nec audiverunt, *crimen rebellionis impingere non veriti ſunt, liberorum Regni Ordinum, ac liberæ Gentis, ſuæ juriſdictioni nullo modo obnoxiorum, & quidem Vicinorum inauditorum, Judices, imo condemnatores ſeſe conſtituerunt:* Ferdinandum illum Papę mancipatum, Euangelicorum perſecutorem acerrimum, qui tam evidenter & ſuarum literarum argumento ac teſtimonio, regia deſignatione exciderat, & nihil juris amplius in Bohemiam habebat, porrò in præjudicium liberi Regni, *Regem Bohemiæ* ſalutabant, imò contemptim habitis ac ſuperbè rejectis Bohemorum & Palatinorum obteſtationibus, vel interceſſionibus, etiam eo gradu, *quaſi Regem Bohemiæ, in Imperatoriam dignitatem evexerunt*, & prudentes imprudentes, Tyrannum cervicibus ac libertatibus ſuis impoſuerunt, tantumque hocce malum, tanti belli molem, tantam perniciem, & vaſtationes, ſibi accerſitum hilares iverunt: tandemque conjunctis animis & viribus etiam Euangelici præcipui cum Pontificiis ſeu Ligiſtis, Concilii Tridentini executoribus, Bohemos jam tum ſatis afflictos, & Palatinum, qui non ignarus conatuum Papiſticorum ſibi perinde atque Bohemis & reliquis Proteſtantibus inhiantium, cauſam Bohemorum cum Euangelicis communem, cùm corona propugnandam ſuſcipiebat, vi & artibus oppreſſerunt: *duoſque electoratus Imperii primarios, qui Euangelicis antea muri contra fraudem & violentiam Antichriſti fuerunt, imprudentiſſimè, Antichriſto & jugo Hiſpanico manciparunt*: cùm priùs, Acta, Jura, & Cauſas Bohemorum, nec non Palatinorum, videre, cognoſcere, ac dijudicare, adeoque hic etiam omnia conſiliis potiùs, quam armis experiri, maximè deberent.

Ferdinando agglutinati, patrię Tyrannum impoſuerũt

Sectio XIX.

BOhemi jam tum aleam belli experti, & de propoſito Ferdinandi edocti, cùm perciperent, Electores & Principes Imperii Comitia celebrare, deque novo Imperatore Matthiæ defuncto ſubſtituendo

Digitized by Google

ſtituendo conſultare, & Pontificios communis ſui voti ſtudioſiſſimos, ad Ferdinandum ſibi idoneum collimare, *tempeſtivè Legatos cum Literis & Inſtructionibus ad Comitia deſtinarunt, per quos ſua cauſa integritatem exponere, Ferdinandi proceſſum indicare, & de incommodis qua ex bello aut oppreſſione ſua manare in omnes poſſint, pramonere atque orare voluerunt: ut ibi congregati, ſtudio conſervanda Patria, priùs Ferdinandi animum ad pacis amorem revocare, eum cum Regno reconciliare, adeoque turbas iſtas legitimè juſto judicio componere, anniterentur, quo Imperium in pace conſervaretur, quàm in prajudicium ipſorum quaſi citra omnem controverſiam, Regem appellare, determinare, atque in compoſitis gradibus Imperatorem creare properarent: quo bellum atrocius conflaretur.* Hos Legatos, ſi Electores, uti æquum fuerat, admiſiſſent, audiiſſent, & rem accuratius expendiſſent, optima ratione Ferdinandum cum Bohemis in gratiam reducere, turbas componere, & incendium belli extinguere potuiſſent, pacem conſtantiſſimam Patriæ procuraſſent; omnia enim feciſſet ut Regnum & Imperium, conſenſu omnium & ſine controverſiis adipiſceretur; verùm quia noluerunt: *quia legationem illam ſuppreſſerunt, nationem totam, regnum totum, & primarium Imperii membrum, inhumaniter contempſerunt*; in primis illi ſpirituales, quos non bellorum faces, ſed pacis Euangelicæ nuncios eſſe decebat, qui tamen omnes una cum Jeſuitis & Ferdinando eandem tubam inflabant, *pracipuè Moguntibus*, Legatos, etiam minis additis: Ferdinandum, ſi hæc proponantur, acriùs in Hæreticos ſæviturum, repulerunt, & exregem, porrò iniqua & turpi petitione principii vocantes Regem, etiam Cæſarem, ad ſcopum ſuum, conſtituerunt: *ideo jam hîc illi ulterioris belli, harum Germania calamitatum, & omnium malorum cauſa nobis extiterunt, & rationem omnium Deo, afflictis, occiſis, & poſteritati Euangelicorum reddere, tanquam pacis ac ſalutis Patria contemptores, belli conflatores, & damnationis procuratores, tenentur.*

Legatio Bohemorū, à Papicolis reprimitur, & iſta violatio legationis ſit cauſa belli.

Ferdinandus, ſi *faſces faſces eſſe* cogitaſſet, aut quid ſit rectè imperare, in Regno tam perturbato juſtitiam adminiſtrare, & rationem omnium Deo reddendam expendiſſet, vix tantopere iſtud Regnum ſibi propter Religionem exoſum, & Imperium ipſum, ambiiſſet vel anhelaſſet, quin Coronam ad pedes projectam, cum ſapiente Rege capiti ſuo imponere ipſe non allaboraviſſet; verùm ille ſtudio ſcopi & voti ſui flagrans, irrequieto ambitu ſeſe offerens, ut eve-

Ferdinandus ipſe ſibi honorem regēdi ſumpſit.

Digitized by Google

ut eveheretur rerum ſuarum ſatagebat, & quanquam nihil conſultius fuerit quam cum Bohemis tranſigere, tamen antequam mentio iſtius rei fieret, Imperator conſtitui feſtinabat, ut tandem faciliùs ſuperior evaderet. Licet interim ab æquis rerum æſtimatoribus ſciretur,& vix conſcientiæ dictamine, taceretur, *eum, per Reverſales, & actiones ſuas, Regia dignitate excidiſſe, Bohemoſque potius redintegrationi ejus quam executioni faviſſe,eoque pacem obtinere potuiſſe*: tamen, qui faſtus eſt hujus generationis, totam belli aleam, totius Regni Ordinum, & complurium populorum ſanguinem, qui effunderetur, ex alto deſpiciens, exrex regio titulo ſuperbus, Philautia generis ſui captus, conſanguineorum ac propoſiti conſciorum aſſiſtentia nixus, bellum hoc continuare, Chriſtiano populo tantas haſce clades, & calamitates, *quantas à mille annis nullus alius,* afferre, ſeque vel extremá ſanguinis humani gutta contaminare, quam Regnum & Imperium legitimè paratum, ſuſcipere, maluit, unde propria cauſa caputque horum malorum extitit, rationem tanti regiminis Judici vivorum & mortuorum redditurus. *Quem ſanguinis effuſi clamor ad tribunal poſcit.*

Palatino meliora cõſilia.

Palatinus cum pauciſſimis, quorum melior ſententia cordi, *ſecretiora Concilii Tridentini Decreta* perſcrutando, & ſcopum omnium Papicolarum conſiderando, ſalutis Reipublicæ, & libertatum Patriæ perſpicaciùs curam gerendam duxit, & prouti ante Ligæ Pontificiorum, unionem Euangelicorum opponendam ſtatuit, ita hic probè cernens quo res ſpectaret, quomodo omnia comparata eſſent, quantis ſtudiis inſolentia Pontificiorum pergeret, cùm electio in Regem Bohemiæ ſibi offerretur, eam & cauſam Bohemorum tanquam certo reſpectu omnium Euangelicorum communem, propugnandam ſuſcepit, & quandoquidem voto atque jam conatibus Pontificiorum, omnes tradimur excidio, ſicuti Bohemi, ita Proteſtantes alii, Tyrannidem hanc atrociſſimam juſto bello reprimendam, aut in defenſione Patriæ atque Euangelii ſalvifici, fortiter cum ingenuis pugnando, potius quam cum ignavis interitum fratrum ocioſè ſpectando, vitam deponendam, decrevit: ratus ſocero Anglo, & Euangelicis in Germania technas Papiſtarum, uberiùs cognitas, vel penitus perſpectas eſſe, *ideoque eos non adverſarios, ſed amicos ſibi in hoc negotio fore.* Sed pauciſſimos tales experitur, *ab Angloque nefariè deſeritur.* adeò ut una cum Bohemis à

Digitized by Google

confluentibus validiſſimis hoſtium exercitibus ſuperatus arena cedere cogatur, & indigniſſimè prematur.

Sectio XXII.

Saxonis cogitata & acta prava

SAxo, *Papiſtas tanta moliri vel audere, adeoque pro ſalute Patriæ & libertate Religionis, vigilandum eſſe, non putarat.* Quin ex more, Libero, & contemptu proximi, turgidus, uti jam pridem, liberos Regni Bohemiæ Ordines, non niſi mancipia Domus Auſtriacæ eſſe crapulando ſomniabat, iiſque propter antiqua bella, vel diverſitatem linguæ nationali odio, iniquior *(quod tamen poſtquam Spiritu Sancto omnes Linguæ ſanctificatæ & Gentes ad unitatem fidei vocatæ ſunt, exſpirare debuit)* erat, & hac affectione, ut ii pro libitu Auſtriacorum tractentur, Auſtriacique pro deſiderio evehantur, dudum ante initium belli, Matthiæ & Ferdinando huic, operam ſuam promittendo condixerat; ita nunc eadem affectione, *vel quod ſe potius in Regem non elegerint, ut quorundam ſubditorum ipſius ſpes erat*, Bohemos, in tanto bello & in tanta oppreſſione prorſus contemnendos, ac non ſolum, una cum Palatino Rege legitimè electo, deſerendos; ſed etiam calumniis opprobriis, & armis obruendos, bonus vicinus, ne tantillum quidem unquam læſus, concluſit. Et ut juſtè ſævire videretur, Bohemos inauditos, tanquam ſententiæ Papiſticæ executor, cum ſuis *Rebelles, iniqua petitione principii, vocabat, qui contra Magiſtratum ac Regem ſuum ſeditiosè inſurgerent, aut crimen læſæ Majeſtatis perpetrarent, dum illos Vice-Reges, Euangelii hoſtes, Patriæ proditores, legibus & conſuetudinibus Regni Bohemiæ obnoxios, ſubſelliis deturbarunt, Ferdinandum deſignatum rejecerunt, & alium elegerunt atque propugnarunt*; & ampliùs inferebat: Si ſubditos adverſus Magiſtratum & quidem ſummum, talia deſignare, patiamur, & impunè gerere ſinamus, quid non alii, contra Principes & Magiſtratus ſuos inferiores audebunt? Quocirca exemplo aliis, debellandi, & ſuppliciis afficiendi ſunt. Quaſi vero Bohemi ſimpliciter alicui ſubditi fuerint, & nullam juſtam rationem rerum ita geſtarum reddere potuerint! Palatinum vero, Principem & Sympatriotam optimum, Religionis Euangelicę, Collegii Electoralis ſocium, ſui obſervantiſſimum, Regem Bohemiæ legitimè in Throno collocatum, una cum Bohemiæ Regno, naſo ſuſpendebat, imo majori injuriâ, per impoſitum reformatiori Chriſtianitati nomen Calvini, ſociis ſuis, exoſum reddebat:

Iniquitas & calumniæ contra Palatinum & Bohemos.

 quaſi,

quaſi, aliena rapientem, tali Regno indignum, inde pellendum, Ferdinandum potiùs Jeſuiticum, reſtituendum Saxeo marte judicabat, *& ei, cum Bohemis, quòd Calviniſtæ, Pontificios, & Lutheranos, utroſque delere conentur, ideoque ipſimet delendi ſint, dirum grande imputabat*; donec magis inflammatus & caſſibus Jeſuiticis intricatus, nec non forſan avarus auro, vel pollicitationibus ſubdolis, corruptelis, exercitum validum conſcriberet, & Fridericum à tergo præter omne meritum, aggreſſurus, vireſque Bohemorum, ab altera parte accedente Bavaro, diſtracturus, Budeſſinam verſus educeret, anno 1620, ſub autumnum. *Bohemi*, ſub Friderico Rege ſuo militantes, horum admoniti, *Oratores cum literis ei obviam mittunt, indignationem ejus & bellum, contentiſſima voce deprecantur, pacta cum Regni Statibus antiqua, non ita violanda, & ſanguinem innocentem fundendum, vociferantur: ſe inauditos iniquè condemnari, rerum à ſe geſtarum, rationem coram Deo, & mundo, & quovis judicio, reddere poſſe, adeoque inſontes eſſe declarant: Cauſam, potiſſima ex parte omnibus Euangelicis, atque ita etiam ipſi Saxoniæ Electori, communem eſſe, oſtendunt: Quod ſi in ejus defenſione, hoc modo, omnium viribus, citra judicium, oppreſſi fuerint, proteſtantur ac disertè prædicunt: fore ut brevi alii Proteſtantes, & ipſe Saxo, iiſdem calamitatibus involvantur, eoſdemque inanes patiantur, ideo magis cavendum*. Sed Saxeus hęc omnia contemnens, igne ferroque in Luſatia, nihilo clementiùs quam Turca, vel Antichriſti exercitus, ab auſtro ſæviit, adeo ut Bohemi ſedecim millia ſuorum, & Sileſiorum, ei opponere, & hoc pacto vires ſuas, contra Papicolas ſufficientes, huc diſtrahere, imminuereque coacti ſint. Interea *Bavarus*, Saxoni correſpondens, licet antea cauſam Bohemorum apertè condemnare vel approbare non feſtinaret, *Exercitus Ligiſtici, Caput & Dux Generalis factus*, cum Cæſarianis copiis adjungens, vires Bohemorum dimidias ſub Friderico militantes, à parte Auſtrali, perſequebatur, & Pragam uſque retrocedere coëgit, ubi & prælio commiſſo, victor evaſit. Saxo vero à ſeptentrione, Budeſſina occupata, oppoſitas ſibi partes in Sileſiam uſque perſequendo, victoriam illam Cæſaris & omnium Pontificiorum adjuvit, ac promovit. Hoc ita facto, Ordines Regni Bohemiæ, ut innocenti ſanguini Chriſtiano parcatur, dimiſſo Friderico, Pragam Bavaro nihil in Religionem tum ſtatuenti, palmamque ea conditione, ut Ferdinandi Cæſaris ſubjecti eique devoti maneant, deditione tradunt,

Bohemi Saxonis impetum deprecantur.

Ille induratur.

dunt. Fridericus Regno cedens, propriis ditionibus & communi Euangelicorum cauſæ atque libertati Germanicæ, defendendis, quantum quidem vires ſuppetunt, & ſociorum auxilia ſuccurrunt, incumbit, atque quod boni Principis atque Electoris Imperii eſt, in ſalutem Patriæ & veræ Eccleſiæ agit.

Et ſi verò, mera bonitas, & juſtitia cauſæ hujus, ſicut à principio, conſenſu Ordinum & confœderatione Provinciarum Regno incorporatarum, nec non acceſſu Auſtriæ & Hungariæ defendebatur, ita hactenus cum Palatino ſubinde alios atque alios Propugnatores, Heroas ac Defenſores à Deo accipit: tamen Saxo & adhærentes ac ſubditi ipſius, indignum dictu, quantis plauſibus, cavillationibus, irriſionibus, contumeliis & turpibus cantionibus, Friderico & Bohemis hic oppreſſis inſultarint, & perinde atque Antichriſtiani de ſucceſſu ſibi gratulati ſint, cùm tamen cæcitate quadam laborantes, non perſpexerint eo proceſſu communem hoſtem exaltari, Adverſarios Chriſti juſtificari, Servos Chriſti malè tractari, Publicum bonum, Germaniæ Libertatem, Euangelii vigorem, perdi, vaſtationem Imperii apparari, fratres proturbari, hoſtes irreconciliabiles Hiſpanos ac Papanos introduci, adeò ut non mirum videri debeat, ſi quando, animadverſione Dei, ſceleris tanti pœnas luant, & rationem factorum ac verborum Judici reddant, aut ideo bellum tamdiu continuetur, donec & ipſi accepto damno ſapiant. *Nequitia & cæcitas Saxonicorum.*

Quicquid dicatur: jam, tàm deſertione Anglicana, perfidiâ vicinorum quorundam & armis artibuſque Saxonis, quam magna vi Auſtriacorum, Antichriſtianorum, Ligiſtarum, Hiſpanorum, & omnium Papicolarum, Bohemi & Palatini circumventi, ac proſtrati, ceu Sancti quidam à Beſtia victi, dilaniati ſunt! *optimè cogitata ipſis per admiſta quædam peccata malè ceſſerunt, nedum ut peſſimè cogitata, & turpiſſimis ſceleribus intertexta Adverſariorum acta, olim benè cedant.* *Bohemi & Palatini in agone.* Duo præcipui Electoratus cum tribus Suffragiis, Papiſtis traduntur, Euangelicis adimuntur, jamque in iis nempe in Regno Bohemiæ & Palatinatu, Religio vera Chriſtiana premitur, exſcinditur, Papiſtica idololatrica paſſim introducitur & plantatur, & propriè executio Concilii Tridentini, quam ſecurè nimis contempſimus, jam illo brachio ſeculari ac Tyrannide ſummâ, ad umbilicum perducitur: qui Legem Dei abjicere & Legibus Papæ ſe ſubjicere abnuunt, qui calicem benedictionis cui benedixerunt boni Chriſtiani,

 male-

maledictione convitiiſque proſcindere, adeòque Verbum & Sacramenta pura contemnere, Papalia placita proni adorare, *& jacturâ ſalutis factâ, ſub titulo Catholicorum Antichriſtiani eſſe nolunt*, ſive Paſtores, ſive Auditores, imò liberi Ordines, Barones, Comites, & Principes fuant, partim militum malitia cruciantur, plagis verberantur, in carceres abducuntur, multifariam è medio tolluntur; partim bonis & ditionibus ac dignitatibus ſuis, privantur, atque ex Patria ejecti, in exiliis immanè diſperſi, derelicti jacent, aut miſerandum in modum *incertis ſedibus errantes*, etiam fratribus moleſti & graves, plurimi, jam nulli, ſunt. Sic muri noſtri, ſic fratres noſtri, ſic membra in Chriſto noſtra jacent! compluribus adhuc ſtertentibus, & plus hoſtibus quam fratribus afflictis tribuentibus! Ab incunabulis Eccleſiæ, quoties ita Chriſtiani veri à Tyrannis idololatris vel hæreticis Epiſcopis atque Aulicis, ac militibus, Arianis, Macedonianis, Eutychianis, vexabantur, & Hypocritæ diſſimulabant, ne quid & ipſi paterentur, impenſius hoſtibus quam afflictis fratribus adhærebant: toties bella truculentiora mundo imminebant, & acceſſebantur, quibus tandem Tyranni & Hæretici iniqui periere: ſic hodie cogitandum: *num hac talia, ſint initia dolorum, & cauſa, atrociorum, quibus expientur, bellorum?*

Sectio XXIII.

FErdinandus enim Auſtriacus, Germaniæ Rex, etiam Romanorum Imperatoris titulo inſignitus, plus negotii cum Rege Bohemiæ Friderico & copiis ipſius, ſi præcipuè ipſi omnes, qui debebant, in Germania uniti, affinitate & ſanguine juncti, & cum Regno Bohemiæ confœderati, ſatis fideliter aſtitiſſent, quod, ſi Saxo quieviſſet, omnino feciſſent, aut ſi idem tanto dolo, qualem nemo Euangelicorum ſuſpicari potuit, & ipſi Jeſuitæ Colonienſes iſtud non niſi à corde Papiſtico illis Catholico, proficiſci potuiſſe, libello certo ad Saxonem ſcribunt, à tergo non acceſſiſſet, dubio procul habuiſſet, ſed & Bavarus non tam animoſus fuiſſet, quin longè tolerabilioribus conditionibus ſine hac vaſtatione, cum certa Imperii conſervatione pax in Chriſtianitate conſtituta fuiſſet. Verùm Saxone ita agente, hoſtes animante, Euangelicis hæſitationē injiciente, ille victor evadens, *Regnum Bohemia quod ante nullo jure potuit, jam jure belli ſibi hæreditarium vendicat, in quo non legibus ſed arbitrio agere, & in ipſam*

Saxonis noxa.

Digitized by Google

in ipſam Religionem, quicquid placeret, ſtatuere poſſet. Et quanquam in maximo fervore belli ab initio ſui Imperii, Ferdinandus, & ſua pars, *non Religionis, ſed tantum Regionis ergò bellum geri dictaret*, & Bohemis non tam manifeſtè *hæreſim*, quæ communis eſſet Euangelicorum, quam *rebellionem*, à qua alii Euangelici eſſent immunes, exprobraret, quo Saxoni forſan impoſuit, & multorũ etiam in Bohemia animos infirmavit, ut non tam fortiter repugnarent; tamen propoſiti ſui occultati memor quid in ſinu foveret, jam ſatis omnibus notum fecit. In perſona quidem non illico Bohemiam intrare ac Thronum conſcendere voluit, ne hæreticus aſpectus vel halitus ipſi gravis accideret, ſed Proregibus, in primis Lichtenſtenio Principe, conſtitutis, prius omnia, horum operâ, à Rebellibus & Hæreticis, expurgata voluit. Itaque cum ſatis longo tempore milites Cæſariani, Hiſpani, Itali, Croatæ, Poloni, & ex omnibus nationibus peſſimi quique crudelitate, rebellionum, hæreſium exprobratione, minis, & libidinibus Babylonicis, omnia perhorrida redderent, imò cædibus, ſtupris violentis, graſſationibus, & direptionibus non ſolũ Pragam, ſed etiam totum Regnum, illi qui talibus delectatur, conſecrarent; *Bavarus ipſe, mille quingentos currus theſauris precioſiſſimis ac ſpoliis onuſtos domum ſecum aveheret*, adeo ut *Angli quidam Legati de illa mutatione dixerint: Ingreſſi ſumus Regnum veluti Paradiſum, jam relinquendum cernimus velut infernum.* Et tale, non pacatum, voluit adire Ferdinandus, nec dum priùs, antequam per iſtos Proreges, horrenda ſententia, *Directores Bohemos, etiam demortuos condemnaret, illicoque ſuperſtites, & ex omnibus Ordinibus præcipuos, & optimos, qui flos, ornamenta, & columnæ Regni, Iudiciorumque fuerunt, qui conſervandæ Patriæ operam dederunt, qui fuga ſalutem non quæſiverunt*, Bavaricæ interceſſioni fruſtra confiſi, *captivos, in cuſtodiam Pragæ pertraheret, ac poſtmodum non convictos, formidabili & execrabili* EXECVTIONE PRAGENSI, *nihilo clementius, quam Herodes olim Synedrium & Proceres Iudæorum, de medio tolleret, capitaque eorum ſubſelliis honoratiſſimis digna, inſepulta, palis, verubus, portis editioribus, affixa, omnia horrore, luctu, mœrore, & quodam ad cœlum clamore, opplere faceret, locoque pinnaculorum inauratorum, his turres & portas ſibi exornaret.* Mox etiam fideles Eccleſiarum Doctores & Paſtores, primò Pragâ, paulo pôſt liberis urbibus regiis, tandem omnibus parochiis, & toto regno, ejici, proſcribi, ad perpetuorumque exiliorum ærumnas condemnari curaret, quaſi

Ferdinandi aſtus & tyrannis.

Horrenda mutatio in Bohemia per Ferdinandum.

Executio Pragenſis.

Ejectio Paſtorum in exilia.

Digitized by Google

quaſi concionibus ſuis plebem ad rebelliones & ſeditiones concitarent, ac turbarum auctores eſſent. vel apertè, quod citra omnem controverſiam, Hæretici manerent, quos exſtirpare, Deo cultum præſtare ſit. Quo ſatis oſtenderet *quos Papicolæ Hæreticos & Rebelles eſſe judicant*, aut proclamant: *nimirum, qui Dei Verbum & Inſtitutionem Chriſti potiùs, quam placita Papæ ſervant, & ſervari debere docent, Deoque magis quam hominibus obediendum ſtatuunt*: in eorum vero loca Monachos quoſdam indoctos, impuros, aut Jeſuitas artibus Sophiſtarum, & omni fraude injuſtitiæ imbutiſſimos atque efficacia deceptionis clariſſimos, ſubſtitui mandaret, qui plebeculam ſimpliciorem, oves paſtoribus orbatas, imò etiam non paucos eruditione turgentes, & ſcientia inflatos, à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto, abducendo, conſuetudinibus Papiſticis manciparent, ac concionibus & *confeſsionibus fraudulentis, Thraſonicis, Tribunitiis, ac magnam partem obſcænis & impudicis*, vel terrerent, vel infatuarent, vel ita offenderent, ac inquinarent, *ut multi* qui eos audiunt, & confeſſionibus interfuerunt, *jam eos non Spiritus Sancti diſcipulos, ſanctè inſtitutos, ſed alicujus magnæ Sodomiticæ, Babylonicæve Meretricis filios ac lenones exiſtere queritentur.* Et tales Hypocritæ Curios ſimulantes, & Bachanalia viventes, ergò placent. Hi decus Eccleſiæ ſunt: his Eccleſia fit Catholica! Regi ornata! Scholarum eadem quæ Eccleſiarum forma. His ita exornatis, Curias quoque ordinaret, Conſules, Senatores, Syndicos, Viros idoneos, graves, qui Papicolæ Catholici eſſe noluerint, reprobaret, mulctaret, illiſque leves inexpertos, Jeſuitarum ſtudioſos, juſtitiæ & conſcientiæ vel ignaros vel contemptores, *nonnullos etiam inhoneſtos & infames, modò Chriſti deſertores, Antichriſti aſſertores Catholici, placitorum ſuorum executores magis quam juſtitiæ adminiſtratores eſſent, ſurrogaret.* Denique communitates Ordinum, Civitatum, Diocæſeon, Artificum, Ruſticorum, & Mendicorum, ſimili diſciplina perpoliret, ut paſſim Divinæ Leges contemnantur, humanæ traditiones obſerventur, Filius ille perditionis honoretur, Filius verò Dei conculcetur, Baptiſmo lavandi, conſpuantur, Calici benedictionis, maledicatur, Sanguis Fœderis, per quem ſanctificamur, profanus ducatur, Spiritus gratiæ fictis operum meritis, contumelia afficiatur; & ferè quod de Hæreticis iſtorum Magiſtris apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 3. narratur; *omnia mendaciis & contrariis perficiantur, exorciſſet Satanæ mancipatus, voveat perfidus, abſolvat*

Subſtitutio Monachorum impurorum peſſimorum.

Reformatio Curiarum.

Perverſio omnium.

Digitized by Google

abſolvat ſceleratus, benedicat maledictus, abutatur nomine Chriſti juratus Antichriſti, vitam applicet mortuus, pacem denunciet belli autor, oret blaſphemus, ſacrificet ſacrilegus, & Domini Cœnam inſtruat Diaboli ſervus. loco hominum vel habitus condecentis, obambulent cucullata monſtra, & vilia extollantur inter filios hominum. quod deteſtatur Dei Spiritus Pſal. 12. 9. & coarguit Franciſcus Petrarcha, jam anno Domini 1370, in Papicolis, ubi, inquit, *Exulat Chriſtus, ſedet Antichriſtus.* Cùm, inquam, omnia in hunc modum peracta ſint & perficiantur, tum demùm adventus ejus in Regnum tam ornatum promittitur: ſed & PERDON, quo cuncta magis perduntur, præmittitur, & tamen executio quædam nova, & ſupplicia in præcipuos qui accuſati fuerint, majori cum horrore prænunciantur. *Hac verò Metamorphoſis*, qua non Ovidius horridiorem finxerit, ſi Diis placet, *Catholica reformatio dicitur.*

Propoſitũ Ferdinandi & vota ſcelerũ viâ implenda.

Verùm hoc illud eſt, ad quod Jeſuiticâ inſtitutione Ferdinandus à teneris formatus eſt, ad quod Papæ Jeſuitiſque juramento obſtrictus ſeu voto devotus eſt; ut ita agat, & regat. Quod etiam prouti Carapha loquitur, ſibi *propoſuit: ut, Lutheri canum exhauriretur: Calvinus recalvaſter conculcaretur; & quicquid eſt hæreſium excinderetur; nimirùm ut omnes ſubditi, quos auxiliis & conſiliis Papiſtarum ſibi ſubegerit, vel totus orbis, à Lege Dei, ad obedientiam Sedis Romanæ, videlicet ad Papatum, vi perducantur, Inſtitutionis Chriſti nulla ratio habeatur, Papa & Ieſuitæ ſuper omnia exaltentur, eorumque placita obtineant & obſerventur, adeoque omnia ita, ut in Bohemia, ubique reformentur.* Quod ſanè maximo niſu & vehementi zelo perficere conatur, & Pontificii omnes, Ligati, conjurati, unanimiter ipſum adjuvant, & Euangelicorum ditionibus, atque ſubjugandis illis inhiant. Sed &, ne quid uſquam obſtet, Ferdinandum illum, Jeſuitæ publico ſcripto de ipſius coronatione ad Leopoldum Archiducem Auſtriæ magno cum applauſu & tripudio fatentur: *ſub paterna ditionis primordia jurejurando ſe obſtrinxiſſe, prius vitam poſiturum, quam in iis quæ ad religionem pertinent, quicquam Sectariis* (ſic Euangelicos illi vocitant) *concedat.* Unde, Saxo, nihil interceſſio tua Lutheranis vel Pragę, vel Auguſtę, vel alibi, prodeſt: Quis unquam Princeps tam abjecto animo tot turpes repulſas tulit? *&* D. Hoë, *vide: quam boni Propheta ſint Calviniſta: eandem Lutheranorum cum ſua ſortem fore, ubi prævaluerint Papicola, prædicentes: nec non Bohemi Directores, qui Saxonem Budeſſinam verſus moventem, ſi oppreſſionem ſui promoverit, ejuſdem futuræ ſortis & vaſtationis præmonuerunt.*

Saxo & Hoë vani.

N *Sectio*

Sectio XXIV.

Germanos cautiores eſſe deceret

NOlim ego ut Germania noſtra, vel quicquid uſquam eſt gentium, tale quid experiantur, quod in Bohemia factum eſt. Verùm oſcitantiam & ſocordiam multorum ſatis mirari, eique non malè metuere non poſſum. Papiſtæ Diabolorum inſtar conſervandæ Monarchiæ ſuæ incumbunt, conjunctiſſimis ſtudiis hoc malum agunt, Provincias Euangelicorum invadunt, vaſtant, ac depopulantur, adeòque vires eorum atterunt, aut ſibi ſuiſque ſubjugant & uſurpant; Euangelici verò diſcordes ab invicem diſſident, imò hoſtibus gaudium & ſpem ſtruentes, controverſiis arte *mali* multiplicatis, alios alii ita mordent & devorant, ut ſi maximè nullus ingruat hoſtis, verendum tamen ſit, *ne viciſſim alii ab aliis conſumantur*. Multi eorum, machinationes iſtas adverſariorum,nondum videre aut credere poſſunt, nec conatibus ac progreſſibus hoſtium tantis obviam ire, conjunctiſque viribus,obicem ponere,nec confratribus proſtratis aut periclitantibus ſuppetias ferre volunt, nec rerum ſuarum ſatagunt; gratiam quandam aut clementiam Papiſtarum conſtantem, incautè ſibi pollicentur, quam nullam eſſe brevi querentur, aut ſquammas cæcitatis, non niſi confoſſis pupillis oculorum deponendo, ex veterno tanto non prius, quam ab interfectore ad necem ſuſtinendam, excitabuntur. Ii cum primis, qui Bohemorum & Palatinorum oppreſſionem, vel nihil ad ſe pertinere ſomniant, donec & ipſi tale quid experiantur,genioque indulgentes,*lectis eburneis accumbentes, & in crateribus vini bibentes, non afficiuntur ægritudine propter confractionem Ioſephi, donec & ipſi migrent*; vel, non tantùm ocioſè calamitates & excidia Fratrum ſociorum, ſed etiam jucundè quaſi inimicorum vel Calviniſtarũ, quos ita ſibi pingunt, & iniquè oderunt, ſpectant vel afflictos & oppreſſos,hoſtiliter, quaſi *rebelles & ambitioſi fuerint*, eoque merito hæc talia luant, calumniantur: ii mercedem congruam invenient. Catones cati! O prudentes! An non enim: *res tua tunc agitur paries cùm proximus ardet?* An quis verbum Dei ſuſque deque habens, vindictam effugiet? Qui ex eodem corpore ſub uno capite Chriſto ſunt, num non ſenſu doloris, ex confractione & conquaſſatione aliorum ejus membrorum, affici debent? nonne divina contemperatione ſi patitur unum membrum, ſimul dolent omnia? *Qui bovem aut aſinum vicini ſub onere proſtratum, miſerèque ja-*

Et pœnas officio antevertere.

Digitized by Google

cendo pereuntem, omnino miſerari & ſublevare cælitus jubentur, ipſumne vicinum & proximum, ſub jugo & onere hoc pernicioſiſſimo gementem intereuntem, ſalvâ conſcientiâ, otioſè ſpectare ac derelinquere poſſunt? Nonne vel à Samaritano illo condemnabuntur? Qui animas pro fratribus exemplo Servatoris noſtri ponere tenentur, ii hoc declinandum, ac ne periculi quidem aliquid gratia eorum ſuſtinendum, evincent? aut licere ſibi, nomina quæ libeat, odioſa vicinis, quæ illis non competunt, indere, ac ſententias proximis, quas illi negent eſſe ſuas, affingere probabunt? Sunt qui dicant: Calviniſtas non eſſe fratres, & Bohemos non eſſe tanti, ut eorum aliqua ratio habenda ſit: At hæc profectò magna ſub alio Judice lis eſt: de hac fraternitate non zelotæ aut irati fratres, ſed parentes, Deus & Eccleſia tota, pronuncient, quos Chriſtus ſuſcepit, iſtine ſupercilioſi Ariſtarchi ejicient foras? Bohemi Primarium Imperii membrum in Literis Majeſtatis aſſeruntur; iſti, Primarii membri nullam rationem habeant, & incolumes erunt? Sanè furant, & prę ſe omnes contemnant, bonitas tamen & juſtitia cauſæ Bohemorum ſicuti & eorum quos iſti nequiter odioſo nomine Calviniſtarum per ora hominum traducunt, tandem ceu lux effulſura & triumphatura eſt: iniquioribus etiam præ foribus excubat peccatum: ecce voces ſanguinum profuſorum, Deum ab ipſa humo inclamantium, & judicium tàm adverſus proditores & deſertores iſtos Idumeos, quàm adverſus Tyrannos Aſſyrios & Ligiſtas Babylonios flagitantium! *uti ſuperbæ jactationes & blaſphemiæ Babylonis, ac peccata Sodomorum juſtitiaque interverſa per Adverſarios, clamant, aſcenduntque ad cœlos; ita omnino, gemitus lachrymæ oppreſſorum, viduarum, orphanorumque ſuperſtitum, omneſque ærumnæ exulum ſympathiaque Angelorum ſuas categorias comprimere non poſſunt, quo minus aëra compleant, nubes penetrent, ac oppreſſores ſuos & improbos rerum adminiſtratores ſeu diſpenſatores, conſervorumque ſtrangulationes, ad Altiſſimum deferant!* Et Deus miſerator & juſtus, qui novit & ægrè fert afflictionem ſuorum, juſta ira accenſus, & jam ad vindictam accinctus, pacem quam ex oppreſſione meliorum iſti ſperabant, mundo concedere aut largiri non vult; quin acrioribus bellis & flagellis eos perturbari facit. Profectò, *quoties tàm prava rerum adminiſtratio, ſuperbia, vis, ſecuritas, luxus, idolomania, Sectarum propugnatio, & perverſitas, in orbe viſa ſunt, toties, non pacem vel aurea ſecula, qualia Pſeudoprophetæ peccatoribus, & tranſgreſſoribus eodem ſpiritu quo nunc Ieſuitæ Apoſtatis, promittebant, ſed horridiora bella,*

Cujus ſit pronunciare: qui ſint noſtri fratres.

Deus ſuorũ vindex.

Digitized by Google

majores mutationes, piorum conflationes, impiorum conſummationes, Regnorum Domorumque everſiones ac deſolationes, vel evidentiora Dei judicia portendebant & cauſabantur. Et nunc quid aliud expectetur, efficiaturque? Pontificii Regno Bohemiæ & Palatinatu, præcipuis Imperii membris & Electoratibus, oſcitantia & proditoria deſertione talium, nec non quorundam viribus, potiti, jam reliquos Electores & Principes Euangelicos naſo ſuſpendunt, & nihili faciunt: *Saxonem nec cerebrum, nec vires habere*, familiariter nimis ſcribunt; interceſſioni ipſius, pro Auguſtanis vel aliis, neſcitur quid loci relinquunt. *Libertates Gentium & Rerumpublicarum, latibula Hæreſium, evertenda, ſeditioſiſſimè nuncupant:* Libertate Germaniæ & viribus reſiduorum contemptim habitis, Imperium ferè totum liberè vaſtant; exercitus Barbaros, exteros, undiquaque collectos, Hiſpanos, acerrimos Germani nominis & Chriſtianæ Religionis hoſtes, huc introducunt: *abominationem deſolationis vaſtatricem illam in loco ſancto ponunt, & omnia conculcant*, nefariiſque ſceleribus & moribus ſuis fædant, multis Germanorum, nondum animadvertentibus, aut talia curantibus! Imo jam jam Tyranni, propediem, conſummatam Concilii Tridentini executionem habituri, Imperium libidini Hiſpanorum permiſſuri, illi jugum libertati injecturi, idolomaniam religioni ſubſtituturi, Germaniam ſacram reſtauratam, ſeu Papiſmo mancipatam jactaturi, Comitia hic armata celebraturi, bona Eccleſiaſtica quæ vocant, pro libitu tranſlaturi, & horribilia theatrica ſupplicia, rogos, eculeos, Martyrum conſtantiſſimorum, ſi quos adhuc Germania fovet, pro ſua conſuetudine inſtructuri, & jucundè cum triumphis ac tripudiis ſpectaturi eſſent, niſi alios adhuc meliores etiamſi pauciores habeat Deus, qui uti hactenus iſtis ſeſe oppoſuerunt, & fortiter reſiſtendo molem tanti belli, ad defatigationem & mortem uſque, à ſociis quibuſdam nec adjuti, nec recreati, ſed deſerti, irriſi, proditi, ſuſtinuerunt, morteque vincendo jam coronantur, & accipiunt palmas; ita etiamnùm pro aris & focis acerrimè dimicando, aut virtutis trophæa ac præmia, aut precioſiſſimas Martyriorum coronas reportant, & tam malos Papicolarum conatus infringunt: adeoque aliquid ſaltem libertatis & veritatis nobis conſervant.

Papiſtæ nō ſeriantur.

Ipſorum opera.

Scopus.

Hos tales, utut pauciores & reſpectu magnæ Beſtiæ infirmiores, *dum ejuſmodi Neutrales, aut Ligiſtarum, Hiſpanorumque admiratores & coadju-*

coadjutores, vel contemnunt, vel irrident, vel etiam Rebelles & Ambitioſos nominant: tùm iniquiſſimi cenſores, & miſerrimi homines, Agno jam victori, præpoſterè & non ex fide, malè metuunt, Beſtiam timiditate adorant: in propugnatores & conſervatores ſuos ingrati exiſtunt: partem non auditam, imò fratres in communi cauſa, metu adverſariorum condemnant, afflictis calamitatem addunt: Efferа Tyrannorum facta juſtificant, enſes eorum acuunt, milites, raræ fidei, pietatiſque, qui ex Euangelicis caſtra Papiſtarum contra Chriſtum, contra Patriam, contra ſuas libertates, contra fratres & contra conſcientiam ſequuntur, ad pugnandum & damnabilia iſta exequendum, obſtinatiores efficiunt: ſemetipſos, tot ſanguinum iniquiſſimè fuſorum, tot ſcelerum improbitate belli patratorum, & denique inſtantium Antichriſti plagarum & pœnarum participes reddunt, & jam tot tantorumque peccatorum rei, iram Dei ad diem judicii ſibi accumulant; quam & hiſce bellis & aliis indiciis conſpicuam, atque jam vicina conſumentem, ſi ſaperent, reſipiſcentia placarent, avertereque ſtuderent.

Iniquitas Neutraliũ & ſupercilioſorum in eos, qui pro juſtitia pugnant.

Sectio XXV.

SEd quatenus in tanta ſapientia vel affectione ſuâ volutantur, manent quæſtiones complures ipſis accuratiſſimè penſitandæ: *Cùm inimicitiæ poſita ſint, & bella gerantur inter Chriſtum & Antichriſtum, utrum hic alicui liceat eſſe* NEVTRALI? *Domino dicente: Qui non eſt mecum, contra me eſt. In quo omnes Antichriſti notæ & opera deprehenduntur, num ille pro Antichriſto habendus ſit? Si ille contra Chriſtum aut illos qui inſtitutionem Chriſti obſervant, bellum per ſuos moveat, cui potiùs aſſiſtendum? ſiquidem, non eſſe cum Chriſto, damnat. Ambitio & libido dominandi, non ſolum plagis mundi, ſed etiam gregi & peculio Dei, quæ ſemper aliâs bellorum & malorum omnium cauſa extitit, utrum in aliquo homine, in præjudicium proximi, etiam Eccleſiæ Chriſti, juſtificari bonâ conſcientia, ſpe ejus gratiæ, poſſit? Si hoc peccatum quod etiam in Paradiſo genus humanum perdidit, in aliquo ſubjecto, ut in Papa & quibuſdam primariis ejus filiis, invaleſcat, utrum ei omnes ſervire, nulli reſiſtere debeant? Cumque jam prodeat, malum omnibus illaturum, & multi ei ſerviant, quidam tamen reſiſtant, qui horum meliores ſunt? Qui reſiſtunt, illicò ne rebelles ſunt? Vtrum fidei & conſcientiis Chriſtianorum aliquis Dei ſervus dominari poſſit, aut hoc præſumere debeat? Vtrum Prophetæ, Chriſtus, Apoſtoli, Gentes externa vi, dominio, bellis, exiliis, armis & vaſtationibus ad fidem ſeu religionem adegerint? Quod non fecerunt illi, utrum nunc*

Quæſtiones Neutralibus & Bohemorũ ac Palatinorum condemnatoribus feriò expendendæ.

Digitized by Google

aliquis facere debeat? Decetne ab agnita veritate & ſalvifica fide, ac luce Euangelii recedere, & Papiſticos errores, eorum de ſalute dubitationem, & tenebras, nugaſque meras amplecti? Eſtne conſultum ac tutum, abjecto Dei Verbo, & inſtitutione Chriſti, ac diligenti conſcientiæ curâ, totum ſe doctrinis, placitis & traditionibus Papiſtarum Antichriſtianiſmi accuſatorum, & nunquam ſatis purgatorum, ſervili carbonaria fide, mancipare? Sitne Magiſtratus Chriſtiani & alicujus Eccleſiaſtici, ſine aperta Lege & Verbo Dei, aliquid contra Legem & ipſum Dei Verbum in Religione præcipere, ad illudque obſervandum, & Verbum Dei è diametro non curandum, Chriſtianos cogere? Cùm Ferdinandus ſecundus in occupatis Provinciis hoc totis viribus agat, Euangelicam Religionem cum ſcrutatione Scripturarum abjicere, Papiſticam ſuſcipere jubeat, eoque ipſo plurima contra Deum & notum ipſius Verbum mandet, ei ne potius quam Deo, ſubjecti obedire debent? Qui Deo quod Dei eſt, & Cæſari quod Cæſaris ſit omnino dant, & in caſu contradictionis Deo potiùs quam hominibus parere æquum ſtatuunt, illi ne rebelles cenſeri merentur? Num non Cæſar ſicuti tota Eccleſia, Legi Dei, & Legibus ac Statutis Imperii & Rex Regni ſubjectus & alligatus eſt, ut non ex affectibus & libitu, ſed ſecundum Leges & Statuta gubernet? Si contra agat, num omnes eum ſequi, ei adulari, nulli monere, utque in viam redeatur & legitimè res adminiſtretur, ſervire, tenentur? Num Magiſtratui liceat jura regnorum, privilegia ſubjectorum, pacta publica, juramenta propria, violare, & tranquillitatem publicam ſalutemque Reipublicæ, privata affectione, vel extranei Dynaſtæ inſtigatione, turbare? Si faciat, vimque minetur & adhibeat Princeps, annon ſubordinatus Magiſtratus, quales ſunt, Electores & Principes Imperii, Senatus liberarum rerum publicarum, & urbium in Germania, liberi Status vel Ordines Regni, Defenſores Præfecti & Conſiliarii in Bohemia, debent intercedere, vimque ſuperioris iniquam condecente vi repellere? Eſtne aliquis Magiſtratus, Rex aut Cæſar, ita abſolutus, ut nec Deum, nec Leges, nec ſubjectorum conditiones, & privilegia reſpicere debeat? Quod ſi alicubi jure hæreditatis, quadantenùs abſolutus eſſe dicatur, annon diſtinguendus ab eo, qui jure electionis, conditionibus certis aſtrictus eſt? Vtrum pacta, ſanctiones & Magiſtratuum electiones, non obſervatis ſed violatis conditionibus communi conſenſu receptis, firmatis, ab alterutra parte inquam violatis, in ſuo eſſe permanent, & pars innocens cum oppreſſione ſua, rata habere teneatur? Num non decet omnes conſervandæ Patriæ, libertatibus, ſaluti Reipublicæ, maximè Religioni Euangelicæ ſalvificæ attendere, & ſi quis quocunque prætextu, cuni-

Quæſtiones expendendæ & decidendæ potiùs quam cauſa Bohemorum cõdemnanda.

Decidendæ verò nõ ab eo cui Saxonica pax ea omnia permittit, ſed à juſtis competentibus judicibus.

cuniculis, vel nomine Magiſtratus, his ſubruendis nobiſque eripiendis inhiet inſidietur & immineat, ei reſiſtere? Qui hîc officium faceret, illene rebellionis condemnari poſſit? Qui vero ſubordinati Magiſtratus & Ordines ex vi Privilegiorum ſuorum, jure libertatis avitæ, & conſuetudinis approbatæ hîc agerent, quod ſuperiori Magiſtratui, qui inter conditiones ſuæ electionis & conſtitutionis, privilegia illa ſarta tecta tueri promiſit, juramentoque confirmavit, & tamen juramenti religionem, conditionum æquitatem & fidem non ſervat, contrarium eſſet, an illi Rebelles nominari, & à quibuſvis temere condemnari poſſent? Si in defenſione ſua vi & fraudibus adverſariorum obruantur & opprimantur, indeque malum quod inhibere boni voluerunt, etiam ad vicinos extendatur, num eos irridere, probris afficere, & mali cauſam ac culpam in eos conjicere, dignum & juſtum? Porrò: *Cùm Deus jam non tam extraordinariè quam ordinariè populum ſuum Eccleſiamque conſervet, eique, præter Doctores, etiam Defenſores, Magiſtratus, Principes, Reges, & Nutricios, conſtituat & det, nonne licet talibus, Religionem veram, adeoque Eccleſiam, contra invaſores, & vim bellicam, hoſtilem, etiam armis propugnare, ac defendere? Num meliùs per ignaviam aut ſuperſtitionem inſtar Iudæorum illorum, 1. Machab. 2. verſ. 36. quorum factum deploravit & reprobavit Matthias, illam & ſemetipſos libidini hoſtium permittere? Ex quo fundamento, Pontificii, arma ſumenda, bellaque gerenda, etiam Religionis ergò (quanquam in voce Religionis ſuæ fallantur) ſtatuunt? Vtri potiùs culpandi, qui licita naturali & neceſſaria defenſione utuntur, an qui ſchiſmatis apoſtaſiaque ſuæ ab inſtitutione Chriſti amplianda cauſa, Chriſtianos ſine juſta cauſa, armis invadere, belliſque delere, aut libidini ſuæ ſubjugare conſueverunt? An ſine libertate & privilegiis, aliqua hominum ſocietas, Regnum aut Reſpublica dici mereatur, cùm non niſi mancipiis conſtet, ac libitu unius, ex legis vexetur? An libertatum & privilegiorum generi humano neceſſariorum, oſores & everſores, ad gubernacula adhibendi, laudandi, & precibus aliiſque rationibus adjuvandi ſint? An non qui Regis à Deo ſuper Eccleſiam conſtituti, legi & inſtitutioni adverſantur, neve uſquam obſervetur, bellis atrociſſimis obtinere nituntur, ipſi rebelles maneant? Qui Chriſtianos legi & inſtitutioni Chriſti adhærentes orthodoxos, & optimos quoſque Euangelicos, paſſim Hæreticos vel Calviniſtas, appellant, eoq; prætextu extirpandos cenſentes, jam bellis aggrediuntur, utrũ veritatem loquantur, & rectè agant? Qui talibus, licet aliud prætendentibus, reſiſtunt, illi ne rebelles erunt? Si qui Sancti contra Beſtiam pugnantes, vincantur & occidantur ac jaceant, num à nobis ridendi & cõdemnandi, an potiùs plorandi & ſublevandi fuerint?*

Si

Si aliquam multi boni & honeſti, integritatem & juſtitiam cauſa ſua adverſus ambitioſos invaſores & oppreſſores ſuos, argumentis, experientia, documentis, conſuetudinis vigore oſtendant, & tandem ſanguine morteque conſtantiſſimè obſignent, num aliqua major probatio dari poßit, aut adhuc dubitari debeat? Si, quod jam Bohemis contigit, olim & nobis eveniat; num quæcunque voluerimus ut nobis faciant homines, & nos illis facimus, & quod nobis nolimus, alteri non facimus?

Sectio XXVI.

IN his & ſimilibus quæſtionibus Rhodus & nodus. hic ſaltent, inſultent, at ſolvant Neutrales, & qui Bohemos ſannis ac calumniis obruunt, Adverſarios & oppreſſores ipſorum excuſant ac magnificant. Hic certè ſumma Cauſarum hujus belli, & cardo rei vertitur, & juſtitia alterutrius partis cernitur ac deprehenditur.

Summa Cauſarum: Pontificii, in primis Auſtriaci, Ligiſtæ, quia de ſua ambitione, iniqua prætenſione, & conſueta crudelitate nihil uſquam remittere volunt, ſed & peccata hæc, quibus ſemper turbata everſa regna, ſummas virtutes eſſe ducunt: Bohemi cum Palatinis & reliquiæ utrorumque cum aliis circumſpectis, Veritatem Euangelicam, Libertatem Patriæ, juſtas cauſas, & oppreſſos inſontes, planè derelinquere non poſſunt, quin adhæc defendenda & vindicanda ſe non fruſtra media, licet infirma, à Deo accepiſſe judicant: Ideo bellum conflatum, malitia Papiſtarum, neceſſitate preſſorum, vecordia neutralium fovetur & continuatur, ut boni explorentur, mali completâ ſcelerum menſurâ puniantur, & neutrales alterutris in prædam cedant. Papiſtæ Hiſpani & Auſtriaci, ſi, Deo, Veritati Euangelicæ, & Chriſtianis Liberis, bellum non inferrent, ſuper omnes ubique dominium non affectarent, ſed vicinos & ſubjectos liberâ conſcientia, privilegiis avitis, & facultatibus propriis tranquillè frui, gaudereque ſinerent, ac ſua quoque ſorte contenti eſſent, omnino pax fieret. Verùm cùm in contrarium ferantur, & ſpiritu irrequieto agantur, belli tanti & vaſtationum, ſcelerum, & calamitatum omnium rei habentur.

Recapitulatio. Atque hæc eſt ratio & hiſtoria excitati hujus belli pernicioſiſſimi ac truculentiſſimi, longè verior, candidior & ſolidior, quam ut inanibus ac fallacibus Jeſuitarum commentationibus, Ligiſtarum prætenſionibus, hoſtium contradictionibus, neutralium dubitationibus,

nibus,

Digitized by Google

nibus, hæſitationibus, & adulatorum præſtigiis, everti vel convinci & obſcurari queat, aut debeat. Hic Cauſæ longè probabiliores ac magis propriè, quam ut Caſpar Londorpius ſuis decem libris oſtendere, aut vulgus capere poſſit, nugator. Quod varia ſcripta Apologetica, Bohemorum, Palatinorum, & aliorum, *Deductiones*, *Evidentia Cauſarum*, *Deplorationes pacis, &c.* cum experientia ipſa, de die in diem magis exponunt, enucleant atque confirmant. Directores & Proceres Bohemi, qui in executione Pragenſi, horrendis ſuppliciis affecti ſunt, cùm jam ſententiæ in eos latæ eſſent, & illi jam ad mortem certam ſeſe diſponerent, mirabili Dei Providentia evenit, ut Miniſtri Eccleſiæ, qui ad ultimum ipſis admiſſi fuerunt miniſterium, cumque ſeria diſpoſitione conſcientiæ peragendum ſacrum officium, inter alia ſolennia etiam in ſpecie omnes & ſingulos, interrogârint: *utrum in corde & conſcientia certi ſint, ſe in ſuſcepta illa defenſione, & tota actione cum Auſtriacis, non rebelles aut injurioſos fuiſſe, adeòque etiam ad Tribunal Ieſu Chriſti hac cauſa, tutò proficiſci poſſe; an verò, aliquatenus à ſe peccatum eſſe agnoſcant, & ſentiant, adeòque culpam hujus belli, & malorum tantorum ſuſtineant?* Quod omnino jam in extrêmis hîc fateri, & coram Deo veniam ejus petere, abſolutionemque in Judicio Divino quærere neceſſe ſit, cùm judicio humano adverſo jam condemnentur? *ibi omnes & ſinguli arrectis & experrectis animis & conſcientiis, reſponderunt: in hoc negotio conſcientias ſuas à peccato & culpa, immunes eſſe, rebellionem & cauſas belli malorumque ſequentium nullâ juſtitia ſibi transſcribi poſſe: omnia legitimè integerrimè vi Privilegiorum ſuorum, & Libertatis publicæ, acta eſſe.* Quod etiam conſtanti & hilari vultu, ad miraculum uſque omnibus, & ipſis hoſtibus, ſanguine & heroica morte, omnes obſignarunt, & confirmarunt, adeoque juſtitiam ſuæ cauſæ ita probarunt, ut jam major & amplior probatio requiri nequeat. Inter quos unus etiam Pontificius, Baro Czernin, fortiter mortem oppetiit, potiùs quam de libertate Patriæ & integritate Privilegiorum tantillum adimi, aut legitimam Defenſionem, Rebellionem dici pateretur. Omnes illi Directores, & Proceres ibi mortem oppetentes, numero viginti ſeptem, non erant homines nauci vel latrones, quibus derogari poſſit fides, ſed Comites, Barones, Nobiles, & viri graves, veritatis & conſcientiæ obſervantiſſimi, nationis Primores & Optimates, quales aliæ nationes & Regna poſſunt habere Proceres ac Primicerios,

Bohemi Directores juſtitiam ſuæ cauſæ ſanguine & morte crudeliſſima in executione Pragenſi obſignarũt.

Digitized by Google

cerios, quibus utique fides habenda. Pilati conſcientia, Chriſtum licet accuſarent Pontifices, condemnare abhorrebat, nullam inveniens in eo noxam: Nero Chriſtianos mactare veritus erat, antequam eorum aliquos exquiſitiſſimis cruciatibus ac tormentis adigeret eò, ut ex dolore & timore ſuppliciorum fortè graviorum, incendii Romæ reos ſe faterentur: & quotusquiſque Judex æquus prudens, aliquem morti tradit, qui non fateatur ſed neget ſe eſſe criminis, cujus inſimulatur, reum? At *his Bohemorum condemnatoribus, nec conſcientiæ, nec æquitatis, nec reatus, ulla ratio, modo morte afficiantur illi quos iniquè oderunt, & deletos volunt, non habentes confitentem reum.* Germani quoque multi hic nimis facundi, de martyribus iſtis plerunque contemptim loquuntur, & ſcribunt; at his meliores nec habent, nec ſunt, ipſi, participes Tyrannidis tantæ! Circa bella Huſſitica non ſolum contemptim malèque de Bohemis Euangelicis locuti ſunt, & ſcripſerunt, ſed etiam omnes vires ad comburendos & debellandos eos impenderunt; At poſt centum annos demùm, evigilârunt, apertiſque oculis aliud viderunt, & quaſi in caſtra eorum tranſeuntes optimi quidam, inter quos *Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Georgius Princeps Anhaltinus, Tomo Scriptorum ſuorum*, Fol. 500, ſcripſerunt: *Bohemi homines honeſti & pii, iniquè damnati ſunt.* Et alius ſcribaciſſimus: *Germania tum in premendis Bohemis erat pediſequa magnæ Meretricis.* Forſan olim de præſenti bello, & rebus ita geſtis idem dicturi & ſcripturi. ah cui comparanda natio! Jamque hic Plato quieſcere jubet. Hæc Hiſtoricè dicta ſunto. Hactenus Prima Pars.

Sequuntur Cauſæ numeris diſtinctæ.

SE-

SECUNDA PARS
CONSIDERATIONIS
Cauſarum hujus Belli.

VBI

Ex ſerie Hiſtorica procedentes cauſæ numeris certis ſpeciatim diſtinguuntur, & expenduntur: adeòque prouti cuique quas inſpicere vel conſiderare libuerit, ordine indifferenti proponuntur.

1. *PEccatum in genere, à quo ſi quis eſt immunis, in alios lapides & culpas conjiciat.* Pag. 1
2. *Apoſtaſia & defectio Romani Præſulis, à recta fide & ſimplicitate Eccleſiæ Chriſtianæ primitivæ. quâ ſequaces, Deum dereliquerunt, & vanitatem ſequuntur.* Pag. 1
3. *Polypragmoſyne Papæ, quâ ſeſe omnibus mundanis immiſcet, & omnia turbat.* Pag. 5
4. *Ambitio Pontificis iſtius, qualis ſemper bellorum & malorum cauſa fuit, etiam in aliis.* Pag. 7
5. *Impudentia, veluti Meretricia frons Papæ, quâ illum nullius pudet.* Pag. 11
6. *Vindictæ cupiditas & malitia iſtius Flaminis ſævientis in Chriſtianos, quod ipſum arguant vel detegant. ubi Hiſtoriæ, belli ſacri, Friderici Barbaroſſæ & aliorum à Papis vexatorum referuntur.* Pag. 20
7. *Ieſuiticæ Sectæ in Chriſtianitatem introductio, ubi quædam proprietates & actiones eorum notantur.* Pag. 34
8. *Violenta & fraudulenta Concilii Tridentini executio, & ſecre-*

Digitized by Google

ſecretiora clandeſtina Decreta. ubi proceſſus Papiſtarum obſervatur. Pag. 41

9. Hiſpanorum & Auſtriacorum diſpoſitio, qua ſibi Dominium orbis vendicant. ubi conſpirationis & fœderis eorum exemplar. Pag. 46

10. Saxonis indiſpoſitio & ſeductio à Mogúntino, indeque res geſtæ vix laudabiles, imo belli irritamenta. Pag. 56

11. Fidei, Pactorumque violatio, ubi Literæ Majeſtatis integerrimè ponuntur & expenduntur, cum circumſtantiis aliis. Pag. 64

12. Bohemorum oppreſſio, ubi eorum maxima duo Privilegia producuntur & aſſeruntur, nempe 1. Liberum Religionis Chriſtianæ exercitium. 2. Libera Electio Regis, quæ dum hiſce annis exinaniantur, omnino inde bella orta continuantur. Pag. 105

13. Evangelicorum multorum hypocriſis, ſecuritas, & veræ pietatis, prudentiæ ac diſciplinæ omiſſio. Pag. 105

14. Diſſenſio & diſcordia Theologorum quorundam minùs regeneratorum, à ſpirituq; manſuetudinis alienorum. Pag. 140

15. Politicorum quorundā incuria & tergiverſatio. P. 164

16. Papicolarum in communi, malitia, tyrannis & perverſus zelus, ac ſenſus. Pag. 173

17. Frequens multorum ab agnita veritate Evangelica Apoſtaſia, dubitatio de Providentia Dei, & primæ charitatis omiſſio. Pag. 194.

Quis obtundat,
Voces ſanguinum ab ipſa humo clamantium!

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIONIS CAUSARUM HUJUS BELLI.

SECUNDA PARS.

NUNC, bono cum Deo, ad Secundam Partem accedens, majoris evidentiæ gratia, cauſas tanti belli etiam numeris diſtinguam, veluti methodo quadam remotiores & propinquiores ordine certo oſtendam: Theologi, Legales, & Euangelicas, prolixiùs perſequantur. Ego ſummæ & experientiæ rerum inſiſtam:

Prima igitur *Cauſa*, omnium conſenſu, deprehenditur eſſe, *Peccatum Satanæ & Hominis*, reliquorum peccatorum & malorum omnium radix, & baſis. Hoc enim commiſſo, juſtitia divina, poſuit inimicitias, inter Serpentem & Servatorem, inter ſemen hujus & illius, quæ dum geruntur, miſeri peccatores invicem puniuntur. Ex hoc fonte manat, iniquum odium Satanæ & Antichriſti, adverſus Chriſtum & Eccleſiam ejus, manetque communis origo, & fomes omnium diſſidiorum, hoſtilitatum, & bellorum in mundo, maximè in Eccleſia. Diabolus & Antichriſtus, nullam habet juſtam cauſam, cur Chriſtum & Eccleſiam ejus odio belliſque perſequatur: tamen, quia malus eſt, & peccati ſui hunc fructum fert, non poteſt non hoſtiliter agere: & licet indefeſſo ſtudio agat, tamen Draco etiam Beſtiæ Antichriſto, potentiam ſuam communicavit, & tradidit, qua adverſus Sanctos pugnaret: id ſi unquam antea factum, certè hoc etiam bello fit. Homo niſi Diabolo aſſentiens peccaſſet, ejus malitiæ & hoſtilitati minimè obnoxius eſſet, ideò ſecundum Scripturam rectè fatemur omnes, peccata noſtra horum malorum eſſe cauſam & hæc omnia fieri propter peccata, in genere. Verùm ut propiùs accedam, etiam in ſpecie quædam enormia peccata, de primis orta, fluentiaque cauſas bellorum tantorum eſſe, probatur.

I. *Cauſa diabolus atque peccatum ejus & hominis.*

II. *Apoſtaſia Romani Papatus.*

Secunda ergò *Cauſa* tanti mali, ac belli truculenti, eſt *Apoſtaſia* ſeu

ſeu defectio illa Catholica, *Romani Epiſcopi & aſſeclarum ejus à recta fide & ſimplicitate quæ eſt in Chriſto*, *& à veſtigiis Eccleſiæ Primitivæ*, *tranſitioque ad errores & mores Phariſaicos, Idololatricos & Hæreticos*, *adeòque ſucceſſiva Tranſſubſtantiatio in ipſiſſimam Antichriſti formam.* qua ille, qui in majoribus ſuis primitivis illis Epiſcopis Romanis, veluti ſtella in Cælo Eccleſiæ inter reliquos Epiſcopos, tanquam inter ſidera dexteritate fidei & vitæ Chriſtianæ, coruſcabat, cœleſtiaque curabat, tandem ſucceſſu temporum ab illo ſtatu, ad alium, ad curam & amorem terreſtrium principatuum & voluptatum delabebatur, ut Socrates ſub Theodoſio juniore jam circa annum Domini 424 ſcripſerit: *Romanum Epiſcopatum ultra Sacerdotium ad principatum provehi cœpiſſe*, donec in Bonifacio III, Anno Domini 606, *titulum Univerſalis Sacerdotis*, quem Gregorius Magnus *Antichriſti præcurſorem* facit, & *Antichriſto exercitus Sacerdotum præpari ſcribit*, à Phoca paricida, acciperet, eaque ſucceſſivè elatione quaſi clave putei abyſſi, & poteſtate cœli & terræ, & inferorum ſibi arrogata, in Symbolumque ejus trifida Corona capiti aptata, puteum abyſſi, ſentinam ſordium infernalium, ut eſt in Apocalypſi, aperiret, fumoque ſeu fuliginoſa Theologia, & erroribus, Solem veritatis obſcuraret, unde varii greges Sacerdotum Monachorum tanquam Locuſtarum innumerabilium prodierunt. Super quos omnes ille Rex Apolliων perdenſque factus, in eo ſtatu ſedet, in quo eum vides. Qui etſi ſemetipſum proprioris laude, *Vicarium Chriſti*, *Sanctiſſimum Patrem*, *Epiſcopum Epiſcoporum*, *& Eccleſiam Catolicam ejuſque Caput*, vocet, tamen ſi eum, ejuſque gubernationem & ſatellites cum Chriſto ejuſque pura Eccleſia primitiva & Apoſtolis contuleris, nihil ei ſimile, ſed omnia contraria videris. Si Phariſæis, idololatris & hæreticis Epiſcopis Arianis comparaveris, harmoniam mireris: Si cum notis Antichriſti omnibus, compoſueris, non poteris ad dextram vel ſiniſtram deflectere, quin rem ipſam fatearis. Ubi vacaverit, *Illuſtriſſime*, Commentarium Paræi de hac ſtella Cœlo delapſa, & Rege Apollióne, inſpice Apoc. cap. 9. ut pateat: quàm inaniter Luthero tribuere conatur Bellarminus, quod hujus Romani, proprium eſt, quamque firmiter ei Romanam Eccleſiam errare non poſſe mentienti, opponantur exempla aberrationeſque Eccleſiæ Veteris Teſtamenti: *Quomodo effecta eſt meretrix urbs fidelis? pleniſſimam jure, in qua juſtitia pernoctabat, eam nunc homicidarum pleniſſimam*

nam eſſe! Iſai. 1. verſ. 21. *poſtquam* enim fictitia donatio Conſtantini publicata eſſet, *poſtquam* Primatus antea ſemper à Patribus repudiatus, & appellatio *UNIVERSALIS* Antichriſti prænuntia, teſte Gregorio Magno, ferè eodem cum regno Mahometico tempore, obtinuiſſet, *Epiſcopi Romani progredi*, majoremque ſubinde poteſtatem ſibi vendicare perrexerunt, & exiſtimationem ſuam titulorum acceſſione, auguſtiorem ſubinde reddere ſtuduerunt, ut videlicet *Hæredes & Succeſſores Petri Apoſtolorum Principis*, *& Vicarii Chriſti* dicerentur. Id quod Conſtantinus Barbatus in ſexta Synodo Univerſali Conſtantinopoli, contra Monotheletas congregata, ratum fecit Anno Domini 681. *Deinde* ſanciendi & condendi leges, non in Eccleſiaſticis tantùm, ſed civilibus etiam rebus poteſtas quærebatur, ad quam roborandam percommodè vel inventa, vel excogitata eſt, Divi Juſtiniani conſtitutio, quæ in Codice, H, de ſumma Trinitate ac fide Catolica legitur. Eam poteſtatem ſummam & plenam condendi leges, comitata & ſubſecuta fuit è veſtigio *licentia pro arbitrio & libidine jubendi ac imperandi*, imò ſimul vis ac potentia puniendi, non vulgares tantum homines, verum etiam Principes, Reges, terras totas & populos, ipſoſque Imperatores: *tandem diræ execrationes*, & anathematum fulmina in Imperatores, Reges, Principes, & totos populos ejaculata, unde bella ſæpenumero cruentiſſima ſecuta ſunt. *Potentiam viciſſim comitata fuit, effrenis licentia, impunitas & luxus pluſquam Perſicus aut Sybariticus*, adeò ut athei, magi, ſacrilegi, blaſphemi, lenones, ſcortatores, adulteri, inceſtuoſi Sodomitæ, proditores, ſeditioſi, venefici, parricidæ, Simoniaci, ſpurii, idque genus alia monſtra ſedem illam Petri ſanctam occuparint, Chriſtique Vicarios in his terris ſimularint, tantùm mutati à Chriſto Petroque, cœlo delapſi. Utque luxui & vitæ perditiſſimæ ſuppeterent opes & fomenta, *res eccleſiaſtica, & religio omnis in turpem quæſtum converſa eſt*, ut venalia omnia eſſent, argento & auro, ne quid unquam meretricio deeſſet nitori. *Quin ut firma & perpetua eſſet dominatio illa Pontiſico-Regia, novum quoque jus conditum eſt*, quod *Pontificium* vel *Canonicum* vocant, quo leges civiles reſtringuntur: cui divina etiam Prophetarum, & Apoſtolorum ſcripta ſubjicere non verentur Pontificiæ dominationis aſſeclæ, & Patroni. Jure enim divino aut politico nequaquam ſtare poſſet iſte Papatus, ergò proprium & diverſum ſibi jus condiderunt, ne autem Jure di-

Incrementa.

Digitized by Google

vino aut humano ullo coarguerentur aut caſtigarentur, *immunitatem à legibus exleges iſti quæſiverunt*, & per Joannem XXII, *Iuri Canonico extravagantes ſuos*, qui verè extra omnes juſtitiæ & pietatis metas vagantur, *adjecerunt*. quin etiam à Lege Divina recedentes, eam pro ſuo lubitu interpretandi, ei detrahendi, addendique jus & licentiam ſibi arrogarunt, eoque illam, à Deo, & vera Eccleſia, Apoſtaſiam, atque in Antichriſti formam, uti dixi, Tranſſubſtantiationem, abſolverunt, & perfecerunt. Quemadmodum ergò Satanas, poſt ſuam cum Angelis ſuis à Deo defectionem, irreconciliabilis & execrabilis Dei & Sanctorum ejus, hoſtis factus eſt: & *quilibet Apoſtata perſecutor eſt ſui ordinis*, eoque ſtatim hominem à Deo ſeduxit, & miſerum ſuæ poteſtatis fecit, eodemque inimicitiarum contra Deum traxit: ita jam Romanus ille Papatus, à Deo & Verbo ejus ad ſua placita prolapſus, non poteſt non eſſe, Dei & ſermonis gratiæ ipſius, atque Eccleſiæ Chriſti veræ, à qua defecit, hoſtis & perſecutor: qui omnes à Deo ad ſe pertrahere, totumque genus humanum ſibi ſubjugare, aut ſuæ poteſtatis facere, aut perſecutionibus ac bellis planè delere conatur & nititur. Imò quid jam non fecit! quos non à Dei partibus ad ſuas traditiones traxit! Orientales maximè Græcas ſub jugum ſuum mittere vel pellicere jam olim allaboravit, renuentes proditoria deſertione Turcarum libidini proſtituit: Occidentales Calice Novi Teſtamenti Chriſti, grandi ſacrilegio privans, maximam partem ſuis placitis & conſuetudinibus idololatricis mancipavit, ſecumque iræ Dei obnoxias reddidit, reliquias ei reſiſtentes, atrociſſimè perſequitur, libertate Chriſtiana exuere, ſub leges ſuas mittere, aut omnino de terra viventium excindere laborat. atque ita non ſolum ſicuti *Ieroboamus in Eccleſia veteri*, damnabile ſcandalum dedit, ut plures Vitulos quàm Deum colerent, plures traditionibus ſuis, quàm Inſtitutioni Chriſti, adhærerent, ſed etiam propriè effecit, ut bellum hoc circa hunc punctum, in Bohemia naſceretur, & in Germania continuaretur. Et hic ipſius conatus belli hujus propria cauſa eſt. Ut taceam quod quoties ita quidam à Deo & puro cultu ejus recedunt & idololatriam committunt, toties, iræ Dei, & bellorum cauſa ſibi & aliis exiſtunt. Cogita Iſraëlitarum à Deo defectiones, ſemper bellorum & excidiorum cauſas extitiſſe: & quid ejuſmodi defectio hodiè afferre queat? cùm tripliciter à Deo virgis bellorum cædi

Scelera.

merean-

Digitized by Google

mereantur; *primò*, dum ipſi Dei inſtitutionem contemnunt, ab eaque recedunt; *ſecundò*, dum alios eodem ſeducunt: *tertiò*, dum fideles & inſtitutioni Chriſti adhærentes, iniquè perſequuntur, triplici inſigni ſcelere: Et ſi verò multoties vincunt, multos ſubjugant, affligunt, quod permiſſione Dei fit, ut Euangelicorum, luxum, & alia peccata, qui & ipſi, non nihil à ſimplicitate in Chriſto, & ab obedientia Verbi Divini recedunt, expient ac perpurgent bella; tamen etiam ſine vulnere prorſus non evadunt, cæduntur, anguntur, & tandem, finalis ira Dei, maledictiones, & comminationes Legis ac Prophetarum omnes, ipſis à Deo deficientibus idololatris, cum æterna damnatione incumbunt, & in eos propriè quadrant.

Tertia Cauſa belli hujus eſt, *Peſtilentiſſima illa Polypragmoſyne Flaminis Romani & Complicum ejus, qua non contentus munere Eccleſiaſtico vel Epiſcopali, etiam Politicis, Polemicis & Iuridicis negotiis ſeſe immiſcet:* imò duplici eâque ſumma poteſtate, ſpirituali ſcilicet, ac ſeculari, ſemet oſtentat: & utrumque gladium, ſpiritualem & temporalem, ſeu materialem, & utramque juriſdictionem ſibi arrogat. In ordinato bello, *nemo qui militat, implicatur alienis vitæ negotiis, ut ei placeat à quo delectus eſt miles*, id omnino in Eccleſiaſticis requiritur; & qui Chriſtum ſequitur, ſinat ut mortui ſepeliant mortuos ſuos. At in Papatu omnia contra videas. Qualeſcunque conſultationes à Dynaſtis & Magiſtratu inſtituantur, ſive de Republica, ſive de hæreditatibus aut matrimoniis, ſive de bellis, ubique Papa vel ejus nuntii, Cardinales, Epiſcopi, Abbates, Monachi & Jeſuitæ, miſcentur & implicantur, adeò ut jam dudùm falsè vitium ſeu crimen hoc traductum ſit:

III. *Polypragmoſyne Romani Pontificis.*

Quicquid agit mundus, Monachus cupit eſſe ſecundus.

Nunc verò nequiſſimi volunt eſſe primi. Et ſi Reginas quaſdam, hiſce addictas, vetulas, conſideres, non incongruè dictum putâris:

Non audet Stygius Pluto tentare, quod audet
Effrenis Monachus plenaque fraudis anus.

In primis ille locuſtarum iſtarum Rex Abaddon ſibi poteſtatem ſumit, imo rapit, omnibus Provinciis & Regnis mundi Principes, Reges, & Magiſtratus conſtituendi, coronandi, approbandi & confirmandi; qui ipſi placent vel adddicti ſunt, iis Regna, hæreditates,

dividendi, ac diſtribuendi, alios verò qui ipſi non placeant, aut ſemetipſos non ſubjiciant, aut non per ſe aut aliquem è ſuo grege Epiſcopum inveſtiantur, ungantur, & coronentur, & approbentur, illegitimos pronunciandi, regnis ac poſſeſſionibus abdicandi, excommunicandi & proſcribendi. Qua ſacrilega audacia, ubique turbas, motus, bella, vaſtationes, excitat & ſeminat. adeò ut Attabaliba Rex Peru, ductu rationis, cùm ſua regna alii tradere præſumeret, *ipſum vel inſigniter fatuum vel injuſtum ac impudentem nebulonem vocarit, qui excuſſis veris poſſeſſoribus alienas terras peregrinis addicat, & in mutuas cædes mortale genus armet.* Chriſtus ne unicæ quidem hæreditati inter duos fratres partiendæ ſeſe interponere voluit; hic ut ſe à Chriſto alienum, imò ipſum Antichriſtum eſſe oſtendat, omnibus ubique ſuam autoritatem obtrudit. Clemens IX Anno 1598, Ducatum Ferrarienſem, alienam hæreditatem vero hæredi eripuit: Inter Regem Galliæ, & Ducem Sabaudiæ de Marchionatu Salucenſi, item inter Regem Galliæ & Regem Hiſpaniarum de urbe Cameraco, ſuam autoritatem interpoſuit, & cui cedere debeat, decidere decrevit. Et quibus non tractatibus per ſuos ſeſe non immiſcet? Quid non, etiam contra Dei Verbum, Diſpenſationibus ſuis temerè deſignat? Maximè cùm tenendum ſit: *Altiſſimum dominari Regnis mundi, & cui vult, ea donare*, hic Nebucadnetzare Babylonico ſtupidior, ac bellua major, nondum id novit, quo minus ſuarum partium id eſſe putet, aut ſe delirare concedat. Quin attende quomodo loquatur, in Hadriano apud Aventinum libr. 1. *Unde Cæſar habet Imperium niſi à Nobis? Ex electione Principum ſuorum habet nomen Regis: ex conſecratione noſtra habet nomen Imperatoris, & Auguſti, & Cæſaris: Ergo per nos imperat. Imperator quod habet, totum habet à nobis. Ecce in poteſtate noſtra eſt Imperium, ut demus illud cui volumus:* Inde Adulatores ipſius ſcriptitant: *Papam poſſe transferre Imperium de gente in gentem; datam ipſi eſſe omnem poteſtatem in cœlo & in terra; per ipſum Reges regnare: ipſius eſſe Principes & Magiſtratus conſtituere;* & quis omnia percenſeat?

Approbat Imperium, firmat, deponit, & ungit.

Cardinales qui olim Romæ veſpillones erant, poſt annum Domini 1000, in Dominos & Principes evectando, affatur: *Eſtote Fratres mei, & Principes mundi.* Unde in hoc bello frequentiores ferè

ſunt

ſunt, Epiſcopi, Cardinales, Monachi, Jeſuitæ, politicis Principibus, & in omnibus magni momenti rebus, ac ſi nihil ſine iſtis expediri poſſit aut debeat. Ea Polypragmoſini Bohemos, gentem liberam & bellicoſam tam diu irritabat, donec ad hoc bellum pertraheret. Suam ipſis ſuperioritatem vel curam, per Archiepiſcopos ingerebat, Principes & Reges ſuæ farinæ obtrudebat, & illos ſolos legitimos, qui per aliquem miniſtrum ipſius inaugurare tur, cenſebat, Jeſuitas dono miſerat. Cùm Bohemi illi, nullam ſuperioritatem ejus ſuper ſe, & Regem ſuum agnoſcerent, & Jeſuitas proſcriberent, eos rebelles pronunciabat: Cùm, libertate Patriâ avitaque & vi privilegiorum ſuorum, ſibi Regem idoneum, Religioni Chriſtianæ non Papanæ addictum, eligerent, & conſtituerent; is actum hunc legitimum irritum facere, ſuæ Religionis Regem, liberæ nationi Dominum hæreditarium, ad ſua placita pronum imponere, laborans, omnino belli hujus autor extitit, eique præter munus Epiſcopi, hactenus, per Carapham, & alios Monachos, ſemper ſeſe immiſcuit.

Quarta Cauſa tanti hujus belli eſt, *procaciſſima Romani Pontificis ambitio.* qui cùm per illam à Lege Dei & Inſtitutione Chriſti, Apoſtaſiam, eò malorum ſeſe præcipitarit, ut ne tantillo quidem bono, & dono, Dei, ampliùs dignus ſit, nihilo minùs non tantum Polypragmon omnibus actionibus optimorum intereſſe cupit, ſed etiam ubique & ſuper omnia primas partes ſibi arrogat, & dominatum ambit: eoque fine tanquam verus ille *homo ſceleratus, filius perditionis Antichriſtus, efferens ſeſe omnia excelſa, quæ de Deo, de Chriſto, de Eccleſia, de Prophetis aut Apoſtolis, imò etiam de Magiſtratibus, Regibus, ac Dynaſtis, dicuntur in Scriptura, etiam de ſe prædicat, aut prædicari ſinit. Quod ſit Dominus, Deus, Chriſtus Domini, ſummus & maximus, qui locum Dei & Chriſti teneat, tanquam ejus Vicarius, cæleſte habens arbitrium. Quod ſit Princeps Epiſcoporum, Hæres Apoſtolorum, Sacerdos Sacerdotum, Pater Patrum, & Rex omnium Regum. Cui data ſit omnis poteſtas in cælo & in terra, & apud inferos: & poteſtas ejus ſit ſuprema, in qua non habeat parem. quod omnes dignitates mundi præcedat, & quemadmodum Sol dicatur pater omnium planetarum & Dominus, ita ille omnium dignitatum; ſicut aurum excedit plumbum, ſic dignitas hujus excedat Imperialem; quòd ſit Caput & Sponſus Eccleſiæ, Paſtor ſummus fidelium & infidelium, qui habeat idem cum Deo conſiſtorium, idem* IV. *Ambitio Romani.*

cum

cum Chriſto tribunal, in cujus manu ſint animæ hominum, & in ejus arbitrio conſiſtat Religio. Et quis omnes ejuſmodi blaſphemias enumeret? Imo quis credat, aut agnoſcat Romanum Papam, tam blaſphemum & elatum eſſe Antichriſtum, niſi penitiùs eorum Bullas & ſcripta Canoniſtarum ac Jeſuitarum perſcrutetur? in quibus hæc omnia & millies plura ſimilia, reperiuntur. Cùm itaque tot titulis ſuperbiat, illico ſibi Primatum in Eccleſia, & in omnibus, obedientiam ab omnibus, & ſubjectionem de neceſſitate ſalutis, à quovis deberi aſſeverat, & ſuper omnes non ſolum Eccleſias, & earum Paſtores ſe meliores, ſed etiam ſupra omnia Regna vel Imperia mundi, eorumque Monarchas ſe millies digniores, abſolutum dominium affectat, & appetit, tàm avidè & ſeriò, *ut ſi tentator aliquis Diabolus accederet, & oſtenſa ei omnia Regna mundi, & gloriam eorum, polliceretur, ſi proſtratus ſe adoraverit. quod Chriſtus repulit, hîc Antichriſtus alacer & ſine omni dubio faceret, imo jam fecit*, cùm aliquot Papæ ſe anima & corpore Diabolo devoverint, & ei ſummam obedientiam & fidelitatem promiſerint, ut beneficio ipſius ad Papalem dignitatem aſcenderent. Quod de Gregorio ſeptimo ſeu Hildebrando, Benno Cardinalis, & de Sylveſtro ſecundo, Platina cum aliis referunt. Id ſi dignitatis tantum Papalis cauſa fecerunt, in qua, contradictioni, invidiæ, & veneficiis aliorum obnoxii ſunt, quid non adipiſcendorum revera omnium mundi regnorum, in quibus tuto deliciarentur, gratia iſti facerent? Nam quicquid prætendant, ac jactent, ejuſmodi titulis, tamen ipſa ratio, natura & experientia, falſitatis eos convincit, cùm nunquam hactenus fides illis habita ſit in toto mundo: nec omnes Primatum vel Dominium ſuper ſe conceſſerunt: adhuc res in controverſo, & ſub judice lis eſt. Vellet quidem obtinere, talem dignitatem & elationem ſuam, eſſe à Deo, ideoque rectè eam affectare. Sed deficit in probatione, Scripturas, à ſpiritualibus & iis, quæ communia ſunt Eccleſiarum Paſtoribus, ad hæc ſecularia ſacrilegè torquet, & ſibi ſoli vendicat. Comminiſcitur autoritatem & donationes Imperatorum, quod ſe titulis, honoribus, & ditionibus iis provexerint & affecerint, ut Deus, ut Univerſalis, ut Primus, & Dominus Paſtorum habeatur. *At pleraque falſa cum inani gloria ſunt*: Dignitatem ampliorem nemo alii conferre poteſt quam ipſe habeat. Nullus Imperatorum tantum ſibi arrogavit, quantum Papa: nullus unquam in cœlo, in terra, apud

Digitized by Google

apud inferos omnem poteſtatem habuit: nullius erat in Regno Chriſti, talem Univerſalem, Patrem, aut Dominum, Maximum, ſuper Regale Sacerdotium & libertatem Chriſtianam conſtituere, *qualem ipſe Chriſtus reprobat, & qui ſeſe ita efferret, eum ad infima, ut ſit miniſter omnium, condemnat*, qualiſque etiam judice Epiſcopo Romano Gregorio Magno in elatione ſua Antichriſtum præcurrat. Et quâ prudentiâ Magiſtratus Chriſtiani, *Dii nuncupati* tale quid è ſubjectis ſuis, ſuper dignitatem ſuam eveherent? Deus & Chriſtus gloriam ſuam alteri non dabunt. quod ſi parricidæ aut improvidi quid delirent, nullum coram Deo & ſapientibus locum habet. Ficta donatio Conſtantini, præter confutationem à Laurentio Valla & doctiſſimis quibuſque, etiam ab adoratoribus iſtius monſtri evertitur, qui non donationem, ſed *reſtitutionem* eſſe ſcribunt, quia ſcilicet aliis prætenſionibus, omnia etiam non donata, aliorumque propria, Papæ debeantur. *Potius itaque à Satana*, talis eminentia, dignitas, & potentia, Scripturis contraria, eſſe deprehenditur, *quam à Deo.* quia Verbo Dei aperto non probatur, imo ſcriptum eſt: *Draco dedit ei potentiam & thronum ſuum & poteſtatem magnam.* Apoc. 13. verſ. 2. qui, cùm *nulla poteſtas legitima ſit niſi à Deo*, Rom. 13. verſ. 1. mendax ſibi arrogare, & iis, qui ſe adorent, illegitime offerre audet, ut decipiat, dicens: *Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & gloriam omnium regnorum terræ: nam mihi tradita eſt, & cuicunque voluero do eam*, Luc. 4. verſ. 6. Sic eſt, non legitima poteſtas, ſed ulcus poteſtatis, ac ſimulachrum habens autorem Diabolum, Tyrannis fraudulenta, quam Antichriſto applicat Apoſtolus, inquiens: *Adventus ejus in efficacia Satanæ cum omni potentia & cum omni fraude*, 2. Theſſal. 2. verſ. 9. Unde fideles firmiter colligunt, & martyriis obſignant, Romanum illum qui tantoperè ſeſe effert, exiſtere Antichriſtum. Nihilominùs tamen ille pergit, & Primatum ac dignitatem ejuſmodi ſibi vendicat, anhelat, adeò impotenter, ut quemadmodum omnes ambitioſi Prælati, Dynaſtæ, Reges & populi, ſemper turbarum, ſeditionum, bellorum & vaſtationum autores extiterunt, ita ille per ſuos ſatellites, omnium bellorum cauſa exiſtat. Nam quod de bello illo ſacro magno, quo vires Chriſtianorum maximè attritæ fuerunt, quo Saracenos exſtirpare, & prætextu recuperandæ Hieroſolymæ, eorum Regna ſuæ poteſtatis facere, aut certè, quotquot Illuſtres familiæ Chriſtianæ belligerando debilitatæ vel

Ambitionis Papalis effecta.

 excifæ

Digitized by Google

excisæ eſſent, earum ditiones invadere voluerunt Flamines illi Babyloniæ, inprimis Urbanus Turbanus ſecundus, ſcribitur: Idem de hoc bello quo Hæreticos ut loquuntur extirpatos, & eorum ditiones ſibi ſuiſque ſubjugatas cupiunt, merito ſcribi poterit. De illo ſcilicet *bello ſacro*, ita nervoſè Electores Principes & Ordines Imperii, in Gravaminibus & recuſatione Concilii Tridentini, Cauſa 10, ex aliis & experientia repetunt: *Pontificum Romanorum Concilia, non tantum diſſidia, diſcordias, bella & lanienas auxiſſe, vel magnorum malorum, motuum, turbarum, ſeditionum, cædium horrendarum, ac bellorum cruentiſſimorum occaſiones & cauſas præbuiſſe, ſed ipſos Pontifices & Epiſcopos, Conciliorum prætextu, ſui quidem Dominatus confirmationem & amplificationem, Imperatorum autem & Principum, omniumque politicorum Gubernatorum oppreſſionem, perpetuamque ſervitutem quæſiviſſe, plurimis omnium temporum exemplis oſtenditur: Vrbanus ejus nominis ſecundus, quam dirum incendium belli conflavit Concilio Claremonti habito? quo Principes Chriſtianos, ad arma contra Saracenos concitavit, recuperandæ Hieroſolymæ prætextu, ut ille interim graſſari domi poſſet commodiùs: quod bellum, à recentioribus* SACRUM *fuit appellatum.* Ex quo tantum poſtea extitit, mutuarum cædium, inter ipſos etiam Chriſtianos, ut ſcribat Urſpergenſis Hiſtoricus: *Ipſum Templum Hieroſolymitanum, cæſorum corporibus undiquè fuiſſe repletum, & in ſanguine miſerorum hominum, ad genua uſque conſtitiſſe adverſas acies.* Neque illud ſatis ad crudelitatem fuit impiis Pontificibus, quin & omnium nationum, atque provinciarum populos, his bellis implicarent, excitatoſque inter ſe committerent, mutuis cædibus & lanienis, quæ inde uſque jam annis ducentis durant, & orbem Chriſtianum perperpetuis diſcordiarum fluctibus agitant, atque concutiunt. Quemadmodùm graviter etiam Aventinus lib. 5. annalium de illis temporibus, annotavit: *Plerique omnes boni, aperti, juſti, ingenui, ſimplices, tum Imperium Antichriſti cœpiſſe, quod ea quæ Chriſtus Servator noſter, tot annis ante nobis prædixit, eveniſſe eo tempore cernebant, memoriam literis prodidere: Orbis terrarum tunc à cardine bellorum procellis jactatus eſt: Genus humanum undique turbine armorum involutum eſt: Orientales atque Occidentales inter ſe armis concurrerunt: Normanni, Galli, Germani, Saxones, Vngari, Itali, Britanni, Chriſtiani occidentales, domeſticis diſſidiis, civilibuſque armis attriti ſunt. Græci, Armenii, Turcæ & Arabes, Hiſpani & Saraceni, Aſiatici & Aphricani, infeſtis inter ſe concurrere ſignis, Hieroſolyma*

Digitized by Google

ſolyma bis capta, bis expugnata eſt: prodigia apparuêre, cœlum frequenter ardere viſum: Sol atque Luna crebrò præter ſolitum defecêre, complures ſtellæ de cœlo cadere viſæ ſunt: Igneæ acies, turmæ equitum, peditum cohortes, civitates, enſes, arma cruenta, in cœlo viſa invicem conflixere. Hæc illi de illo. de hocce alii cum tempore copioſiùs. Similia multa apparent. Sed deteriora videbuntur: quia ibi Saracenorum Atheorum repreſſio quærebatur, hic Chriſtianorum, ſub prætextu nefario Hęreticorum, extirpatio intenditur. Ibi repreſſi quadantenus Saracenis Chriſtiani in mutuas cædes immaniter concitati ſunt. Hic nullum dubium eſt, quin *ubi Chriſtiani ſatis afflicti & probati fuerint, Papicolæ in mutuas cædes & clades, bellis inteſtinis, ruituri ſint.* Quot ibi gentes, tot hic jam concurrunt: quæ ibi ſigna de cœlis, eadem hic, ſed multo plura videbuntur. Sicut enim tum in Saracenos, *ita jam in bonos Bohemos iniquiſsimè omnes concitantur*: & non tantum Bohemorum quaſi Hæreticorum Romanæ libidini ſubjugatio, vel excidium, ſed etiam libertatis Germanicæ, totius Imperii, & omnium Euangelicorum oppreſſio, affectatur. Nec ceſſabit Antichriſtiana ambitio, nec deerit Veritati & Juſtitiæ defenſio. Proinde non poteſt non bellum horridum cum accidentibus ſuis, eâ cauſâ continuari.

Quinta Cauſa tanti belli, eſt *meretricia frons & ſumma quadam impudentia Papæ*, qui cùm jam agnitus, detectus & convictus ſit, in ſua Apoſtaſia, Polypragmoſyni & ambitione improba, aliiſque erroribus, & flagitiis Antichriſtus; adeoque confuſus pœnitentiam agere, in angulo deliteſcere, verorumque Chriſtianorum conſpectum devitare debeat; tamen nihilominùs, ac ſi nihil erret, nihil peccet, in publicum prodire, ſe pro ſanctiſſimo Patre, pro Vice-Deo, pro Vicario Chriſti, pro Apoſtolo Petro, pro Eccleſia Catholica, pro Religione ſola ſalvifica, & pro optimo ſummo omnium Paſtore, cum ſuis Aſſeclis venditare, ſuumque Primatum urgere non veretur. *Chriſtus & Apoſtoli talem ambitionem, Primatum & Dominium ſupra gregem Dei, omnino ſupra omnes Imperatores manifeſtè reprobant, confutant, & damnant; hic ut ſe Chriſto contrarium eſſe, ultrò ipſemet oſtendat, illud omni conatu aſſerit, & ſibi vendicat.* In primitivis Eccleſiis, poſt Apoſtolorum tempora, ordinis & diſciplinæ cauſa, inque ſchiſmatis remedium conſtitutum fuit, ut inter civitatis aut Eccleſiæ Preſbyteros, unus ſemper eligeretur, & altiori ſede collocaretur, qui

V. *Impudẽtia & meretricia frons.*

Digitized by Google

Epiſcopus diceretur: Sed non in univerſa Chriſti per orbem Eccleſia, ſupra omnes ubique Paſtores. Et hoc ipſum Hieronymus, in Epiſtolam ad Titum Diaboli technis aſſignans, monet: *Sicut Presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei qui præeſt ſubjectos: ita Epiſcopi noverint, ſe magis ex conſuetudine quam Dominicæ inſtitutionis veritate Presbyteris eſſe majores, & in commune debere Eccleſiam regere.* Hi tales Epiſcopi utut ad tempora Conſtantini Magni in terminis modeſtiæ ſeſe continuerint: Tamen, ſub ejus Imperio quo plus libertatis adepti ſunt, eo plus ambitionis & dominii affectare cœperunt, adeo ut Euſebius lib. 8. Hiſt. Eccleſ. cap. 1. queratur: *Epiſcopos in Epiſcopos, repulſa pietatis normâ irruiſſe, hypocriſinque eò progreſſam eſſe, ut Eccleſiæ gloria conciderit.* Et quorundam ambitione in Concilio Nicæno, ſuperioritas & inſpectio Eccleſiarum latiùs diducta fuerit, Anno Chriſti 326, ita ut *Epiſcopo vel Patriarchæ Alexandrino Ægypti, Antiocheno Africa, Romano vicinarum in Italia Eccleſiarum, cura ceſſerit: Hieroſolymitano vero prærogativa integra reſervata ſit.* Quia autem Romana Eccleſia, propter dignitatem urbis, quæ caput erat Imperii Romani, & propter aliquot doctrina & pietate præſtantiores Epiſcopos, qui, dum Orientales, Græcæ, & Africanæ Eccleſiæ, multis inter ſe diſſenſionibus ſcinderentur, ac Hæreſibus vexarentur, doxarentur, doctrinæ ſemel traditæ, tranquillitatiſque communis præ omnibus tenaciores erant, magno ſemper in honore à Veteribus habita fuit, adeo ut aliæ Eccleſiæ, in primis Africanæ, conſilii autoritatiſque cauſa, ad eam confugerint; ex eo quidam Epiſcopi Romani, aliis, in primis Africanis, ambitioſè præferri voluerunt. Et Zoſimus, Bonifacius I, & Cæleſtinus I, miſſis Legatis, in Concilio Carthaginenſi, cui Auguſtinus interfuit, circa annum 420 petere auſi ſunt, *ut aliis Epiſcopis Romam provocare liceat, & ita autoritas aliqua in reliquos Epiſcopos ipſis cedat*, in primis Africanæ Eccleſiæ ſubjiciantur Romanæ. *quod ut obtinerent, magno dolo Canonem aliquem Concilii Nicani proferebant, quaſi jam tum ita ſtatutum fuerit. At Patres ejus Concilii* prudenter, ab Eccleſia Alexandrina & Conſtantinopolitana, vera Canonum Concilii Nicæni exemplaria petentes, & Originalia inſpicientes, *deprehendunt Romanum Epiſcopum, ambitione inflatum & excitatum in proferendis Canonibus Nicænis crimen falſi deſignaſſe: quare graviſſimè in eum invehuntur, apertèque mendacii ipſum arguunt.* Quod certè tam turpiter commiſit, & ſuam in citandis

Romani Papæ fraudes & convictio.

tandis

tandis autoritatibus fidem proſtituit, *ut nemo ipſi ampliùs credere teneatur, & niſi cum pura fide & innocentia vitæ, omnem pudorem exuiſſet, non ampliùs ex illa hora Primatum & Dominium ſupra meliores quæreret.* Verùm tanta ejus jam tum fuit impudentia, ut denuò in Concilio Milevitano, & alio Carthaginenſi, quibus iterum S. Auguſtinus interfuit, id ambire auſus ſit, donec plane decerneretur: *ne cuiquam vel Epiſcopo vel Sacerdoti ex Africa aut aliis provinciis Metropolitanos habentibus, ad Papam Romanum appellare liceat; ſi quis fecerit aut ad tranſmarinos provocarit, ei communione interdictum ſit.* Hic iterum erubeſcere, & autoritati Patrum cedere debuiſſet: *At ei tanta frons*, ut ſanctus Chryſoſtomus eo tempore queſtus ſit: *eam ſuâ memoriâ fuiſſe ambitioſam concertationem, ut Romani Epiſcopi primatus obtinendi cauſâ, templa ſanguine, cœnam Domini cædibus, conſpurcarint, integra denique oppida everterint.* Cùmque Leo Epiſcopus Romanus, alioqui non malus, **Cædes.** in Concilio Chalcedonenſi, poſt annum Chriſti 450, contenderet, *Primatum unum ſemper fuiſſe penes Eccleſiam Romanam*, tam parum obtinuit, ut Judices pronunciarint: *Primatum quidem & honorem præcipuum Romano Epiſcopo relinquendum, attamen & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Primatum nonnihil deferendum, quia & faſcibus Imperii urbs ea ornata & nova Roma dicta ſit. ubi non Romani placitum, ſed Concilii Decretum Patrocinio Imperatorio, permanſit.* Donec poſt annos ferè ducentos Anno Domini 606, Bonifacius tertius à Phoca Mauricii parricida titulum *VNIVERSALIS, & EPISCOPI EPISCOPORVM*, acciperet, per quem Caput Eccleſiæ eſſe, & Primatum ac Dominium in omnes obtinere voluit. Ideóque Phocam illum ſeditioſum & Imperatoris legitimi interfectorem, quovis ſupplicio dignum Mauricio ſubſtituit Imperatorem; ut haberet protectorem. Ea res etſi contra Chriſti & Apoſtolorum doctrinam, contra Primitivæ Eccleſiæ Patrum autoritatem, & contra prædeceſſorum conſuetudinem, geſta ſit: & tam indigna maneat, ut *eam Gregorius Magnus*, quoad titulum illum Univerſalis, in Joanne Conſtantinopolitano *condemnarit, profanam ſacrilegam & Antichriſtianam eſſe affirmarit, adeòque jam ſententia ipſius Epiſcopi Romani, ſi qua ejus autoritas, tanquam ore proprio, condemnata deprehendatur:* & à prudentioribus Romanis, Senatorii ordinis, Priſco, & Heraclio Ducibus, ſeveriſſima ultione, in Phoca punita ſciatur, **Phocæ pœna.** ita ut Phocæ comprehenſo, manus & pedes reſecari, pudibunda

 exſcindi,

Digitized by Google

exſcindi, mox caput amputari, & corpus totum in æneo bove torreri ac comburi, eumque cum omni ſtirpe ejus funditus extingui fecerint. & Sapienti ſat dictum: *quàm honeſtum ſit, à tali honores aliàs negatos, accipere, talemque Imperatoria Majeſtate dignum, cenſere!* tamen Romanos Epiſcopos etiam hujus rei depuduit, & non ceſſant ea gloriari, variiſque ficulneis eam palliare, imo omnibus quaſi rem ſanctam importuniſſimè, etiam armis, obtrudere. Multa doctrinæ capita, traditiones, & mores Paparum, cum Dei Verbo non convenire, ſed è diametro ei adverſari, millies milleni Veteres & Neoterici, Chriſtiani Doctores illuminatiſſimi, quibus mundus non habuit meliores, obſervarunt, monuerunt, coarguerunt, evicerunt, ſanguinibus & martyriis obſignarunt: *At ne ſalva res eſſe poſſit, illi non erubuerunt*, quin etiam ſe non poſſe errare, & ſanctiſſimos Patres manere, etiamſi contra Euangelium ſtatuant ac vivant, impudentiſſimè blaſphemant, & bonos monitores ſuos perſequuntur, adeo ut cum doctiſſimis Theologis, multi Imperatores, Reges, Principes, Eccleſiæ, Reſpublicæ & nationes religioſiſſimæ, agnoverint, & judicarint, imo etiamnum agnoſcant, ac confiteantur *illos tales, Antichriſtos eſſe:* At pluſquam meretricia frons Papæ, ne tantorum quidem conſpectum, & autoritatem veretur, ſed aliter ſibi blanditur, & omnes contradicentes illos armis invadere, ſuiſque placitis ſubigere, conatur. Omnes Eccleſias Chriſtianas, & earum Doctores ac Nutricios, quotquot ſuis traditionibus & moribus non adſtipulantur, etiamſi Chriſto & doctrinæ atque inſtitutioni ejus optimè adhæreant, hæreſeos inſimulat, & criminatur, cùm in æternum probare non poſſet, & ipſe hæreſibus venenatiſſimis ſcateat, *omneſque illas conſuetudines Chriſtianæ ſimplicitati contrarias, ab Ethnicis, Idololatris, Phariſæis, & Hæreticis habeat: in venditione ſpiritualium, & accuſatione Scripturarum, Simonianus Archonticus Bardeſaniſta: in oſtentatione Traditionum & Verbi non ſcripti, Marcioniſta, Carpocratianus, Encratita: in Imaginum uſu & cultu, Carpocratianus Gnoſticus: in adoratione & cultu Mariæ, Collyridianus: in veneratione crucis, Armenius: in Scripturarum inſufficientia, jejuniorum legibus, & purgatorio aſſerendo, Montanus: in aſſervatione reliquiarum, Sampſeus: in Baptiſmo mulierum, Marcion: in operum meritis, Catharus: in cœna ſub altera tantum ſpecie, Manichæus: in cælibatu, hæreticus Apoſtolicus: in dubitatione de remiſſione peccatorum & ſalute, Novatianus: in Tranſſubſtantiatione, Marcita:*

Romæ & in Papa hæreſium colluvies.

cita: in extrema unctione, Valentinianus: in Ceremoniis Moſaicis, Cerinthianus: in jejuniis delectu ciborum conditis, & nuptiis prohibitis, non concubitu, iterum Manichæus & Marcion: in alliganda Eccleſia Romæ, Donatiſta: in miraculorum patratione, Mirabiliarius: in tintinnabulorum uſu circa ſacra, Melitianus: in Horis Canonicis, Meſſalianus: in Franciſcanis & Cordigeris Monachis, Nudipedaliſta: in Invocatione Sanctorum, & Genitricis Dei miſcenda precibus, Gnapheanus: in Revelationibus jactatis, Priſcillianiſta: in Fratribus ignorantiæ, & Laicis Scripturæ ignaris, Gnoſimachus, Liberius Arianus, Anaſtaſius ſecundus, Patronus Eutichianorum, & Neſtorianorum Arii morte mortuus; Honorius Papa Monotheleta, cum Sergio anathemate ictus, Ioannes XXIII, Atheos & Diabolus incarnatus ſit. & quivis novas hæreſes cudat, & autoritatem Scripturæ eſſe ab autoritate Eccleſiæ, populo fideli non licere Biblia legere: non omne quod eſt contra Legem eſſe peccatum: Chriſti meritum non eſſe ſolam & totam cauſam meritoriam noſtræ ſalutis: oportere in Novo Teſt. præter Chriſti ſemel in cruce factam oblationem, eſſe adhuc Miſſaticam oblationem: Sacramenta eſſe debere ſeptem: tranſſubſtantiari & tranſcreari à Miſſificis panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti, imo in ipſum Chriſtum; aliaſque multas hæreticas blaſphemas opiniones teneat. ita ut Epiphanii verba Hæreſi 31, egregiè ipſis competant: *quod erroris Principes & Duces facti ſint, & occaſionibus à prioribus acceptis, poſt præceptores errorum additionem fecerint, & alias hæreſes induxerint ex prioribus dependentes, ſicque per ſucceſſionem ab Hæreticis deſcenderint.* I jam Pāpaſelle clama: Chriſtanos puros, eſſe Hæreticos, cùm ipſe ſis, & nullius te pudeat! quod Catalogus Teſtium Veritatis & Ponelus lib. 1. c. 24. de Antichriſto uberius docent. *quod Papa Romanus ſit Hæreticus.* Jactat, ſe non poſſe errare, & quaſi etiam non peccet, ſanctiſſimum manere. At totus à via Chriſti devius, homo peccati exiſtit, adeò, ut ipſi Papæ, Papas errorum condemnarint. in quo neceſſario hi vel illi errarunt. Sabinianus Papa Gregorii Magni ſcripta exuſſit, decreta reſcidit, & Tyrannidem exercuit. At alii ejus ſcripta laudant & ipſe, Gregorius Magnus, poſt mortem per viſionem eum erroris arguit, ſed non cedentem, in capite percuſſum occidit. ut Onufrius annotavit, Zacharias anno Domini 750, *Virgilium Epiſcopum Hæreſeos damnavit, eò quod ſtatueret antipodas.* Dicant Mathematici quis errarit? & rectè ne ille Monarcha totius mundi omnes habitatores orbis norit? Formoſi Papæ decreta abrogavit, & cadaver è ſepulchro extractum, ignominia

minia affecit Stephanus ſeptimus. Contra hunc cauſam Formoſi defendendam ſuſcepit Theodorus ſecundus, & Joannes decimus. Cùmque Romæ ab anno Domini 70 ad annum 314 fuerint, Paſtores ſimplices ſine mitris, in meſſe Domini, ad martyrium uſque laborantes, cur ab anno 314 ad annum 600, ſucceſſores, etſi nondum fuerint peſſimi, tamen à ſimplicitate piorum, majorumque degeneres, traditionibus ac decretis ſuis Antichriſto magno ſedem parantes, mitris extollebantur? priores an hi errarunt? ſi non: cur ſucceſſores ab anno 606 ad hunc uſque diem à Bonifacio tertio ad Urbanum uſque octavum, relicto eorum ſtatu & terminis, ſupra omnes aſcenderunt, *& ſecundum ſcriptores complures, in hoc Bonifacio Papæ nominari cœperunt, & reclamante Clero, atque aliis Italicis Epiſcopis, titulos, Vniverſalis, Princeps Sacerdotum, Epiſcopus Epiſcoporum, Caput Eccleſiæ, & cæteros ſuperbos aſſumpſerunt.* Quos priores illi maximè Gregorius, *titulos ſceleſtos, perverſos, ſuperbos, ſtultos, profanos & Antichriſtianos agnoverunt?* imo fidenter dixerunt: num errarunt? Cum iſtis titulis hi quatuor Regna execrabilia repræſentarunt, quæ non ſunt Eccleſia Chriſti. *Primò, Regnum Beſtiæ magnæ,* in quo primus ille Univerſalis Papa, ceu illa Beſtia Apocalyptica os aperiens, blaſphemè ac tyrannicè loquebatur, quod ſit ſupra omnes alios Epiſcoporum Princeps, Eccleſiæ Caput & Sponſus, Rex regum, cœli, terræ, inferorum Dominus, &c. & ut Platina refert: edicta ſua, cum quibus brevi expiravit, forma Tyrannorum claudebat: *Sic volumus & mandamus, ſtatuimus ac præcipimus.* quem ſucceſſores imitando, Beſtiæ quam Agno ſimiliores pluſquam per annos ducentos fuerunt. *Secundò, Regnum Meretricis magnæ,* in quo primus Joannes octavus, vel potius Joanna ſedens, Meretrix gravida facta, in proceſſione publica peperit, & turpitudine ac partus dolore una cum partu extincta, ibidem Romæ ſepulta fuit, Babylonicique ſcorti indicium protulit. Sequentes ordine circiter quinquaginta in omni libidinis ac turpitudinis genere vixerunt ad annum Domini 1000. *Tertiò, Regnum Draconis,* in quo primus Sylveſter II, Necromanticus, Diaboli Draconis mancipium erat, illius artibus ſedem illam conſcenderat, & ſucceſſores ſui ſimiles impoſtores Magos, Tyrannos, ac Turbones, circiter quadraginta, ad annum 1241 habebat. *Quartò, Regnum Locuſtarum,* in quo primus Innocentius quartus, quatuor mendicantium ordines recens natos, ſtabi-

Errores & Regna Paparum mala, Antichriſtiana.

Digitized by Google

ſtabilivit; & poſtmodum per annos jam ferè quadringentos, varii & multiformes Monachorum ordines, recens etiam Jeſuitæ, in illo Papatu, oriebantur, atque etiamnum protectione Paparum Abaddonum tuti multiplicati, agrum vineamque Domini, imo opes orbis, indigniſſimè depaſcuntur, ac fruges conſumunt, & homines miſeros vel dominiis & *expilationibus*, *extus*, vel *confeſſionibus* & abſolutionibus *auricularibus* nefariis, in conſcientiis *intus* cruciant. ſicuti Apoc. 9. verſ. 5, oſtenditur. Non rarò etiam talis Rex regum ſedit, ut omnia iſta regna ſub uno capite conſpicarentur, cùm Papatus non niſi elatione blaſphema & moribus Beſtiæ, unáque meretricio nitore, Sodomitico ſcelere, Diabolicis artibus, impoſturis, & populi cruciatione in morem Locuſtarum, inſignis eſſet. Maximè cum ſchiſmata inter ipſos Papas, duos aut tres, idem dignitatis faſtigium affectantes, trigeſies ferè excitarentur, & in perturbatione omnium, alius Papa alium Antichriſtianiſmi, ſeditionis, & variorum ſcelerum condemnarent: num errarunt? Si ita: ergò errare potuerunt. Si non errarunt: ergò condemnati illi Antichriſti fuerunt, & Antichriſtus eſſe poteſt in Papis Popis.

Flagitia Si cœlibatum iſtorum, in quo ſanctitatem more Ethnicorum Flaminum collocant, intuearis, & in principio ejus ſex millia capitum ſubmerſorum in una piſcina Romæ infantium, cum Gregorio primo inventa conſideraveris, ac tandem vi omnibus Clericis obtruſum, hactenuſque continuatum, expenderis, quid obſecro non in omnibus piſcinis, fontibus, fluminibus, & angulis ipſorum repereris? Si Sodomiam in Papatu, Lupanaria Romæ, & alibi, Monaſteriorum abdita, confeſſionis auricularis obſcænitates, & ſecularium Sacerdotum, imò Prælatorum, Canonicorum, & ipſorum Paparum Sergii, Landonis, Joannis XII, & XIII, præter Octavum illum, Benedicti VI, & XII, Chriſtophori I, Stephani VIII, Gregorii VI, & VII, aliorumque infinitorum, vitas & ſcelera, cogitare liceret, inſuperque multiplices idolomaniæ quæ ſpiritualis ſcortatio eſt, ſpecies, explicare placeret: omnia Sodomorum, Babyloniorum, & quod uſquam fuit idololatrarum, peſſimorum Dei hoſtium, & Diaboli cultorum impuriſſimorum, ſcelera, flagitia, peccata, quæ nec nominari debuiſſent in Chriſtianitate, & quæ animus attingere horret, apparerent, ipſaque Ethnicorum priſtinorum Romanis à Paulo exprobrata facinora damnabilia, quibus fædaban-

 daban-

Digitized by Google

dabantur invicem corpora ipſorum, cùm & fœminæ perverterent naturalem ſui uſum, & maſculi relicto naturali uſu fœminæ, exarderent libidine alius in alium, maſculi in maſculos fœda perpetrantes, quibus damnationem incurrebant, pene obſcurarent! adeò ut Franciſcus Petrarcha, & Michaël Ceſenas Generalis Minoritarum, jam ante trecentos annos Papalem illam Romanam Synagogam, ſcripſerint eſſe: *Meretricem illam Babylonicam magnam in Apocalypſi notatam*: Quid hodie dicerent ubi Papiſtæ trecentis annorum vicibus iterum deteriores ſunt, & jam omnes illuminati id agnoſcunt? imo etiam ſi moriendum ſit, aliter dicere non poſſunt. at *nec hujus ullum Papam pudet.*

Papiſtæ fateri coguntur ſua.

I pudor in villas Roma eſt jam tota Lupanar.

& teſte Petrarcha: *Schola errorum, Templum hæreſium, olim Roma, nunc Babylon, falſa & nequam.* Ipſe Papa Hadrianus ſextus circa annum Domini 1522 agnovit, & faſſus eſt *à Sacerdotibus populi iniquitatis originem ſcaturire, & jam à multis annis multa vitia Roma graſſari, & ab ipſo capite Pontificio malum in membra inferiora diffluere*: Cardinales tandem, Sadoletus, Contarenus, Polus & alii, Paulum tertium de emendatione commonentes, apertè fatentur: *Eccleſiam illam jam pridem graviſſimis & peſtiferis morbis laborare!* Cardinalis Montanus, Synodi Tridentinæ Præſes, locum Papæ tenens, fatetur, *in agro illo vepres & zizania luxorioſè ſuccreviſſe*: Ipſi Patres ejus Synodi innuunt *in Miſſa, quadam, avaritia irreverentia & ſuperſtitione inducta, eaq; tollenda eſſe.* Ipſe Pius V fatetur, *Miſſale officii beatæ Virginis refertum eſſe multis ſuperſtitionibus,* ideoque emendandum cenſuit. At corrigere omnia vel reformationem juſtam ſecundum apophthegma Imperatorium *à Majoritis* incipere nolunt, ne ſi in uno erraſſe vel peccaſſe illam Eccleſiam ita concedant, in reliquis etiam, quorum accuſantur, errare & peccare, ab Hæreticis ſcilicet convincantur, ut Hiſpanus ille in Concilio Tridentino maſculè conſulit. Quin imò omnibus ita comparatis, & quotidiè in pejus ruentibus, *Synagoga talis, pro una Eccleſia Catholica ſancta, non habente maculam aut rugam, Papaque pro ipſa ſanctitate nimirum Papali, & pro ſanctiſſimo, millepedali mendacio venditatur, ſine omni pudore*: Deo acclamatur, *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* & Chriſtus, *Sanctus verax, Sanctus Sanctorum, ac Pontifex Magnus* vocatur in Scripturis. at hic Romanus non niſi *Sanctiſſimus*

Digitized by Google

ctiſſimus & Pontifex Maximus vocari geſtit; eoque ſupra Deum & Chriſtum ſeſe efferens, omnino Antichriſtum, ac non Chriſti Vicarium, ſed *Archiflaminis Pagani, quem Pontificem maximum Romani vocabant*, ſucceſſorem ſe eſſe prodit. Nec ſalvat illum, ſi dicatur: Pontificem maximum vocari, non reſpectu Chriſti, ſed inferiorum Pontificum ſeu Epiſcoporum, ſupra quos ſit univerſalis. Nam quocunque reſpectu ſe Pontificem maximum dicat, manet, quod ſupra Chriſtum titulo ſuperbiat, dum ſupra Pontificem *magnum* ſe facit ſuperlativè *maximum*, quodque *non Chriſtum, ſed Pontificem maximum paganum* repræſentat. Alii Epiſcopi vel non ſunt, *nec vocantur Pontifices Magni*, quorum reſpectu Papa debeat dici *Maximus*, vel ſi hoc auſint, Chriſto ſe æquant non minore ſacrilegio & peccato quam Papa. *Vniverſalis* verò titulus Gregoriano judicio porro Antichriſtum præcurrit, & manifeſte in Canones aliorum omnium incurrit. Diſtinct. 100. c. *Primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum vel ſummus Sacerdos aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus.* Item: *Nullus Patriarcharum Vniverſalitatis vocabulo unquam utatur: quia ſi unus Patriarcha Vniverſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.* ubi rubrica habet: *Nec etiam Romanus Pontifex, Vniverſalis eſt appellandus.* Verùm ejus, non ſanctitas, ſed impudentia maxima, contra hæc omnia, contra Dei Verbum, Eccleſiæ conſuetudinem, & contra majorum Canones facit. tanquam meretrix pro honeſta, ſe talem pro Chriſti Sponſa vel Eccleſia Catholica gerit: ſua mancipia, vaſallos, & Monachos, juratos, cunctis populis, pro Magiſtratibus & Doctoribus optimis, idolomanias & ſcortationes ſuas, pro Religionibus obtrudit, Eccleſias puriores, uti meretrix honeſtas, *Hæreſeôn* inſimulat, omnium ubique ſibi aſſiſtentiam poſcit, *prouti Meretrix illa magna omnibus etiam Regibus ſeſe proſtituendo, poculum plenum abominationum & immunditiei ſcortationis ſuæ, nempe idololatriæ & ſuperſtitionum ſuarum porrigit, propinat*, ad adhærendum ſibi, ad ſcortationes ſecum, ut illa Proverb. cap. 7. Apocal. cap. 17. invitat, urget, imò compellit. Qui renuunt eamque coarguunt, non odiis tantum, ſed & armis perſequitur, eoſque extirpando omnium bellorum in Chriſtianitate, hiſce ſeculis, cauſa & fax exiſtit. Quod egregiè Electores Principes & Ordines Imperii in gravaminibus & recuſatione Concilii Tridentini, *magis heroico ſpiritu, quam moderni*, deducunt. Quæ omnia Illuſtriſſimus à Con-

Pontifex maximus eſt contra & ſupra Chriſtum.

Concellariis ipſorum petere, aut jam in Appendice Catalogi Teſtium Veritatis in folio, columnâ 2031, & ſequentibus legere poterit, & dignum eſt ut faciat. Bohemis certè hæc meretricia frons & impudentia, tam diu importunèque moleſta fuit, & ſeſe proſtituens obtruſit, cum ſuis Vaſallis & Monachis, renuenteſque ut meretrix honeſtas calumniis proſcidit, donec eos ad bellum irritaret, & repulſæ dolore etiam ipſa ad protrahendum bellum hoc exardeſceret. Ubi ejus impudentiam omnem nemo ſatis deſcribere poſſit, & qui norit, non execrari non poſſit. mea vita ad deſcribendum non ſufficeret. *Legantur Acta Rom.* Pontificum Balæi, ubi ex hiſtoriis colligitur, *eos ab Anno Domini 606 pleroſque fuiſſe Magos, Atheos, veneficos, homicidas, adulteros, ſceleratos, perjuros, impuros, non Apoſtolicos, ſed Apotacticos & Apoſtaticos, quales ipſe Genebrardus Scriptor Pontificius, pleroſque fuiſſe fatetur,* Lib. 4. Chronol: *Capitales in ſumma doctrina Apoſtolica hoſtes, Idololatriæ ſuperſtitionum & cultuum novorum inventores ac defenſores, & bellorum in orbe autores, in hunc uſque diem:* & dubitabit aliquis eos etiam horum jam bellorum eſſe artibus ſuis autores? Tales ergò credemus Chriſti & Apoſtolorum ſucceſſores? Eccleſiarum optimos Paſtores? Tales Chriſtianis obtrudetis vos Imperatores & Reges? Tales ſuſcipietis, aut ad hæc connivebitis vos orbis Chriſtiani Proceres? Sicque agendo, Eccleſiam Chriſti premendo, Antichriſtis gratificando, pacem à Deo ſperabitis? Sed de hac cauſa ſatis.

Papæ frons & Acta Pontificum pudenda.

VI. *Vindictæ cupiditas & malitia Papæ.*

Sexta Cauſa hujus tanti belli & vaſtationum immanium, eſt *vindictæ cupiditas & malitia in illo Flamine Romano & adhærentibus illius.* quod peccatum etſi vehementer prohibeatur, & Deus ſibi ſoli vindictam aſſerat, ajens: *Mihi vindicta, vel mea eſt ultio & retributio, meum eſt ulciſci, & rependam.* tamen hic Epiſcopus eo peccato magis imbutus eſt, quam ulla ſanctitate, qua tantopere gloriatur, & hic etiam quod Dei eſt, ſibi arrogat. Quocirca quemadmodum Haman ille à Rege ſuo nimiùm exaltatus, & ad adorandum aliis omnibus propoſitus, cùm à Mardocheo non adoraretur, vindictæ cupiditate eo exarſit, ut non ſolum de Mardocheo è vivis tollendo, ſed etiam de toto genere Judæorum exſcindendo, cogitarit, nec ceſſarit, donec in eo negocio ipſe è patibulo ſuſpenſus vitam & dignitatem amitteret: ita iſte à ſuo Phoca, ſupra modum exaltatus, adorationem ab omnibus expetit. Quum vero Chriſtiani à Deo docti,

Digitized by Google

docti, Dominum Deum ſolum adorant, hunc ſervum ſervorum ſuſque deque habent, imo etiam Apoſtaſiam, Polypragmoſynen, ambitionem, ipſius coarguunt, errores ac mores corruptiſſimos, reprehendunt aut detegunt, & impudentiam reprimunt, tum ille implacabili odio, furore accenſus, tanta vindictæ cupiditate flagrat & ringitur, ut non præcipuos tantum Doctores, zelo juſto cum Mardocheo præditos, ſed planè omnes Eccleſias, quæ ſe non adorant, aut piis Doctoribus adſtipulantur, igne, ferroque abolere conetur, & hoc fine bella cruenta, cædes, lanienas, adverſum eos gerat, & conflet. quod etiam in hoc bello propriè facit, eoque ejus cauſa eſt, nec ceſſaturus videtur, donec eo furore, eâ vindictæ cupiditate & belligerandi fervore, ipſe merito cum Hamane deſtruatur ac puniatur. Exemplis res fit clarior. Cùm iſto Primatu & titulo Univerſalis efferretur, atque uſu & cultu imaginum à Simonianis, Carpocratianis & Gnoſticis Hæreticis accepto delectaretur, & Eccleſiæ Orientales, cum aliquot Imperatoribus Conſtantinopolitanis, hoc improbarent, tum ille cum ſuis in Occidente adulatoribus, eâ vindictæ cupiditate fremebat, ut omnem charitatem & curam, quâ ſibi omnes Chriſtiani in toto orbe tanquam unius corporis membra devincti ſunt, abjecerit, ac ſi non eſſet Eccleſiæ unitas, ſe meliorem illis ſomniando, diſtractionem maximam Chriſtianitatis effecerit; Victor, excommunicationem earum præſumpſerit, alius in ſtatu calamitoſo planè omnes neglexerit, alius Hæreſeos quaſi Iconomachos, aut Iconoclaſtas inſimulando, oppugnarit, & tandem Zacharias ſchiſmaticus, diabolico auſu Imperium à Græcis ad Alemannos tranſtulerit, ſeu illud in Orientale atque Occidentale diſtraxerit, uni Aquilæ duo capita monſtroſè affixerit. Quo ipſo atrociſſimorum bellorum inter Chriſtianos autor exiſteret, niſi Orientalium patientia jus ſuum bello perſequi abſtinuiſſet. Effectum tamen ea diſtractione fuit, ut Occidentales jugo Antichriſti implicarentur, Orientales verò Chriſtiani & Imperatores à media parte fraternitatis derelicti, multò difficilius cum Hæreticis variis, cum Ethnicis totius Chriſtianitatis hoſtibus, Perſis, Saracenis, Turcis, pugnare, congredi, coacti ſunt, & jam *dudum planè defecerint, ac ſuccubuerint omnino Romani iſtius culpa.* Quamdiu namque Chriſtiani omnes unum ſub Chriſto manſerunt, facilius Hæreticos, Arianos, Macedonianos, Neſtorianos, Eutychia-

Papa Hamani ſimilis.

Digitized by Google

nos, Pelagianos, & quoſvis alios confutarunt, & ſub uno Imperatore Chriſtiano conjunctis viribus expeditiùs, Ethnicos, Perſas, & omnes externos hoſtes repreſſerunt. Cùm autem, Univerſali Papa contra Chriſtum erecto, Eccleſiæ diſtraherentur, Occidentales Papam ſequerentur, *Orientales Chriſto ipſi* adhærere conarentur, adeòque diſtractę jam in utraque parte infirmarentur, & quaſi prædæ leonis rugientis, exponerentur; illico, Diaboli inſtinctu, reliquiæ Hæreticorum, Neſtorianorum, Arianorum, & aliorum, ſpiritus reſumpſerunt, Eccleſiaſque turbarunt, & ipſe Draco Pater talium, poſtquam Occidentales, per illum Univerſalem Papam ſatis illaqueatas, traditionibus humanis, cultibus Paganis, nomine Chriſtiano palliatis, facilè corrumpi & perdi poſſe vidiſſet, in Orientalibus etiam tale quid machinando, inſignem illum hypocritam & impoſtorem Mahometum excitavit. qui etſi tantum mercatoris cujuſdam in Oriente ſervus Iſmaëliticus à teneris fuerit, tamen poſtmodũ miles factus, ad magna patranda à dæmone inſtigatus, à Perſis adjutus, contra Heraclium Imperatorem, qui Phocam tyrannum ſuſtulerat, cui tamen cum Perſis bellum interceſſerat, inſurgens, eum alea belli ſuperabat, eoque repreſſo, & occupatis aliquammultis Imperii Provinciis Orientalibus, Regnum ſibi in iis ſtabilivit, & ſimul ad firmandum illud, extraordinarium, atque excellentiſſimum aliquem Prophetam Dei ſimulans, inſtinctu quorundam Judæorum, & operâ tum Neſtoriani cujuſdam Monachi Sergii, tum Ariani quoque hæretici, Joannis Alexandrini, Religionem, quaſi novam aliquam Dei Legem, conflari curavit, quam *Alcoranum*, id eſt, compilationem Legum appellavit. in qua ex omnibus Religionibus ac Legibus quæ Politiæ ſtabiliendæ, populiſque carnalibus alliciendis, accommoda videbantur, in unum volumen congerens, novam Religionis formam, cum novo Regno Orienti invexit.

Mahometi ortus.

Alcorani ſumma.

Præcipuè vero Chriſtianam fidem damnavit, Legem Divinam, Scripturam ſacram rejicit: Sacroſanctam Trinitatem execratur: Chriſtum non Deum, ſed Prophetam Dei magnum, non Salvatorem mundi eſſe, blaſphemat: ſalutem & felicitatem æternam conſequendi, Impoſtor, miras & hypocriticas & falſas, fingit ac obtrudit rationes & vias, uti, jejunia, preces, largitiones eleemoſynarum ſecundum ſua ſtatuta, opera quoque legis, labores ſtrenuos, & pugnandi ſolertiam pro religione Mahumetica uſque ad mortem: Reſurrectionem mortuorum quidem concedit, ſed ad voluptates carnales: Sacramenta

Digitized by Google

menta quædam Iudaica retinet, Chriſtiana cum omni diſciplina aſpernatur. Quam Religionis formam, Legi Chriſti contrariam, mirâ Dei permiſſione, levitatem & ingratitudinem Orientalium, qui tam facilè doctrinam Euangelii derelinquebant, & Hæreſes varias impuriſſimas admittebant, puniente, promiſcua multitudo populorum illorum ſecuta, Chriſtianam Religionem paulatim deſeruit, & huic monſtro non minori cum jactura ſalutis; quam in Occidente Papæ ejuſque traditionibus adhæſit. Atque ita, *Papiſmus & Mahometiſmus*, veluti duo Apoſtemata peſtilentiſſima Chriſtianiſmum afflixerunt, ab iis corpus Eccleſiæ ægrum tantum non extinctum jacuit: boni Chriſtiani preſſi in anguſtias & tenebras redacti, muſſitarunt, aut querimonias texuerunt. In Occidente ſub nomine Chriſti forſan tolerabilius habuerunt, in Oriente acceſſit his malis *Saracenorum* rabies, qui, gens inculta, fera, barbara, ab Agare Saræ famula quondam *Agareni dicti*, Arabiæ partem incoluerunt, & ſub Heraclio Imperatore, contra Perſas militiam ſtipendiariam exercuerunt, cumque aliquando Heraclii Præfectus ipſis ſtipendia numeraturus eos ignominiosè *canes* appellaret, indignati, à Romanis ſeceſſerunt, Mahometumque illum, à quo perſuaſi erant, ſe non ex Agare ſpurios, ſed è Sara ab Abrahamo genitos eſſe, neque Agarenos ſed Saracenos dici debere, Principem ſibi adſciſcentes eique parentes, Chriſtianam Religionem vexarunt, Mahometicam propagarunt. Quibus circa annum Domini 760 Turcæ à Tartaris oriundi, Scythæ Græcis nominati relicta Patria per Caſpias portas in Aſiam irruentes acceſſerunt, Mahometica religione phantaſtica ſuſcepta, ſub Saracenis trecentos circiter annos meruerunt, unaque cum iis Chriſtianis infeſti graves, & ipſis Imperatoribus Conſtantinopolitanis hoſtes imperterriti fuerunt: quibus in Oriente ſoli illi, ab Occidentalibus Papicolis proditoriè deſerti, ſatis feliciter reſiſtere non valuerunt: multa paſſi ſunt, plura ſemper amiſerunt. Si Chriſtiani unum conſtanter in Domino manſiſſent, & Romanus elatione ſua tantum diſſidium non feciſſet, omnino unanimes & iſti Mahumeto ſeſe opponere, eumque reprimere potuiſſent. quemadmodum Ario, Macedonio, Neſtorio, Eutycheti, aliiſque multis Antichriſtis à diebus Apoſtolorum ebullientibus fecerunt, & Gregorius primus Patriarcham Conſtantinopolitanum, Univerſalis titulum affectantem, graviter confutans, ex tanto faſtigio præcipitem dedit. cùmque

Mahometiſmus.

Turcarum origo & acta.

Digitized by Google

que Bonifacius ille Romanus, ſuam univerſalitatem & elationem ne annum quidem integrum continuare potuerit, ſed brevi cum ſuis decretis mortuus ſit, & ipſe Phocas illius patronus poſtmodum ab Heraclio miſere trucidatus fuerit, æquum fuerat ut alii Chriſtiani ſucceſſorem Bonifacii monerent, ne ſimiliter ſeſe efferret, ſed in terminis modeſtiæ primitivorum ſeſe contineret. Sic principiis obſtitiſſent, & Antichriſtum ſede illa dejéciſſent. *Sed quid faciunt?* ignavi, malè timidi, adulatores, temerarii, leves, in conſultis melioribus ac remotioribus, quidam Romæ ad placitum ſucceſſoris Bonifacii IV convenientes, ac Synodum particularem anno 610, celebrantes, privilegium illud Phocæ nefandum Antichriſtianum de *Vniverſali & Primatu illo ſuperbiſſimo Eccleſiæ Romanæ vel Epiſcopi ejus*, promulgari, ac Synodali autoritate confirmari patiuntur, adeoque Antichriſtum ſupra ſe collocari ſinunt. ubi ſimul Templum Ethnicum *Pantheon*, omnium Deorum, ab Imperatore Chriſtianis conceſſum, nomini omnium Sanctorum dedicari, & *Mariam Virginem ibi in locum Cybeles Ethnicæ, fictæ matris Deûm*, collocari ſuſtinent. Sicque revera, *dato uno inconvenienti, ſequuntur plura*, & fratres Cumani, pedalis Senatus, comitantur primum, neglecta ſalute Reipublicæ Chriſtianæ, omniumque ejus civium.

Occaſio belli ſacri. Demùm circa annum Domini 1090, poſtquàm literæ quædam à Simone Patriarcha Hieroſolymitano ad Urbanum II, vel Gregorium VII, allatæ, de triſti Chriſtianorum in Oriente, maximè in terra ſancta, *ſub immani & acerbo Saracenorum & Mahometiſtarum Imperio*, degentium conditione & ſtatu, omnibus politicis Principibus in Occidente innotuiſſent: vehementer illi tantam diſtractionem, oppreſſionem, & vicem illorum ſerò doluerunt, & non conſilio divino, ſed Papali Hildebrandi vel Urbani iſtius turbani, *bellum commune*, quod vocabant *ſacrum*, adverſus Saracenos Comitiis ſuis decreverunt, quo Hieroſolyma ob ſepulchrum Domini è Saracenorum poteſtate forti manu aſſererent, & Regnum Chriſtianum ibi erigerent: cùm potiùs precibus communibus, & apud Magiſtratus Orientis, interceſſionibus ſeriis, afflictis illis fratribus aſſiſtere, adeoque omnia priùs legationibus, tractationibus, ac conſiliis, quam armis experiri decuiſſet, ubi Divino mandato de erigendo in terra illa jam maledicta regno, & colendo Chriſti ſepulchro deſtituebantur. *Papæ illius, qui omnia jura & conſilia divina in*

ſcrinio

Digitized by Google

ſcrinio pectoris ſui recondita falsò jactat, autoritas ac ſententia obtinuit. Politici omnia ſincerè egerunt; at Papæ quæ intentio fuerit, mox patebit. Illi per biennium contracto ſexcentorum millium peditum, & centum millium loricatorum equitum, exercitu, ſub Duce Godefredo Bullionæo in Orientem deſcenderunt, & maximis difficultatibus & armis, Mahometiſtarum, Turcarum, intricati, quarto expeditionis anno, jam vix viginti quatuor armatorum millia, ex tanto exercitu habuerunt, virtute quidem Ducum maximè Bullionæi ſtrenuè perrexerunt, & ſuperatis tranſitibus urbem Hieroſolymorum triginta octo dierum oppugnatione ceperunt, ejectiſque Saracenis ad tempus Regnum ibi ſub eo Duce conſtituerunt, & illud duodecim expeditionibus infanda cum profuſione non opum modo ſed & militum Europæorum, Chriſtianique ſanguinis, per multos annos adverſus potentiam Mahometicam & Saracenicam propugnarunt. donec tandem viribus exhauſtis, paucos ibi relinquerent, & infirmitate vel diſcordia Ducum poſt annos circiter 80, totum viciſſim amitterent. Nam cùm inter Regni iſtius Principes Guidonem & Raimundum inteſtinæ ſimultates obortæ eſſent, & Chriſtiani ipſi in mutuas cædes ruerent, Guido bello petitus, viribus ſuorum diffidens, Saladinum Turcarum Regulum Damaſci & Ægypti Calypham, Sultanum Saracenicum ex Ægypto attraxit: qui rebus ſuis attentus, utriuſque oppreſſionem quæſivit, & Renato Gallo Tripolitano Comite proditore, uno die univerſas reliquas Chriſtianorum copias concidit, Principeſque cum ipſo Rege Guidone & tota Paleſtina in poteſtatem ſuam redegit: unde Chriſtianorum reliquorum in Syria, Meſopotamia, Ægypto, ac toto Oriente, quaſi hoſtem externum contra Magiſtratus ſuos accerſiverint, deterior conditio effecta fuit, & bellum illud non tàm ſacrum quam execrabile fuiſſe patuit. Saraceni ſiquidem cum Turcis, qui antea ſemper robur Chriſtianorum formidaverant, ita laceſſiti & ſua fortunâ Chriſtianos non eſſe inſuperabiles edocti, inhiare toti orbi Chriſtiano cœperunt: & ſubinde univerſam Africam maritimam, totumque Orientem & Babylonem, ad Perſiam uſque, tandem & Aſiam minorem, utramque Armeniam, Thraciam, Pontum, Bulgariam, Græciam, Sclavoniam, ad Hungariam uſque infeſtiſſimis ſuis exercitibus, in ſuam redegerunt poteſtatem, atque ut quidam numerant, pluſquam viginti Chriſtianis ademerunt regna: Chriſtia-

Apparatus ad bellum ſacrum.

Eventus infœlix.

Digitized by Google

ſtianiſmum verò, etiam cum Papa, qui totius mundi ſtolidè ambit ac ſibi arrogat Dominium, compulerunt in extremum Europæ angulum. *Eo pacto, conflato & durante illo bello ſacro, Papa tum nihil curavit*, ſive vincerent, ſive caderent in Oriente Chriſtiani: intentio ejus erat, in vindictæ cupiditatem, & ſeſe efferendi ſtudium. Si vincerent & Eccleſias Orientales è Saracenica poteſtate in libertatem vindicarent, cogitavit, eas ſuo dominio ſicuti Occidentales ſubjicere, & eo prætextu quod eas aſſeruerit, non minùs quam Saraceni forſan imperio premere; ſupra eaſque omnes ſeſe efferre. Si caderent, vindictæ illius cupiditate ex eorum calamitate, quia, qui ipſius primatum & autoritatem negabant, interirent, geſtiit plurimum voluptatis capere: & qui Occidentalium Principum ibi occumberent, propoſuerat eorum ditiones occupare, ſuamque potentiam illicitè provehere, & augere; adeò ut præſumpſerit, in Imperatoriam dignitatem excommunicationum fulmina vibrare, & in peculium Chriſti, Eccleſiam, ſuperſtitioſos cultus ac traditiones avaritiâ fœdatas invehere, eamque contaminare. Cùm Fridericus Barbaroſſa, Imperator prudentiſſimus, actiones Papæ intellexiſſet, eique non per omnia morem geſſiſſet, quin etiam Legatos Papæ, è Germania in Italiam remittens, mandaſſet, ne unquam poſtea Provincias Imperio Romano ſubjectas, contingerent, neque Germani Romam appellare itarent, Papa illum excommunicavit, & quod à Pontifice Coronam & Imperium haberet, objecit. Imperator regeſſit: *iſthæc non à Papa, ſed à Deo per quem Reges regnant, eſſe.* Legatos verò Papæ ideò ejectos, quia ſubdolis & fraudulentis machinationibus, varias in Germaniâ turbas excitarint, & Eccleſias valdè paſſim aggravarint, nec tam *Prædicatores* quam *Prædatores* extiterint, ac non hominum ſalutem ſed marſupiorum ſuorum impletionem quæſiverint, ſcripto declaravit: Tum Papa malignus, tanta vindictæ cupiditate exarſit, ut Imperatorem bello perdendum ſtatuerit, omnes Epiſcopos ſuos in ipſum concitarit, in Italia multis ſeditionibus ipſius regimen turbârit; ſed ſtrenuum bellatorem & victorem ſubmetuens, per Hartmannum Epiſcopum Brixienſem Imperatoris Secretarium, à ſe adverſus Suldanum illum Saracenum in Orientem cum copiis avertit: cùmque Imperator optimo rerum ſucceſſu ibi uteretur, Papa cum ſuis conſpirationibus, ſibi ab eo metuens, ſi victor in Italiam redeat, de eo proditione

Friderici Barbaroſſæ res geſtæ.

Digitized by Google

tione perdendo cogitavit: *Ideoque imaginem Cæſaris cum literis ad Suldanum miſit, ut ſi quietus vivere velit, de Imperatore hoc tali quaque arte tollendo cogitaret. Ille dat operam & proditione quadam Cæſarem in Armenia ſecurè agentem per equites quoſdam capi, ad ſeque perduci curat. Imperator ſimulat Imperatoris oſtiarium, at Suldanus effigiem & literas à Pontifice miſſas proferens, eum eſſe ipſum Imperatorem convincit. Ille verum fatetur, & ſupplex gratiam petit. Suldanus virtutem Imperatoris admiratus, & proditionem Papæ deteſtatus, illum execratur*: cùm Imperatore verò ob ingentes virtutes ejus, & quod plurimum ſibi gloriæ & favoris ex dimiſſione tanti Imperatoris evenire poſſe intelligeret, fœdera pacis perpetuæ ſanciens, eum ad ſuos remiſit. Cæſar ex Oriente redux, *Noribergæ Comitia indixit, & Principibus, Papæ proditionem, Suldani animum benigniorem exponit.* Illi Cęſarem adjuvandum ſtatuunt, ut Alexander Papa Imperii proditor, meritis afficiatur pœnís. at is ad Venetos confugit, qui ſuſceptum defendunt. Imperator, bellum Venetis interminans, filium Ottonem cum claſſe ad poſtulandum hominem Reipublicæ perniciosſum, mittit: monens ne quid armis attentet priuſquam ipſe veniat. Verùm Otto juvenis ſtudio gloriæ fervens, Venetos armis laceſſit, & in prælio capitur, invinculaque in urbem deducitur. Imperator ne filium perderet, aut multũ ſanguinis humani belligerando funderetur, ipſum etiam Papam aliquid divinæ autoritatis eo ſeculo tenebricoſo, in ſua dignitate jactata habere ratus, ad tranſactionem pacificam accedit. *At Papa illum excommunicatione ſua abſolvere, paciſque conditiones præſtare noluit, niſi coram ſe Venetiis in Templo Divi Marci humi proſtratus, veniam ſupplex peteret. Fridericus ingenuè provolvitur. at Papa collum Imperatoris ſuperbo pede proculcans, à ſuo Clero ignominioſiſsimè acclamari juſſit: Super Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.* [*ut hæc in vita Friderici Germanicè* deſcripta, & in aliis hiſtoricis, non ſine indignatione legi poſſunt. O mitem ſervum ſervorum in Domo Dei!] nec quicquam reclamante Imperatore: *Non tibi, ſed Petro*; extemplo Papa viciſſim: *& mihi & Petro.* nec aliter quieſcere voluit, niſi ut Imperator Papæ honorem deferat, & dignitas Imperatoria, Papali inferior maneat.

Enormis Papæ faſtus.

Quum Conradus II Imperator, majoris Legem Dei, quam Papalem faceret, ac prædeceſſores Imperatores, Otto & alii, ambitionem Paparum, nonnunquam reprimerent & compeſcerent, ex

Papæ iniquitas in Magiſtratus.

vindictæ cupiditate Flamines iſti flagrarunt, ut Imperium totum everſum volutrint, & filium Imperatoris Henricum ſucceſſione Imperii exturbare moliti ſint, Coronam Imperii Petro Hungariæ Regi cum hac inſcriptione, *Petra dedit Petro Romam, tibi Papa Coronam*, miſerint, eum difficillimis bellis involverint, & indigniſſimis modis tractarint. Similiter Henricum quartum, hujus filium, Imperatorem fortiſſimum, quia Pater & hic, arrogantiam Papalem ſæpiùs in confuſionem adducebant, bellis difficillimis, tam civilibus quam externis involverint, committentes eum cum hoſtibus fortiſſimis, ut fortunis & Imperio arte excuterent. Sed cùm ille, fortiſſimè *aperto Marte, ſexagies & bis cum hoſtibus dimicando, omnes eorum techuas ſuperaret*, Paparumque improbitatem coargueret, tum quaſi non eſſet bonus Chriſtianus, ſed Religionis adverſarius, illum malitioſi excommunicare, & Imperio exuere non veriti ſunt, Rudolphum Suevorum Ducem ſui ſtudioſiſſimum, pro Imperatore proclamando, Coronam ei miſerunt, & inſcripſerunt·

Rudolphū Suevū contra Henricum IV, Imperatorem incitarunt, & complures.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Cùmque Rudolphus ille à vero Imperatore bello ſuperaretur, *amiſſaque dextra, lethaliter vulneratus, cum deteſtatione perfidiæ Pontificum, & deploratione ſuæ ſortis, ac citatione Epiſcoporum ad reddendam Deo rationem horum, occumberet*, Papæ ſeu Popi vindictæ cupiditate, filium Imperatoris Henricum V, contra patrem ſpecie Religionis excitaverunt, & ſuorum auxiliis ita promoverunt, ut certaminibus defatigato patri, juſto Imperatori, Moguntinus juſſu Papæ, in conſpectu filii, ornamenta Regalia detraheret, & filius philtris illius meretricis Babylonicæ infatuatus, non viventem ſolum parentem non honoraret, ſed hoſtiliter inſectaretur, *ſed & in mortuum ſæviret, ac Leodienſes adigeret, ut cadaver demortui extra urbem inter cætera cadavera abjicerent, ut toto quinquennio honore ſepulturæ caruerit.* ut deteſtantur Ordines Imperii in Gravaminibus: & hic Henricus quintus, nomine Imperator, re Papæ ſubditus fuit, Inveſtituras ei permittens, Cæſaream dignitatem iis ſpoliavit. Etſi enim ei Romæ cum exercitu ſubſiſtenti & ſeditiones componenti Papa pollicitus ſit, *ſe nihil poteſtati Imperatorum derogaturum, ipſiſque vetera jura conferendorum Epiſcopatuum confirmaturum*; tamen Imperatore vix urbe digreſſo, *perfidus Popus omnia ſua promiſſa retractavit, & anathemata addidit novis ſeditionibus excitatis.* Legat *Illuſtriſſimus* Fridericorum, Ludovici

ovici IV., & Henrici VII, aliorumque ſuperioribus ſeculis Im- *Vindictæ Papalis exempla.*
eratorum in Occidente Hiſtorias: quemadmodum illos ſibi te-
ıerè ſtatuarum inſtar conſtituit, ita veluti ſubjectos tractare vo-
ıit. Si qui vel tantillum contra ipſius elationem, avaritiam, Simo-
iam, ſuperbiam, præſumptionem, ſuperſtitioſos cultus & Bullas,
gere, eumque intra cancellos Miniſtrorum Chriſti, compeſcere
ıſi ſunt, & genuinis coloribus depictum iverunt, ejuſque faſtum
ffenderunt, contra omnes inſurgebat, excommunicabat, depone-
at, ſubditos aut vicinos, contra Magiſtratum ſeditioſe incitabat,
: bella plurima cum abominabilibus vaſtationibus, & profuſione
nguinis Chriſtiani, conflabat, Popus: *adeò ut ipſum illi tanquam ho-
m, armis, belliſque, reprimere, & non Chriſti Miniſtrum, ſed Beſtiam, pror-
s Antichriſtum, agnoſcere, in Comitiis Imperii, & in Senatu Romano, ac-
ſare, machinationes ipſius explicare, & Decretis ſuis Antichriſtum edice-
, condemnareque neceſſe habuerint.* Friderico II, Pſeudopropheta
ripſit:

Quod tibi vita brevis, pœna perennis erit.

ım ille triginta octo annis imperarit, & fide omnium bonorum
udatiſſimus, ſalvus ſit. Indulgentias & Crucem contra illum quaſi
urcam proclamans, in Provincias cruce ſignatos decantatum
iſit, *tam impudentes, ut Imperator captos, in crucis formam vulneribus
rfodi, capitaque crucis in modum iis notari, ſecari, adeoque nova cruce ſua
ornari præceperit.* unde Papis tantus furor, & vindictæ ardor, ut,
*n niſi funditùs nobiliſſima hac & laudatiſſima familia Imperatorum Ger-
nicorum deleta & extirpatâ conquieverint.* Ludovicus Bavarus fuit
ıperator ſapiens, & juſtitiam adminiſtrari voluit, adverſus eum
ıtus Pontificum erat furor, ut Imperatore excommunicato, ſub-
os fide jurisjurandi, quo Imperatori legitimo tenebantur, ſolve-
ıt, & Monachorum quos *Prædicatores vocant*, agmina in omnes
ique Provincias mitterent, qui Imperatorem diffamatum etiam
plebis odium publicum adducerent. Principes etiam adverſus
peratorem concitarunt ad bella, quibus Cardinales & Abbates
ſim præficiebant Capitaneos, ut *Marſilius in Defenſore Pacis nota-
& hoc ita alienum à Miniſtris Chriſti cenſuit, ut Diaboli pugiles eos no-
arit, atque omnes Reges & Principes, ut hinc diſcant ſibi à Pontificibus
ere, graviter monuerit.* Unde, quemadmodum Henricus IV, co-
ɔ Procerum Concilio, & congregata Epiſcoporum Synodo, at-

que advocata populi concione, palam Papam Gregorium VII, tanquam *lupum, furem, latronem, gregis proditorem, charitatis oſorem, omnium communi conſenſu*, abdicavit: ita hic Imperator Germanus, habitis Principum & Epiſcoporum in Germania Comitiis publicis, Anno Domini 1324, & Senatusconſulto, Epiſcoporum & Principum Italię atque Germanię conſenſu facto Romæ anno Domini 1328, *Papam Antichriſtum eſſe edixit, & ſcelera ipſius atque notas Antichriſti probè deſcripſit.* inter alia dicens: *Sanguinem Chriſtianum ſitit, diſcordiæ & ſeditionum mala ubique gentium inter Chriſtianos ſerit: omnes ad arma vocat: fratres in fratres armat: præcipit ut fidem frangant, pacta diſſolvant, rebellionem, cædes, incendia ſtupra faciant: Nec licet per hunc Antichriſtum Chriſtianis pacem à Deo datam ſervare, tanta eſt hominis vel potius Satanæ illius vecordia: Diſcordia Germanorum ſalus eſt Romanorum Pontificum: adverſus Sanctos Dei pugnat: Divina humana decreta contemnit: Iura gentium violat: Sacra polluit: in propria cauſa actor, teſtis & judex eſt, quod nec apud Turcas, neque Iudæos, neque Saracenos, neque Sarmatas fieri ſolet: qui fidem Cæſari & Chriſto cum obedientia ſervant, ob hanc cauſam hæreſeos nota inurit: quicquid libet, licitum judicat: Regno mundano inhiat: ſicut Paſtor eſt perſonatus, ita myſticus eſt Antichriſtus, vult adorari, &c. Monſtrum biforme mundanus & ſpiritualis eſſe contendit: eum igitur, Imperii Antichriſti autorem jure noſtro, conſilio, ſententiâ, conſenſu communi Principum Pontificum Germaniæ, Italiæ, efflagitantibus Sacerdotibus, populoque Romano, exauguratum, abdicatum, hæreſeos condemnatum declaramus.* Unde *Papus, ultionis avidus Imperatorem veneno tolli curavit*, & alium contra ipſum Imperatorem ſtatuit. Sicuti *etiam Henricum VII* coronari noluit, niſi Papæ juramentum præſtaret. quod dum recuſaret, quia res novi exempli eſſet, ac Coronam virtute obtineret, Papa ei bella atrocia præparabat, & *per Monachum Bernhardum Dominicanum, Miſſali hoſtia toxico oblita, loco Cœnæ Domini, enecari, pluſquam Antichriſtiano & Diabolico ſcelere fecit.* Quod itaque auſa fuit malitia, & vindictæ cupiditas, in Imperatores, id omnino in Magiſtratus inferiores, Reges, Principes, & Provincias, adeo ut nullus ſit in Occidente Rex, puta, Anglus, Gallus, Hiſpanus, Aragonicus, Neapolitanus ſeu Siculus, Portugallicus, Hungarus, Bohemus, Scotus, Danicus, Suecus, &c. quem non ſuum Vaſallum Papa eſſe voluerit: qui renuebat, quem non mirum in modum exagitarit, & bellis implicuerit.

Papæ condemnatio & vindicta qua ſęviit ſævitque in Imperatores, alioſq; Reges.

Cùm

Cùm Henricus VIII, Rex Angliæ, Primatum Papæ in ſuo Regno abrogaſſet, proh! quam furioſam promulgavit Paulus III, in Regiam Majeſtatem, omneſque illi obſequentes Anglos Bullam, *quæ Henricum Regno privavit, Regem omneſque ejus ſubditos quaſi Reipublicæ Chriſtianæ hoſtes proſcripſit, Regis & ſubditorum fundos, & bona in prædam omnibus expoſuit, adeò ut ſine ulla alia belli denunciatione, aut bello aut inſidiis etiam cuivis illos perſequi, capere vel etiam trucidare liceret: Regi, ſubditiſque tanquam Paganis interdixit verbi & Sacramentorum uſu, imo & ſepultura Chriſtiana: Regis liberos jure ſucceſſionis privavit ac infames eſſe pronunciavit: Nobiles & ſubditos ejus Sacramento fidelitatis Regi præſtito ſolvit, & ad arma vocavit: omnibus nationibus commercia cum Anglis prohibuit: aliorum Regum & populorum cum Henrico fœdera irrita proclamavit, eoſdemque magna acerbitate verborum ad eum bello perſequendum hortatus eſt: Anglos ubicunque capi poſſent, in ſervitutem, eorum bona in prædam traxit.* Elizabetham Reginam eodem modo multi Papæ tractabant. Jacobum verò cum Proceribus Regni pulveraria proditione in aëra disjicere volebant. & quando ceſſabunt!

Cùm Philippus Francorum Rex, cognomento Pulcher, avaritiam Papalem coargueret, ac pecuniam extra Regnum ſuum Romam ferri prohiberet, Papa Bonifacius VIII, *Regi ad quartam uſque generationem maledixit, & ejus Regnum Alberto Imperatori dare conabatur, Regemque Galliæ ſibi in temporalibus & ſpiritualibus ſubeſſe, pro ſumma ſua Papalitate ſcribebat*, adeo ut Rex cordatus reſponderit: *Sciat tua maxima fatuitas, nos in temporalibus alicui non ſubeſſe.* & Papa ille ita furebat, ut Regi cauſam præbuerit, ſe bello aggredi, & captum Romæ cuſtodiæ mandare, ubi poſt menſem ejus Sanctitas rabie percita ſibi manus præmordens expiravit, & Epitaphium reportavit: *Intravit ut Vulpes, regnavit ut Leo, & mortuus eſt ut Canis.* Nihilominùs alii Popi Henricum tertium & quartum, quia ad placitum Papæ, reformatam Religionem, omni genere crudelitatis, non extirpatum irent, tanta malitia perſecuti ſunt, ut *Henricum III*, anno 1589, per Monachum quendam confoderint, *Henricum IV*, velut expugnatum & triumphatum anno Domini 1594, per Joannem Chaſtellum Jeſuitam interficere volentes, in maxilla proditoriè vulnerarint, tandem non contenti tanto ſcelere, anno Domini 1610, *per alium ſicarium prorſus confoſſum occiderint.*

Triſtia ſanguineo Lilia rore madent.

Cõtra Reges Galliæ Paparum furor.

Quis

Digitized by Google

Quis omnium, caſus, & malitiam, exponat? Hiſtoriæ habentur:
Malitia. Et conſtat in ejuſmodi oppoſitionibus & bellis, Imperatores ac Reges Politicos, legitimè, graviter & ſapienter, ex fundamentis optimis egiſſe; Papas autem illegitimè, ſeditioſè, proditoriè, ex falſò aſſutis titulis ſuperbiæ, proceſſiſſe. partim, ſicuti meretrices, criminis convictæ conviciis, gladio linguæ, & maledictis, honeſtiores inſectantur, ita hæc Meretrix magna in illis, contra eos, qui co-
" arguerunt, & virgas minati ſunt, linguâ, excommunicationibus,
" Hæreſium objectationibus, & mendaciis, pugnavit; partim, vene-
" nis, ſicis, & deſperatiſſimis proditionibus atque impoſturis dimica-
" vit. adeò ut, quemadmodum, ſi qui boni meretrices offendant, aut
" corrigere velint, ut plurimum maledicta auferunt, &, ſi ex obſeſſis
" Dæmonia ejicere nituntur, ſputis, & mendaciis, & calumniis miris
" eos obſeſſi conſpurcant: ita qui Meretricem hanc magnam arguere, Dæmoniaque tanta è Popis ejicere volunt, omnino convitiis & horrendis calumniis, à Dæmoniis Papalibus, obruuntur. Quod adeo verum eſt, ut Bellarminus ipſe de his ſeculis ſcripſerit, in Chronologia ſua poſt annum Domini 1000: *Pontifices Romanos à pietate Veterum degeneraviſſe, Principes ſeculi ſanctitate floruiſſe.* Tanta eſt vis veritatis, ut nonnunquam jurati hoſtes eam fateri cogantur. Omninò Politici conſervationem rerum Imperii & Eccleſiæ in bono ſtatu ſecundùm voluntatem Dei cogitarunt, ad quam rem honeſta, pia & juſta media ſunt: *Popi verò* Imperii exinanitionem, & Eccleſiæ ſubjugationem ſecundùm pravam dominandi libidinem, quæſiverunt, *ad quod malum nulla honeſta, pia, bonaque media ſerviunt, niſi tales Satanæ machinationes & artes.* Sicuti, cum illuminatis & à Deo doctis viris, Imperii ſtatus, ante centum annos jam rectè obſervarunt, & in recuſatione Concilii Tridentini exprimi curarunt: *Gregorium IX palàm & apertè dixiſſe, potentiam Germanici Imperii, nimis, quam expediret Romanis Pontificibus, creſcentem, omni ratione videri ſibi infringendam, atque etiam ſi qua ratione fieri poſſet, funditùs evertendam.* Quod & Aventinus refert: *Gregorius IX non inficias it, ſed ingenuè fatetur, viſum eſſe Flaminibus Romanenſibus, Imperium Germanum magis florere, quam ipſis utile foret: placuiſſe autem id concutere, contundere, atque diſcordia non ſolum debilitare, ſed in cineres quoque atque favillas redigere, & Fridericum à faſtigio rerum humanarum deturbare. Ecce!* non potuit planè in nervum erumpere Antichriſtus, niſi ſublato in-

tegro

Digitized by Google

tegro ſtatu Imperii. 2. Theſſal. 2. verſ. 6. & 7. Aliorum Regum & Principum Hiſtorias non adducam: Hiſpanos & alios quoſvis ſi vel tantillum Papam offendere, de eoque in ordinem redigendo, cogitare audeant, ſeditionibus turbabit, & bellis pernicioſis implicabit, illicò.

Cōtra alios & Bohemos.

Bohemi certè, quia in Religione magis Græcas, quam Papalem Eccleſiam ſequebantur, & plerumque cum ſuis Regibus, Imperatoribus, ac bonæ cauſæ contra Papas militabant, implacabili odio & malitia iſtius Popi premebantur. Cùm autem Doctores ipſorum Huſſius, & alii, hoc grande ſacrilegium Papiſticum, quod in auferendo Calice è Cœna Domini patrant, orbi detegerent & arguerent, integræque Cœnæ uſum obſervarent, Papæ vindictæ ardore accenſi, illos quaſi Hæreticos, orbi exoſos reddere ſtuduerunt, ſed & malitioſiſſimè, collecto è ſuis mancipiis conciliabulo, *condemnarunt, & vivos Conſtantiæ flammis uſtularunt*, ac ferè omnes Bohemos, quaſi Hæreticos, occaſione data extirpandos, diffamarunt. Cùm Bohemi hanc ignominiam & injuriam maſculè reprimere, & in Monachos quoſdam culpæ conſcios, animadvertere cœperunt: Papæ eos crucibus ſubjicere, excommunicare, & prædæ omnium exponere voluerunt. Sed hoc pacto ſibi bellum Huſſiticum conflaverunt. quo viginti & amplius annis Bohemos & Moravos exercuerunt, & niſi Deus ipſe Bohemis aſtitiſſet, *omnibus viribus Europæorum toties collectis, & in Bohemiam ductis, gentem integram planè deleviſſent.* Verùm quia Bohemi auxilio Dei ſuperiores, tantas Papiſtarum vires, ac ferè totam omnipotentiam Pontificiam fugarent, proſternerent, & libertatem Religionis Chriſtianæ, in Concilio Baſilienſi obtinerent, ita ut Legati ejus Concilii Iglaviæ, coram Sigiſmundo Imperatore, & omnibus Ordinibus atque exercitibus, *ſilentio præterita Papiſtica religione, Euangelicam pro vera declarare, & propriis manibus plebi Eccleſiaſticæ, Domini Cœnam ſub utraque ſpecie adminiſtrare coacti fuerint*, Anno Domini 1436. Manſit hoc alta mente repoſtum, & ex eo tempore ſemper Papatus, vindictam ſpirans, & malitiam exercens, Bohemorum libertatem bellis & artibus ſuis opprimere, geſtiebat, & anſas bellorum, quibus eos everteret, requirebat. Cùmque illi ſemper melioribus uſi conſiliis reſiſterent, Germanis etiam ad excutiendum jugum Antichriſti damnabile, exemplar oſtenderent, atque irrequieta *& audacula illa Papæ Mancipia, ac con-*

ſtandorum bellorum inſtrumenta per feneſtram præcipitia darent: tum aperto bello eos Popus opprimendos, brachio ſeculari advocato, ſtatuit: Ferdinandus II, *ſemper rebelles fuiſſe* in ſuis decretis criminatur, & jam in poteſtatem ſuam redactos, ut Tyranni debellatos, & lupi oves raptas, crudeliùs quam ulli Barbari unquam vel Turcæ ſubactos, tractant, mactant, vorant, deglubunt, laniant, & prorſus exſtirpant. *Germani, Angli, & alii Chriſtiani, meliùs & potentiùs Antichriſtū hunc detexerunt, adeòque offenderunt: Credant nunc ſibi fore magis propitium; at ille incautos invadendo, quum primum poterit truculentiori bello, vindicta & malitia affliget,* niſi Deus aliter. Verùm hæc de iſta vindictæ cupiditate, & malitia Papæ, nunc ſufficiant: Quis unquam omnia deſcribere poſſet?

VII. *Ieſuitarum improbitas.* *Septima* hujus belli & abominabilium vaſtationum *Cauſa* eſt: *Ieſuitica Secta vel Hæreſeos, in Chriſtianitatem introductio, ejuſque fallacium dogmatum, & turbulentiſſimorum conſiliorum, in Provinciis & Aulis improvida acceptatio.* Cujus Hæreſeos Jeſuiticæ artes, machinationes, æquivocationes, Phariſæiſmos, virulentias, ſeditiones, turbas, regicidia & bella, boni Scriptores magnis Tomis, & providi Reges ac Dynaſtæ, eorumque Secretarii, doctiſſimi, juſtis edictis, & patentibus, ita deſcribunt, ac nativis coloribus depingunt, ut appareat: poſt Diabolum, & Antichriſtum, in terra nihil pejus ac deterius Jeſuitis eſſe, nec poſt divitias, ſeu donationes nimias, venenum præſentius iſtis in Eccleſiam infundi potuiſſe. *Sectas ejuſmodi, inter opera carnis, quæ qui agunt, Regni Dei hæredes non erunt,* Apoſtolus recenſet. At Papa cum ſuis ſuſcipit, fovet & confirmat, qui & Diabolorum opera uti non horret, modò ſint qui ruentem ejus ſedem, contra Euangelii ſonum, fulcire ac propugnare velint. Cùm enim Scholaſtici, Canonici, atque alii Monachi, ante centum annos jam, intolerandam, errorum, peccatorum & abominationum Papalium, lernam, amplius tueri, ac defendere non poſſent, quin etiam ipſi, prouti Lutherus, & alii complures è Babylone iſta, ac jugo Antichriſti, clauſtriſque ſuis, exire, erumpere inciperent, adeoque metuendum videretur, ne omnes ubique converterentur, Papatum deſererent, ipſeque concideret: *tum ſpiritus iſti ranarum ſimiles, ex ore Draconis ſeu Locuſtarum ultima agmina, ex fumo abyſſi, Ieſuitæ,* velut, in ſubſidium prodierunt, & ad fulciendum, labantem Papatum, poſt annum Domini 1540 ſuſcepti ſunt. Nimirum, Hiſpani militis, Lojolæ, omni ſcelerum licentiâ militari, imbuti, vel exaturati,

rati, ſemine ac diſcipulis, ad refocillandam illam exoletam & languentem meretricem magnam, opus fuit, & ejus traditio aciem Eccleſiæ complevit. Ut enim Numa Pompilius Ethnicorum cultuum & Pontificum formator, inter Sacerdotes Diaboli, Ordines varios inſtituit: ita hic Pont: Rom: inter Monachos ſuos varios Ordines approbat & confirmat, atque hos Jeſuitas, militis improbi diſcipulos, Paulus tertius confirmavit, ordinemque eorum ſanxit. Qui etſi initio, anguſtis terminis, & numero exiguo circumſcripti, in Hiſpania alicubi deliteſcere, altioraque in Eccleſia, vel Politia, non affectare, ex regula inſtitutoris ſui, teneantur; tamen, quia Papæ induſtriam ſuam probarunt, ab eo Magiſtratibus Chriſtianis hinc inde commendati, & dono miſſitati, ſuperiori & hoc ſeculo, adeò creverunt, ut totum ferè orbem jam pervagati ſint, ac turbarint, magnificaque Collegia, pluſquam ter millena, hinc inde poſſideant. Et jam ſemetipſos, non tantum ſupra omnes alios Monachorum Ordines, ſed etiam ſupra omne genus humanum, ſupra omnes Chriſtianos, efferant, *ſeque inter Deum & homines, quaſi mediatores, ac Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri ſocios, Societatem Ieſu* (qui tamen cùm ſolus Mediator & Salvator ſit, tales ſocios nequaquam ſuſcipit, ſed damnat) *blaſphemo ore collocent, ac nominent: Chriſti* nomine ſpreto, quo cohoneſtantur ſalvandi Chriſtiani, *Ieſu* nomen, quo tanquam proprio Salvatoris, hactenus nemo Chriſtianorum uti auſus eſt, ſibi arrogant, Chriſtum diſcerpunt, ejuſque vitam, à qua alieniſſimos vides, mentiuntur. Sic Colarbas Hæreticus circa annum Domini 150, Jeſum à Chriſto divellebat. Iſti Monachi, *Ieſuvitæ (antiphraſticè) Societas Ieſu (blaſphemè)* vocati, quanquam in Scholaſtica inſtitutione & Philoſophia præter alios fideles Præceptores, nihil extraordinarium habeant, quin etiam ſub prætextu magiæ naturalis, magiam diabolicam, in abſtruſioribus ſtudiis ſuis, tractent, juventutis ingenia, ad quæ facinora adhiberi poſſint, variè exerceant, explorent, in eoque meri ipſius Diaboli diſcipuli ſint: in Theologia, non prorſus ignari, penes quem veritas reperiatur, ultrò contra conſcientiam, Papæ ſub prætextu Eccleſiæ, mordicus adhæreant, adeoque miſeri Satellites & mancipia Antichriſti ſerviliter maneant: in praxi Ethica, Juridica, & Politica, non niſi Hypocritæ, ſimulatores, Machiavelliſtæ, deceptores, iniquiſſimi rerum perverſores, ac turbones, moribus & artibus Phariſæorum, &

Ieſuitarum proprietas.

Ee 2 peſſi-

Digitized by Google

peſſimorum Hæreticorum inſignes, Aularum peſtes, & verè fidelium hoſtes, exiſtant: tamen, quia *mundus vult decipi, & jam proh dolor deceptus eſt*, apud pleroſque omnes hujus ſeculi filios, in admiratione, in magno honore, quaſi optimi Informatores, optimi Præceptores, optimi Conſiliarii & Theologi habentur. Et vulgò exiſtimatur: Juventutem Chriſtianam, nullibi meliùs ac feliciùs à quoquam, in moribus, in Literis, in ipſa etiam religione, inſtitui, atque apud Jeſuitas iſtos, in ipſorum Collegiis, & clauſtris ſubterraneis. Quocirca Collegia ipſis in amæniſſimis locis extruuntur, illi introducuntur, & incolæ terrarum, non inferiores tantum, ſed etiam Nobiles, Barones, Comites, Principes, imo ipſi Reges, ſobolem ſuam, filios ſuos, ipſis informandos committunt, aut eorum diſcipulos, in Aulas ſuas, Pædagogos, Ephoros, mox etiam ſibi Conſiliarios, & Præfectos, adſciſcunt, maximum operæ pretium ſe facere putantès, ſi ita agant. Sæpè etiam præteritis aut remotis, rerum peritiſſimis, juſtitiæ adminiſtrandæ ſtudioſiſſimis, & fideliſſimis, Patriotis, Proceribus gentium, & Conſiliariis Politicis moderatis, aut concionatoribus, prudentioribus, veri tenacioribus, ſoli Jeſuitæ aut eorum ſocii, & diſcipuli, temerarii, audaciſſimi, & aſtutiſſimi, acceptantur, & in loca digniſſimorum indigniſſimi ſurrogantur: concionantur, & ad conſilia deliberationeſque adhibentur. At ſic fomites calamitatum, cauſæque malorum horum conſciſcuntur.

Illi enim intromiſſi, provecti, & in delectatione poſiti, pro lubitu, animos non tantum juventutis, ſed & parentum, Magnatum Beneficorum, & Regum corrumpunt, ſuis artibus imbuunt & faſcinant, ſuis ſimulationibus ſeſe magis ac magis inſinuant, bonos exoſos reddunt. In Theologia certè, Romanum illum, jam detectum & ſatis notum Antichriſtum, non talem, qualis jam eſt & quid operatur, ſed, qualis qualis ille ſit, & quicquid etiam deterius agat, pòrrò, *ſanctiſſimum Dominum, ſanctiſſimum Patrem, Chriſtum Dei, Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri, Apoſtolum, ſummum Sacerdotem, Pontificem Maximum, Vniverſalem, totius orbis Dominum, Eccleſiæ Sponſum, Caput, & Paſtorem verum, ejus aſſeclas & complices, Eccleſiam Catholicam unicam veram, & Traditiones ipſius Religionem ſolam ſalvificam, ideoque omnibus ei adhærendum eſſe, qui ſalvari volunt*, prædicant & ſcriptitant; Reliquos Chriſtianos omnes qualeſcunque illi ſint, puriſſimi Orthodoxi, Euangelici veriſſimi, non niſi Hæreticos, Schiſmaticos,

cos,

Digitized by Google

os, igne ferroque exſtirpandos, armis opprimendos, ad ravim uſque clamitant, in utramque partem perverſiſſimè loquuntur. In Philoſophia & vita non ſimplicem veritatem ſequuntur, aut evolvunt, ſed omnia Sophiſticis Ariſtotelicis & Scholaſticis, tricis, ſubtilitatibus, æquivocationibus involvunt, incertaque reddunt: nec ipſas virtutes in hominibus requiri, ſed ſimilitudines virtutum ſufficere putant: unde, nulli inter ipſos, revera boni, juſti, candidi, ſed ſimulachra bonorum, mali, iniqui, nigri, ac monſtra reperiuntur. atque ita ſpiritus iſti, ſimiles ranis, ſuſurrones, ſuis ſuſurris & coaxationibus, omnia pervertentes, ac falſantes, ad Reges terræ & totius mundi, abeunt, ſe ſuumque Papam inſinuant, commendant, puriores Chriſtianos in odium adducunt, calumniis conſpurcant, animos & enſes Tyrannorum alioqui ſatis corruptorum, acuunt, ut illos ad prælium magni illius diei Dei omnipotentis, congregent, ad bella nimirum Eccleſiæ Dei inferenda, & ſanguinem humanum fundendum incitent. Sic igitur bellorum omnium & hujus, tubæ faceſque propriè exiſtunt. Quod ſicubi alias, certè in Bohemia, maximè his temporibus, præſtiterunt, & alios etiam Monachos, ac Papicolas, ad idem animarunt, & concitarunt. *Nam cùm Ieſuitæ adhuc in Bohemia non eſſent, vel in clauſtris ſuis latere cogerentur, atque à Rudolpho II, Imperatore, in Aulam vel in conſpectum ſuum planè non admitterentur, tùm reliquiæ Papiſtarum, utcunque tranquillitati operam dederunt, & Chriſtianos minùs perſecuti ſunt. Sed poſtquam Secta illa introducta fuit, ſeque ipſam nimium laudavit, & quidam cives ac proceres regni, Baroneſque ſuos filios, iſtis informandos tradiderunt, ipſeque Matthias Imperator, cum Ferdinando, ſpretis ac neglectis, imo etiam remotis Patriotis, Procerum optimis, revera prudentibus & idoneis Conſiliariis, Ieſuitas peregrinos, aut à Ieſuitis inſtitutos, vel potius corruptos, juvenes in ſinum admiſerunt, in delitiis habuerunt, eorumque conſiliis & artibus, & inſtigationibus, regere cœperunt: tum bellum hoc omnino conflatum eſt.* Unde etiam Ordines Regni, Jeſuitas, tanquam belli hujus incentores proſcripſerunt. Quum primum in Bohemiam Anno 1547 duo Jeſuitæ Ferdinando primo, quaſi donum aliquod miſſi fuerunt, miraculum in Sole occidente apparuit: Monachus niger habitu Jeſuitico, ceu » monſtrum ingens, corpus Solis perreptavit, atque Occidentem to- » tum ferè obſcuravit. Quod obſervans Mathematicus Ferdinandi » primi, explicuit à Monachis ejuſmodi, Solem juſtitiæ & vigoris »

Studia Ieſuitarum perverſa.

 Bohe-

Digitized by Google

Bohemici, cum occidente, obſcuratum iri. nec erat vanus Aruſpex: nam duo quamvis ab initio venerint, & nihil ab ipſis metuendum videretur, tamen antequam centum anni complerentur, ita creverunt, ut omnem Euangelii lucem, & Solem juſtitiæ Chriſtum cum ſua doctrina, & Juſtificatione gratuita, in Bohemia obſcurarint, omnes Euangelii Præcones, & auditores è Patria ejici fecerint: Deus prohibeat ne tantum in toto occidente poſſint, quemadmodum bellum hoc ab ipſis conflatum, & fervens, non nihil occidenti minatur. Non tantùm autem Reges adeunt, & ad bella concitant, miſerumque genus mortale in mutuas cædes armant, accendunt, ſed etiam Regibus illis, formidabiles & exitiales ſunt. Si qui enim mendacia ipſorum acceptare, & conſilia exſequi abnuant, eorum Regna familiaſque, dæmoniorum inſtar, inquietare, perturbare, & Reges ipſos per ſicarios necare conſueverunt. Sicuti, quia Rudolphus Imperator, eorum ſuſurris aurem commodare dedignabatur, Matthiam fratrem, & alios Auſtriacos adverſum ipſum, indigniſſimè conſpirare fecerunt, & ſatis turbarum dederunt, Imperioque deturbaſſent, niſi fides Bohemorum, ipſis contraria, Rudolpho ſervata, obſtitiſſet. Quid in Gallia egerint, & quibus artibus vel cauſis etiam Reges Henricos, per emiſſarios ſuos vulnerarint, imò confoderint, & occiderint, atque ſtatum Regni toties perturbarint, Hiſtoriæ & magni libri lamentabiliter docent, & ad ſtuporem uſque mirari ſubit, cur tales etiamnum ibi tolerentur, qui merito ejecti erant! & in libro de reſtitutione in Regno Galliæ Jeſuitarum, intelligatur, *Doctrinam eorum eſſe: Licere non probatum à Papa Principem, quavis ratione è medio tollere?* Quid in Anglia, tot conſpirationibus, adverſus Reginas, Reges, & omnes ſtatus, etiam pulverariis proditionibus, ac flammis effecerint, aut meriti ſint: plurima ſcripta, edicta etiam Regis Jacobi docent! & licet nonnulli pœnas ſcelerum luerint, tamen martyres vocari voluerunt. ac reliqui porrò ſcribunt: *Clerici rebellionem non eſſe crimen læſæ Majeſtatis, quia non eſt ſubditus Regi.* Et religionem iſtorum irreligioſam planè nullius pudet, aut pœnitet ſceleratiſſimi facinoris, quod in commodum Romani Antichriſti cedat: quin etiam Religio ipſorum tota, impoſturis, perjuriis, ſeditionibus, cædibus & bellis nefandis, colitur & propagatur, ut à Chriſtiana prorſus alia eſſe oſtendatur, ut Povelus & alii Scriptores Angli demonſtrant. Quid verò ſapien-

Digitized by Google

pientiſſimi illi *Veneti*, cauſarum habuerint, quamobrem *turbones & hypocritas illos, è ſua optimè morata Republica ejecerint, & viciſſim recipere nolint*, eorum edicta & Hiſtoriæ uberrimæ docent, & laconicè innuunt: *eos religioſos inveniri, non ſecundum eſſe, ſed ſecundum dici.* Sed & Monachos ferè omnes ceu ventres ignavos, iſthæc Secta inſectatur, culinis ipſorum inſidiatur, & reditus nonnullorum, ad ſe transferri efficit, unde & inter ipſos pugnæ, turbæ & inteſtina bella. Jeſuitarum viciſſim hypocriſin, & creſcentem potentiam rodunt, Capucini, Franciſcani ſcilicet reformati, & res ad novas turbas vergit. Nam Pragæ annis 1625, 1626, cùm Jeſuitæ pro concione dictarent; *ſe in cœlis fuiſſe, & inter omnes Ordines, nullum ibi Capucinum vidiſſe: ideò eos oportere in inferno eſſe*; viciſſim Capucinus, in ſua concione regeſſit, *ſe per ecſtaſin in inferno fuiſſe, & in communibus ibi tormentis nullum Ieſuitam vidiſſe, eoque valde miratum eſſe*, cùm Scriptura tam inſignes Hypocritas quales ſint Jeſuitæ, à conſpectu Dei arceat, ac cœlo excludat, ubinam illi agant? donec miniſter quidam infernalis, prehenſa manu ſibi in infimo baratro carcerem quendam abſtruſiſſimum, illis ob abſtruſiora ſtudia reſervatum, ſeris penſilibus, ac vectibus ferreis, inſigniter munitum oſtenderet, & pauliſper aperiret, ubi Jeſuitæ, Patres, & Filii, magnis catenis vincti, & clavis affixi, horrendum ſtridorem dentium edunt. rogaſſe igitur diligenter, ecquid hoc ſibi velit? illumque reſpondiſſe: *Plutoni acta Ieſuitarum ſatis nota eſſe, quomodo orbem terrarum concutiant, & perturbent, ideoque in arctiori cuſtodia eos habere, ne ſi liberè inter alios vagarentur, totum infernum quoque conturbarent & concuterent.* Qui certè Apologus majori cum applauſu exceptus eſt quam acuta Jeſuitica concio. inprimis quod Jeſuita circa idem tempus è ſuggeſtu gloriari non dubitarit: *quemadmodum faber ferarius horologium conſtruit, & intendit, ut procedat, ac horas ſonet, ita ſe ſuoſque omnino hoc bellum conflaſſe atque intendiſſe, ut tam feliciter in uſum Eccleſiæ Catholicæ ſcilicet procedat, & Hæreticos quatiendo, ſonet.* ubi habent Bohemi confitentes reos. *quilibet videt qui ſint belli hujus & tantarum calamitatum rei.* Quod enim nequiſſimi iſti, in cenſura Colonienſi ex animo optarint, ut Lutherus ſtatim in principio quando Eccleſiam Romanam oppugnare cœpit, è medio ſublatus fuiſſet, hoc etiamnum omnibus Euangelicis optant, & intentant, eoque turbas, bella, & vaſtationes, per ſibi addictos, efficiunt, ac per Maffæum ſuum in Commentario ſuper

Monachorum fabulæ de Ieſuitis.

Ieſuitarum effecta.

Digitized by Google

ſuper Epiſtolam Judæ rugiunt: *non videre ſe aliud conſilium, vindicandæ libertatis, & autoritatis Eccleſiæ Romanæ, quam ut urbes Hæreticorum funditus primum evertantur.* Alius quidam, Roſraſſowsky: *Libertates gentium & Rerumpublicarum eſſe latibula hæreſium, eoque auferendas, & ſic hæreticos opprimendos, quia non digni ſint, qui Solis luce fruantur, quibus Papa inimicus eſt.* Quam igitur obſecro pacem aut ſecuritatem ab iis ſperare poterunt Chriſtiani, quibus Papa ob Euangelium infenſiſſimus eſt? niſi bella & excidia, quorum jam videmus initia? Nec contemnendæ ſunt iſtorum machinationes; Bohemi multi ſpreverunt; ſed jam ſerò excutere nituntur:

Vicinos faciant aliena pericula cautos.

Sicut enim Phariſæi, è patre Diabolo orti, & tandem Chriſaphius aliique Hæretici, Ariani, Eutychiani, eorumque Patroni, etſi nullam juſtam cauſam haberent, cur Chriſtum, Apoſtolos, & alios fideles, perſequerentur, nec eorum tanta potentia eſſe videretur, ut Eccleſiæ multum damni dare poſſent; tamen aſſiduò, mare & aridam circumibant, ut ſibi proſelytos filios gehennæ conquirerent, *& in Aulis Imperatorum ac Præfectorum, & in Gynacæis gratiam aucupantes*, ſeſe tam diu inſinuabant, ſuas leges crepabant, & Chriſtum, Apoſtolos, omneſque Orthodoxos errorum, ſeditionum, rebellionum, hæreſium, & aliorum ſcelerum inſimulabant, accuſabant, & quod ſecundum Legem ipſorum Chriſtus morti tradendus ſit, poſtulabant, utramque aurem Judicum occupabant, veritati nullum locum relinquebant, fidelium neminem ad Imperatores intromitti curabant, donec eo perducerent, ut Chriſtus crucifigeretur, Apoſtoli ceu turbatores mundi mactarentur, & adverſus alios fideles, perſecutiones & bella moverentur, ut ſacræ & Eccleſ. Hiſtor. referunt. *Ita hi*, ex ore Draconis prodeuntes, iis artibus, cum ſuis Patronis, ac Chriſaphiis, inſtructiſſimi ſpiritus, *non ſolum maria terraſque obeunt, ad Reges Indiæ, Perſiæ, Americæ, Africæ, proficiſcuntur, ſed in omnibus præcipuis Aulis, Gynaceis, ſeſe inſinuando, gratiam aucupādo, ſummis ſtudiis hoc agunt*, ut aliquem proſelytum, Papæ & gehennæ mancipium efficiant, ſe ſolos cum Papa commendent, Chriſtianos Orthodoxos hæreſium, rebellionis falſiſſimè accuſent, & ita exoſos reddant, ut illi amplius in aulis audiri, ſeque purgare non poſſint, ſed ad cruces, rogos, perſecutiones condemnentur, belliſque planè è terra viventium deleantur, excidiove tradantur. Nec uſquam ceſſant, ſed hac ratione bellō-

Digitized by Google

bellorum, malorumque cauſæ exiſtunt. ut olim, non Chriſtus, & fideles ipſius; ſed Phariſæi, & illi verè Hæretici, Eccleſiaſtici, & Aulici ſeducti: *Infelicia Regna, Provinciæ, & Reſpublicæ, in quibus tam improba monſtra circumquaque obambulant, & corpora quibus tale venenum infunditur, reſque vilis extollitur, inter filios hominum.* Pſal. 2. verſ. 9. Nec dubium eſt, quin adhuc Regnis & Chriſtianitati, atque optimis viris plurima damna daturi ſint; tamen acceptari & provehi, intra muroſque munitionum Collegiis firmari, atque equos Trojanos, mœnibus dejectis, induci, omnibus conſtat. cum Hyænas, Lupos, & Beſtias, nigros, ac peſtes, ejuſmodi omnes abigere, omnibus amuletis, artibus & viribus debeant, qui ſeduci, inquietari, bellis implicari, & vaſtari, ac perdi nolunt. Pſalm. 101.

Octava tanti belli in Chriſtianitate, & pernicioſiſſimorum quæ ſequuntur malorum ac deſolationum, *Cauſa* eſt: *violenta Concilii Tridentini executio.* quod Concilium à Papa Romano indictum, Papicolæ ab anno Chriſti 1545, ad annum ferè 1564, Tridenti in finibus Italiæ, ac ſi ex illis ſolis generale Concilium Chriſtianum convocari & haberi, legitimè poſſit, malitioſè celebrarunt: &, dici nequit: Hiſtorici Chriſtiani, & Scriptores rerum iſtarum, liberè tradant: quantis abominationibus veritatem Religionis fœdarunt, atque urbem ipſam ſcortationibus polluerunt. In recuſatione Concilii Tridentini à Proteſtantibus, tum facta, *Illuſtriſſime*, mira videbis. Summa eſt: renaſcentem ac poſtliminio relucentem ſalvificam Euangelii lucem excindere, aut ſaltem tenebris multitudinis ſuæ obſcurare, at ſuas planè damnabiles, idolomanias, conſuetudines, & traditiones ſtabilire conati ſunt. Quemadmodùm enim in ingreſſu & prima Antichriſti inveſtitura *ſuſceptum*, *UNIVERSALIS*, *titulum, poſt annum Domini 606, Papa cum aliquot Epiſcopis ſuis Italis, Concilio Romæ coacto, promulgarunt, & quaſi Lege univerſali ac perpetua ſibi firmare voluerunt*, aut quaſi Concilio totius Chriſtianitatis ratum, tandem uſurpare, jugum Antichriſti, hoc pacto cervicibus ſuis attrahere, aliiſque imponere auſi ſunt, reliquis Epiſcopis ac Doctoribus Chriſtianis, quibus melior ſententia menti, tum in Italia, tum Conſtantinopoli, ac hinc inde per orbem, reclamantibus, ac magnopere factum execrantibus: *Ita hic veluti in conſummatione ac coronatione Antichriſtianiſmi*, nequicquam recuſantibus, ac reclamantibus Euangelicis, illi ſuum Pontificem & ſeipſos,

VIII. *Cōcilii Tridētini executio.*

ſeipſos, quaſi æterna Lege & Concilio generali, totius Chriſtianitatis, confirmant, abſolvunt, *Illum, ſanctiſſimum Dominum noſtrum, (ut jam non unum Dominum habeat Eccleſia) ſed illum ſervum ſervorum, toties pro Domino; hominem peccati, pro ſanctiſſimo ſuo appellant: ipſius omnia Decreta, Iura, Traditiones, & conſuetudines Sacræ Scripturæ exæquant: ipſum cum Aſſeclis & mancipiis ſuis, pro Eccleſia Catholica ſupponunt, & ſupra Verbum Dei, ac totam Scripturam collocant, ipſius omnes errores, idololatrias, & placita pro ſanctis Apoſtolicis conſtitutionibus aſſerunt, ac quod ipſe ſtatuerit, approbaritque, qualecunque ſit, in eo errare non poſſe, hoc ſolum Religionem ſalvificam eſſe, damnabiliter affirmant: ad illudque amplectendum, omnes homines obligare nituntur*: ex adverſo autem, *Religionem Chriſtianam*, Verbo & inſtitutione Chriſti ſanctam, *Hæreticam eſſe pronunciant*; Verbum Dei, autoritati & ſenſui Papæ mancipant: Doctrinam Euangelicam ſolam ſalvificam, de juſtificatione ex fide, item de certitudine ſalutis, & aliis compluribus Articulis, blaſphemis anathematiſmis conſpuunt: quotquot *doctrinæ* atque inſtitutioni Chriſti, & ſimplicitati, quæ eſt in *Chriſto*, cum primitiva Eccleſia, adhærent, aut corruptelas invectas, ceremoniaſque ſuperfluas, ad exemplum primitivorum reformant, eos omnes iniquiſſimè pro Hæreticis, igne ferroque tollendis, edicunt: *& quemadmodum, Verbo Dei, Scripturæque, traditiones Paparum adjiciunt, ita Symbolo Apoſtolico, ejuſque duodecim Articulis, alios duodecim aut plures de Primatu, ac Dominatu Papæ, de Indulgentiis, de Sanctorum invocatione, & de conſuetudinibus ſuis omnibus, addunt, atque ad fidem iis habendam, obſervantiamque præſtandam, omnes ad officia Eccleſiaſtica promotos, atroci juramento aſtringunt*: adeoque in ſumma, jugo Chriſti ſuavi excuſſo, jugum Antichriſti, ſi carni delectabile, animæ planè damnabile, Chriſtianis injiciunt. uti Chemnicius, Calvinus, Leonellus, Sharpius, aliique milleni Scriptores oſtendunt. Hæc acta, hanc plenariam à Chriſtianiſmo in Antichriſtianiſmum tranſitionem, Papiſtæ veluti rem ad ſalutem neceſſariam, ſacratiſſimam, & pientiſſimam, generali Concilio, & Lege univerſali totius Chriſtianitatis ſtatutam & confirmatam, urgent. Verùm ſicuti alias quicquid delirant, quoſquos errores errant, & quicquid impiè, iniquiſſimè, crudeliſſimè, idololatræ, adverſus pios & fideles agunt, ne præter jus, & æquitatem, facere videantur, ipſimet in hunc uſum, ſibi ſuas condidere, Leges, Canones, & Conſtitutiones, etiam extravagantes

Quid in eo decretum.

Digitized by Google

vagantes Decretales, & eas ſuis Conciliabulis, quaſi legitimis Chriſtianorum Conciliis, ſtabilitum iverunt, quaſi jam omnia [illegible]re & ſanctè obſervent, & agant. Ita hoc quoque Concilio Tridentino fecerunt: omnia ſua ipſimet approbarunt, & confirmarunt, quaſi cum Spiritu Sancto, univerſa Catholica Eccleſia, hæc omnia credat, & obſervet, & urgeat, ac ſi quicunque non per omnia, cum iſtis conſentiunt, aut illis contradicunt, æternum damnati ſint: unde & in Decretalibus ſuis tonant: *Quicunque aliter ſentire non metuunt, quam Romana Eccleſia prædicat & obſervat, declarantur vinculo perpetui anathematis innodati, & ſecularis poteſtatis arbitrio puniendi.* Quaſi rem probè & divinitus judicatam habeant, cætera jam armis & vi gerenda. *quod equidem magnum eſt compendium, quo multo, ipſiſque admodum ingrato, imo prorſus impoſſibili, probandæ ſuæ doctrinæ & Catholicæ Eccleſiæ, labore levantur, atque hoc unicum jam illis relictum eſſe videtur.* Quæ omnia cùm adeò horrenda, atque Antichriſtiana ſint, ut ea nemo Chriſtianorum amplectatur: illi de executione iſtius Concilii, & omnium ſtatutorum ac conſiliorum ſuorum, maximè ſoliciti ſunt. Quibus artibus & rationibus? videantur *Sanctiora ejus Concilii Tridentini Decreta, occultiſſimè quidem apud illos habenda, ſed tandem nihilominùs detecta, & cum Commentario, in quarto, publicata.* Ubi Papa Idololatra *Brachium ſeculare invocat*, ſuis & Epiſcoporum viribus diffidens, *Hiſpanum, Cæſarem, & omnes Reges ac Principes, Vaſallos ſuos, undiquaque cogit, ſolicitat, obligat, ut conjunctis artibus & viribus, omnia in Chriſtianitate, ad exemplum Romanæ modernæ Eccleſiæ, & ad normam iſtius Concilii reforment:* Sicubi claves Petri, autoritatis Eccleſiæ ebuccinationes, prenſationes, pollicitationes, artificioſæ comminationes, & Jeſuitarum ac Monachorum ſtudia, fraudes, & artes, non ſufficiant: *ecce duo gladii cum gladio Pauli, vibrentur:* Imperatores, & Reges, Seculares, externam vim & arma adhibeant: Euangelicos & Proteſtantes omnes, Hæreticos vocent: ad abjiciendam Scripturam, Euangelii lucem, & omnem primitivarum Eccleſiarum ſimplicitatem, adeoque ipſam Religionem Chriſtianam, terrore Majeſtatis, ſcilicet, Catholicæ, & armorum invictiſſimorum, urgeant, adigant, ad ſuſcipiendam verò Religionis Papiſticæ formam, & Concilii Tridentini normam, etiamſi idololatrica, erronea, & prorſus Antichriſtiana ſit, ubi poſſunt, cogant: invitos & immorigeros, rebellionis condemnent, igne ferro perſequantur, in

Secreta Decreta.

Digitized by Google

exilia ſpoliatos pellant, Provincias, Urbes, Templa ipſorum, oc-
cupent, illos bannis feriant, & denique prorſus è medio tollant, &
excidiis tradant: ut deletis illis, ſola Papalis unica Eccleſia maneat,
in æternum. Sicuti hæc, exitialia conſilia, & conamina iſtorum,
quomodò Regnum Bohemiæ, quomodò Imperium, quomodò om-
nia Hæreticorum Regna, & Provincias, conturbare, in diſcordiam
adducere, ad bella incitare, provocare, aliis quam legitimis Domi-
nis, adjudicare, ac tandem ipſi ſucceſſivè invadere & occupare,
adeòque Papæ mancipare, & Concilium iſtud exequi, queant, *in
occultioribus illis Concilii Tridentini Decretis, in aliorum etiam libris, &
praxi quotidiana, ac Ieſuitarum ſolertia,* manifeſtè habentur: in quibus
etiam libertates Gentium & Rerumpublicarum, latibula Hære-
ſium, vocantur, quæ ſi auferantur, aut diruantur, Hæreticos denu-
datum & illico extirpatum, iri inſinuatur. Etſi verò tùm Ferdinan-
dus Bavarus, & alii complures Pontificii Principes, per ſuos in
Concilio hoc intercederunt, *ut Cœna Domini integrè, populo Chriſtiano
adminiſtretur, & Eccleſia meliùs reformetur*: tamen à ſuperbia Papali,
nihil obtinere potuerunt, qui juſta mandare debuerunt, niſi hac
conditione, *ſi in cæteris omnibus, ſimpliciter, omnes Papæ ſubeſſe, ejuſque
jugo, & placitis, regi velint.* Cùm Chriſtiani libertatem ſuam in Chri-
ſto, unica re vendere, quæ res etiam ſibi à Chriſto inſtituta & tra-
dita eſt, nullo modo poſſint, nec teneantur. Nihilominùs Papico-
læ, cæcâ obedientiâ illius Papæ ducti, ſine cujus nutu & aſſenſu, in
hoc Concilio nihil concludere voluerunt, nec etiamnum agere au-
dent, factis, Ligis (ſcilicet) ſacris, & conſpirationibus, ad execu-
Papiſtæ ſummis ſtudiis quo tẽdant. tionem ejus Concilii & placitorum accincti ſunt: ad eamque adeò
fervidè ruunt & contendunt, *ut præcipua quæque horum intentio, & actio
ſit: Concilii Tridentini executio.* Nec aliter volunt, etiam ſi extrema
ſanguinis humani gutta, profundenda, & cum jactura ſalutis, om-
nia ubique bellis vaſtanda, & perdenda ſint: & Provinciæ Chri-
ſtianæ, potiùs horrida deſerta, jacere, quam Hæreticos (*videlicet*)
alere debeant. Hæc finalis & peremptoria horum ſententia eſt.
Quocirca Bellarminus hoc Concilium, *Generale Vltimum*, eſſe ſcri-
bit, *quia illis jam ad finem mundi aliter Religionem diſpicere, aut aliter ju-
dicare, vel agere, animus non ſit.* Et Papa Pius IV, Anno 1546, Bul-
la, quam Scripturæ æquat, hoc in perpetuum confirmat ac ratum
facit, cùm poſt publicationem Concilii Tridentini, Bullam revo-
cato-

Digitized by Google

catoriam, omnium indultorum in præjudicium dicti Concilii, promulgans ait: *Pacta, Conventa, Statuta omnia in his in quibus Decretis Concilii contrariantur, ipſo jure revocata, caſſata, & annulata, ac ad ipſius Concilii terminos, atque limites redacta ſunt, & eſſe cenſentur.* Ubi profecto, Germani, etiam Tranſactio Paſſavica, qua Religionis pax & Imperii libertas, & videbatur ſtabilita, cum Actis circa confeſſionem Auguſtanam, in Comitiis ſive præcedentibus, ſive ſubſequentibus, intelligitur, & dum Papicolæ vires collegerint, ad limites & regulas ejus Concilii redigitur, adeoque de vobis etiam ad amuſſim Papæ reſecandis, agitur. *Ea tyrannis atque executio Concilii Tridentini, cùm in Bohemia variis modis quæreretur*, & attentaretur, hinc inde Chriſtiani premerentur, Papiſtæ paulatim erigerentur, *hoc bellum omnino conflatum eſt, & hæc ejus cauſa propriiſſima habetur.* alibi in orbe idem operatura. Nam in Bohemia, liberum Religionis exercitium cum reliquis privilegiis, & libertatibus, ſatis erat, quondam *armis, tandem pactis, aſſertum, Regni ſtatutis, Literis Majeſtatis, Regum & Cæſarum verbis, juramentis, & Reverſalibus, confirmatum. at quid profuit?* Nunc perinde atque in aliis locis, prætenſionibus Auſtriacorum obnoxiis, iſti, non obſtantibus omnibus cautionibus, ſyncerationibus, ac capitulationibus, aut pactis in contrarium factis, Religionem Chriſtianam damnant, quaſi Hæreſin exſtirpant; at Pontificiam, ſolam ſalvificam eſſe, proclamant & introducunt: Procerum ac Defenſorum Religionis, ſub utraque, ſeu Euangelicæ dira executione Pragenſi, capita decutiunt: bona, Papicolis ſuis diſtribuunt: Miniſtros, & Auditores, atque Ordines Euangelicos, omnes, in exilia ejiciunt, imò jam ſi qui revertantur, patentibus, occiſioni deſtinant, in carceres compingunt, atque indies crudeliùs excidio tradunt. *Honeſtis, inhoneſtos, optimis, peſſimos, Chriſtianis, Antichriſtianos, fraude vi, ſubſtituunt.* ſicuti Concilium iſtud decrevit, & executio ejus urgetur. Papa caput hujus mali, aſſiduè Legatos ſuos à latere Principum & Regum habet, eoſque ad conficiendum hoc damnatiſſimum negotium, incitat, *ſicuti Carolus Carapha*, Legatus Papæ, ſemper à latere Ferdinando II hærens, *non diffitetur, ubi Cæſar deliberant: num tantam deformationem ſuſcipere, & omnes Hæreticos, Miniſtros, & Ordines, proſcribere, tutum aut humanum ſit? ſe autoritate Pontificiâ, illum ad iſta omnia animare, & ſolicitare,* Nec aliud certè in Sileſia, Moravia, Auſtria, Hungaria, Styria, Carinthia, Carniola,

Papæ ad executionē Cōcilii hujus incitarunt.

 & alibi

Digitized by Google

& alibi etiam in Germania, quicquid cautionum habuerint, agitur, aut agetur, modo Papiſtis illis carnificibus, vires, & occaſiones, ſuppetant. Qui hic non alio quam falſiſſimo & tyrannico illo fundamento, nituntur, *quaſi Concilia ipſorum, in primis illud Tridentinum, non errent, ſed omnia ex Divino Spiritu ſtatuant: omneſque alias pactiones, aut Capitulationes, & cautiones, ipſo jure, nullas, irritas eſſe, jamque ampliùs nullo pacto, vel juramento, confirmari poſſe, aut fidem ipſis factam ſervari debere, credunt*: inde, nec laboribus improbis, nec ſumptibus, nec ſanguinibus propriis, miſeri parcunt. Cùm ea, Catholica quædam dementis mundi, deceptio ac faſcinatio ſit: dumque hoc agitur, ubique cauſæ bellorum exiſtunt: infeliciſſimi qui Diabolo & mancipiis ejus, in re damnabili ſerviunt. Non ita, Chriſtus, aut Apoſtoli, aut Patres Eccleſiæ Primitivæ, Concilia celebrarunt, eorumque executione, rogis, bellis, errantes, Hæreticos ſuſtulerunt: *Sed Synagoga malignantium, & conſpirationes, Phariſæorum, Arianorum, Eutychianorum, Hæreticorum, ad excindendum Chriſtum, & fideles ipſius, hujuſmodi Concilia, agitarunt, & executioni mandarunt. Egregiè illos, hi, modo legantur Hiſtoria priſcæ, & conferantur cum hiſce, imitantur*: ſed ne nunc quidem multitudo errantium prƺſtat errori patrocinium. Nec res verſatur extra erroris periculum, & ſtipendium: cùm Papa & eorum complices ſemet ipſos, & ſuorum Decreta, in Conciliis ſuis, invicem damnarint: & Bellarminus ipſe, quædam Concilia Papalia, Tridentino frequentiora, ſcribit eſſe: partim approbata, *partim reprobata. quâ igitur illa exequi poſſunt conſcientia?* Exercitus iſtiuſmodi Sacerdotum Antichriſto præparari, dudum viderunt Majores, & modus hic executionis omnino Antichriſto cum ultimorum dierum bellis reſervatus eſt, ut ſorex ſuo ſe judicio prodat. Nec jam pluribus opus eſt verbis, ubi adſunt rerum teſtimonia. Mihi ſufficit cum omnibus dixiſſe: *Executionem Concilii Tridentini in Bohemia fuiſſe, & etiamnum eſſe belli hujus, & complurium, Cauſam.*

Cõcilii Tridẽtini fructus.

IX.
Hiſpanorũ & Auſtriacorum diſpoſitio.

Nona tanti belli & tantorum malorum *Cauſa* eſt, *Auſtriacorum & Hiſpanorum diſpoſitio & inſolentia.* Qui, etſi illius *Servi ſervorum & nequiſſimorum ejus Satellitum, ac Mancipiorum cernui ſervitores, atque peſſimorum illorum Conciliorum & Conſiliorum meri executores maneant*; tamen altiſſima volvunt, & omnium aliorum maximè Chriſtianorum Domini eſſe volunt. Quaſi à Deo & Natura, illi ſoli diſpoſiti & formati ſint, eò, ut ex illis Reges & Imperatores, ac Domini totius

Digitized by Google

tius orbis & omnium gentium, vel certè Chriſtianorum, aſſumantur, & conſtituantur. Quocirca ipſimet è ſua familia ſibi caput & columen domus ſuæ ſeligere conſueverunt, quod tandem ſemper in Imperatorem Chriſtianum, ac neminem alium omnibus conatibus provehant: & quicquid cum Papa credant aut agant, ſoli Catholici Chriſtiani audiant, imò Majeſtas Catholica ſalutentur, & rebus Chriſtianorum illi ſoli præſint: ac, *ſi non Monarchiam aliquam novam, viſionibus etiam Propheticis ignotam, ſuper orbem, tum certè autoritatem & dignitatem ſummam ſuper omnem, quæ in mundo eſt, Chriſtianam fraternitatem, obtineant,* qua non tantum Politiis aut rebus externis, ſed etiam Eccleſiis & conſcientiis omnium, dominentur, imperitent, & jugum ſuum injiciant. Si qui libertatem Chriſtianam & avitam obſervant, eos iſti tanquam *Rebelles* condemnent, & bellis affligant: donec oppreſſà libertate, & immunitatibus ac privilegiis omnium Familiarum, Regum, Principum, Dynaſtarum, Gentium, & Rerumpublicarum, maximè ſuffocata luce Euangelii, in gratiam Papæ, illi ſoli rerum potiantur, reliquos omnes quà Ethnicos, qua Chriſtianos, ad ſervitia ſibi & oſcula pedum Papæ deprimant, ac cogant: Conſtantiores Euangelicos omnes ceu Hæreticos, jure quodam damnatos, patriis eorum ſedibus ejiciant, crudeliſſimis ſuppliciis afficiant, ac penitus deleant: ſoli tandem nemine monente vel contradicente, pro libidine regnent: Pontificem Romanum ſcilicet indulgentiſſimum Patrem atque unum Paſtorem ſupra ſe habeant, cui nimirum tales filii & oviculæ in deliciis, quibus per indulgentias ſuas omnia mortalia & crudeliſſima ſcelera facilè condonare poſſet, quem ideo ceu Vice-Deum colant, ac placita ipſius adorent, etiamſi idololatrę exiſtant, & adeò veniam nunquam impetrare queant, aut ſtudeant. Sicuti hujuſmodi iſtorum præſumptiones, Ligæ, conatus, & actiones, paſſim notæ ſunt, quoque magis gliſcunt, eo magis bellorum cauſæ exiſtunt. Utque compendioſius illi ſcopum ſuum aſſequi atque inſolentiam ſuam explere valeant, quaſi non ſatis peccatorum ſit, tot myriadas Martyrum, tot tamque diris mortibus, equuleis, rogis, affeciſſe, tantos filiorum Dei choros trucidaſſe, *bellum aliquod magnum adverſus reliquos Chriſtianos in animo dudum habuerunt*, jam hac occaſione in Bohemia inchoaverunt, in Germania continuant, & in finitimis omnibus ad ſummum perducere laborant ac nituntur. Id quod ipſorum fœdera,

dera, conſilia occulta, tandem cognita evidenter oſtendunt: Vide enim quam confœderationẽ dudum etiam contra fratrem & agnatum ſuum, Imperatorem Chriſtianum, Rudolphum ejus nominis, ſecundum, inierint? Illorum verba ſunt: *Cùm rerum præſentium deplorato ſtatu, perdita jam penè Hungaria, & inclita Domus Auſtriaca Provinciis Hungariæ vicinis, devaſtatu, aliiſque multis de cauſis (proh dolor!) conſtet, ſacram Cæſaream Majeſtatem Dominum & Fratrem noſtrum obſervandum, ex quadam animi indiſpoſitione & infirmitate, quæ ſua periculoſa intervalla habet, in gubernatione Regnorum & Provinciarum, minùs ſufficientem & idoneum eſſe, ita ut iis à Deo ſibi commiſſis, eo quo par eſt modo, præeſſe nequeat: Hiſce aliiſque rationibus adducti, Nos, Matthias, Maximilianus, Ferdinandus, & Maximilianus Erneſtus, Archiduces Auſtriæ, Fratres & Patrueles, ingenti dolore permoti, à Nobis illud quod à DEO & NATURA conceſſum eſt, negligendum non eſſe, meritò conſiderantes: accelerandum Nobis Conventum hic Viennæ exiſtimavimus, ubi negotio hoc benè & maturè deliberato, nullum aliud remedium præſentius eſſe comperimus, quam ut vigore Pactorum & Tranſactionum inter Nos initarum, tum etiam hactenus laudabili à Majoribus Noſtris conſervata conſuetudine, & attenta Sacræ Cæſareæ Majeſtatis indiſpoſitione, ſuperiuſque commemorata infirmitate, Caput Nobis & Columen Domus noſtræ, nempe Archiducem Matthiam, ſecundum naturæ ordinem, & feliciſſimæ recordationis Avi Noſtri Imperatoris Ferdinandi, diſpoſitionem, Nobis in hac cauſa ſeligamus, & ore & corde unanimi conſtituamus: Sicut, tenore præſentium, omnes Nos, tam nomine noſtro, quam eorum, qui minores ſunt, omnem in eundem poteſtatem & autoritatem meliori quo poſſumus, modo conferimus: Et quicquid in negotio hoc arduo agendum deliberandumque ſit, apud Summum Pontificem, Dominum noſtrum clementiſſimum, quam etiam apud Sereniſſimum Hiſpaniarum Regem, ac Fratrem, & Patruelem noſtrum chariſſimum, Archiducem Albertum, alioſque Principes, Nos omnes ſimul firmum & ratum habituri ſumus: ita tamen, ut in quibuſcunque rebus, negotium hoc concernentibus, conſilio & opera noſtra indiguerit ad requiſitionem illius, ad ea omnia parati ſimus. Quod ſi etiam ſacrum Romanum Imperium, propter eaſdem cauſas allatas de eligendo Romanorum Rege deliberaret: Nos omnes in unicum hunc, quem natura poſt Imperatorem primum dedit, videlicet Archiducem Matthiam Fratrem & Patruelem noſtrum chariſſimum conatus noſtros impendemus, & alium nullum, quo ad nos, promovebimus. Attamen cùm ſine fideli & ſedula Conſiliariorum & Subditorum noſtrorum opera, tantum*

Cõſpiratio Auſtriacorum.

O! utinam moderni ita ut Rudolphus ille gubernent.

tam-

tamque grave negotium expediri commodè non poſſit: Nos eorundem ſecuritati non minùs hoc modo providendum eſſe putavimus, ut ad eorum majorem aſſecurationem, quotieſcunque opus, aut ab eorum uno vel pluribus petitum fuerit, illos in protectionem noſtram, à quocunque etiam noſtrum Literæ Securitatis datæ fuerint, Nos omnes Archiduces ſimul clementiſſimè recipiamus. Ea in ſupradictis rebus cunctis, noſtra expreſſa eſt Voluntas & Sententia. Quæ ut firma omnia & perpetuò rata ſint, Transactionem hanc manibus noſtris ſubſcripſimus, ac Secretioribus Sigillis comprobavimus. Actum Viennæ 25 Aprilis, Anno Salutis humanæ 1606. Matthias, Maximilianus, Ferdinandus, Maximilianus Erneſtus.

Ecce, Fœdus, Tranſactio! Conſilia quis omnia perſequatur? Excerpta quædam expendantur, ex Maximiliani Archiducis Conſilio Imperatori Matthiæ fratri dato Pragæ, 14 Martii, Anno 1616, ut illud ſæpiùs editum, & in Acta publica, Londorpii, part. 1. lib. 11. Germanicè relatum legitur.

Conſilia Auſtriacorum, & anhelationes.

Electio duplex eſt, Una in Romano Imperio, altera in Hæreditariis Regnis & Provintiis, &c. Quo ad primam, notorium eſt perveniri ad illam aliter non poſſe quam per conſuetam liberam electionem Electorum Imperii. Sed quia metuendum propter diverſa inter ipſos ſtudia, non ita facilè ad reſolutionem eligendi, nedum certam perſonam nominandi, illos adduci poſſe, idcircò neceſſe eſt, ut media inveniantur, per quæ ejuſmodi impedimenta removeantur. De his igitur ut loquar, hoc mihi occurrit. Quòd aurea Bulla, & vetus conſuetudo Imperii, certam viam monſtrant ac normam, ſi forte vis externa hoſtilis ingruat, aut interni motus exiſtant, aut alia magni momenti negotia, unde Imperii ſalus ac conſervatio pendeat, ſe offerant, ut tùm inprimis regens Imperator cum Electoribus tanquam cum intimis ſuis Senatoribus, propioribus membris, & præcipuis Imperii Columnis, deliberare ac conſultare debeat. Hoc quoque reperio, non ita difficile fore Cæſareæ Majeſtati Veſtræ, ut ſi non omnes, ſaltem pleroſque Electores ad laudabilem ſuam intentionem permovere poſſit. Quantum enim ad Eccleſiaſticos, abſque dubio illi inclinant, ut Cæſareæ Majeſtatis Veſtræ voluntati ſe conformaturi ſint, in quo propoſito ab Electore Moguntinenſi, ſine magno labore conſervari poterunt. Quantum ad Saxonem, ſcit Cæſarea Majeſtas Veſtra, quouſque ille à Moguntino Electore perductus ſit: cujus continuis adhortationibus, minimè ambigendum, quin etiam longius trahi poſſit: quamvis omninò perſuaſum habeam, illum ſua ſponte, nemini alii lubentius quam Cæſareæ Majeſtati Veſtræ, ut ab hac omnem gratiam mereatur, gratificaturum eſſe. Super hac

Digitized by Google

omnia, mea demiſſa, ac citra præſcriptum ſententia eſt: ut placeat Cæſareæ Majeſtati Veſtræ aucupari ultrò occaſionem veniendi quamprimùm ad ſingulare cum Electore Saxoniæ colloquium, quo ab ipſo obtineat, non tantum adſenſum ad ſucceſſionem vivente Cæſarea Majeſtate Veſtra, ſed etiam hanc apud reliquos Electores promovendam: cùm hac tamen conditione: ut omnimodo Cæſareæ Majeſtati Veſtræ, Deſignatio ſalva electione relinquatur libera. Et licet Saxo objiceret, quod prius in Imperio exorta difficultates removenda ſint: poſſet tamen ei ad animum revocari, quod gravamina de quibus nunc diſputetur, jam à multis annis agitata ſint, & tamen decretum fuerit, etiam vivente Imperatore ad electionem deſcendendum, quemadmodum etiam, iis non obſtantibus, ea feliciter peracta fuerit. Inſuper, ſuſpenſionem & moram electionis, nequaquam ad illa tollenda medium eſſe: ſed potius ea accumulaturam, maximè, ſi Imperium vacare contingeret, facilè etiam ad apertum bellum rem erupturam. Igitur ubi Cæſarea Majeſtas Veſtra una cum Electore Moguntino, continuationem iſtius negotii ſedulo & calidè urgebit, nullus dubito, quin Elector Saxoniæ cum Cæſarea Majeſtate Veſtra & Eccleſiaſticis Electoribus, facilè ad eandem ſententiam pronus ſit futurus. Simul etiam Cæſarea Majeſtas Veſtra reliquos duos ſeculares Electores, per gratos illis Legatos tentare poſſet, ut ad eundem ſcopum diſponerentur, & quouſque apud utrumque res perduci poſſet. Quod ſi totum Collegium unaniniter cum Cæſarea Majeſtate Veſtra conſentiret, res plana & expedita foret. Quamvis verò Palatinus & Brandeburgicus difficultates objecturi eſſent, modò Saxo & Eccleſiaſtici Electores in ſententia cum Cæſarea Majeſtate Veſtra perſtarent, ut dubitandum non eſt, eo caſu Cæſarea Majeſtas Veſtra Electorem Moguntinum requiret, ut more uſitato Conventum Electoribus indicat, in quo ad conſervandam communem in Imperio pacem conſultetur & ſtatuatur, quo pacto etiam vivente Cæſarea Majeſtate Veſtra, de ſucceſſione Imperio providendum ſit. Et licet alicubi ejuſmodi difficultates incidant, ut Electores perſonaliter non facile congregari queant, nihilominùs Cæſarea Majeſtas Veſtra intentionem ſuam per ſpectabiles Legatos proponere, & ſuffragia petere poſſet: an conſultum ſit ut pro communi bono & quiete Imperii electio vivo Cæſare inſtituatur? Quod ſi plura ſuffragia Cæſareæ Majeſtati Veſtræ accederent, quia vigore Aureæ Bullæ illis reliqui ſeſe accommodare tenentur, ſperandum eſſet, ipſos quoque tandem aſſenſuros eſſe. Sin verò id obtineri ab ipſis non poſſet: ſed Legati ipſorum, relicta proteſtatione, diſcedere vellent, poſſet nihilominus ex plurium decreto dies electioni dicta, opportuno aliquo loco, ubi perſonalis conventus ſecurè perageretur, denunciari & inſtitui.

Digitized by Google

inſtitui. Et licet tunc Palatinus & Brandeburgicus comparituri non eſſent, nihilominus per Majora progrediendum: non aliter quam in electione Ferdinandi Cæſaris laudatiſſimæ memoriæ non attenta contradictione & oppoſitione Saxonica factum eſt. Ad quæ omnia perficienda hoc unum neceſſarium & utile futurum eſt, quod in alio quodam Conſilio meo DE INEVITABILI ARMORUM INDUENDORUN NECESSITATE, *Cæſaream Majeſtatem Veſtram obſequiosè monui, &c.* In ſequentibus, *media demonſtrantur, quibus Ferdinandus Archidux Bohemicam Coronam aſſequi poßit, & ex ea tanquam connexa ad Imperii Coronam & ſucceßionem promovendus ſit.* Hæc illi. Quæ Conſilia cum experientia *fidem faciunt etiam iis quæ ſupra de Bohemicis ſub Matthia motibus, & eorum autoribus retulimus.* Jeſuitica hæc eſt ſchola. Altiſſimus dominatur Regnis hominum, & cui vult dat ea: tantis artibus & conatibus non quærenda. Deus quem vult extollit, ejus timore & prudentia non aſtu, Philotimia temperanda. Matthiæ nuſquam melior diſpoſitio ad regendum quam Rudolphi probata fuit, tamen huic illum prætulere, & niſi Ordinum fides obſtitiſſet, illo evecto Rudolphum ſolio deturbaſſent, eo quod Rudolphus ſuſque deque habitis Jeſuitarum technis, libertatem Religionis Euangelicæ, Diplomate ſanciret, Matthias eorum conſiliis imbutus, exſtirpationem ejus ſub nomine Hæreſeos moliretur. Sic ergò, meliora cogitante Rudolpho hic ipſi ſurrogatus; & impotentior imparque tantæ rei, Ferdinandum ſe habiliorem adoptavit, qui iis viis evectus, rem aggrederetur, & Tertium etiam ſubſtitueret, &c. Sic illa dominatio & Concilii Tridentini executio, continuatur. indeque cauſa belli hujus exiſtit.

Attendatur.

Sapientiores qui rectiùs expendunt, quantum oneris ferendum ſit iis, qui juſtè ex præſcripto Legum regnare volunt, non tantoperè faſces Imperiorum appetunt, nedum ut ſemetipſos ultrò offerant aut obtrudant. Quin etiam qui conſiderant, quibus temporibus reſervati ſimus, quanta inclinatio in Politiis! quàm arduum malas conſuetudines reformare! quam difficile unicuique juſtitiam adminiſtrare! quàm pronum impingere! quàm accuratam Diſpenſationis rationem oportet reddere! facile animadvertunt, Coronam ante pedes objectam, vix tollendam, & capiti imponendam eſſe. In iſtis quàm contrarium! quomodo ergo regnare geſtiant, cogitentque oculatis perſpicuum! & ſecuris oſcitantibuſque præſtò ſit experien-

Regna non appetenda.

Digitized by Google

perientia magiſtra dementium. Priſci Monarchæ veritatis adeo cupidi fuerunt, ut de dolenda conditione regũ queſti ſint quibus nemo veritatem dicat, aut ſcribat, hodiè ſi ſcripſeris, proſcriberis. quo fit, ut laudes largius, vera parciùs edantur. Familia, quondã Comitibus Habſpurgicis oriunda, favore Germanorum & ſpoliis Bohemorum ac beneficiis utrorumque provecta, ditata, & ad ſummum dignitatis faſtigium perducta, quam grata ſit, Bohemi, longis vexationibus & extremis executionibus, ab his jam perditi, eloqui non poſſunt, Germani gravaminibus & hiſce vaſtationibus, inviti loquuntur. Echini leporũ cubilibus admiſſi, illos jam expunctos rident, hos erectis aculeis pungunt. Rud: Habſpurgius olim Ottacari Regis Bohe: Aulę magiſter, artibus & crebris ſolicitationibus Electoris Moguntini, primus ex ea ſtirpe Rex Rom: factus, Dominũ ante ſuum bello petere auſus, deſertũ à quibuſdam ex Ordinibus Bohemis interemit, hęreditarias ejus Provincias, *Auſtriam, Stiriam & Tyrolim Alberto filio ſuo ſpecie dotis, ad perpetuam hæreditatem aſſignavit*: Bohemis & reliquis adhuc incorporatis Provinciis, occaſione matrimonii, Regem dedit: illis confirmationẽ liberæ electionis, & reliquorum privilegiorum, urgentibus, ac filio patrẽ conſulenti reſpondit: referente Chronico Monaſterii Boleſlavienſis: *Charta cum atramento Bohemis ſatis dandum, ſediterum captata occaſione cum cervicibus totum amputandum.* Sic cum gente libera & innocente hæc generatio egit. Germanis eundem filium ſuum, vivens adhuc anno 1292, ut in Regem Romanorum eligeretur, obtruſit. Verùm iis renuentibus, *quod Imperium duos non poßit ferre Dominos, abiit.* Cùmque illi Adolphum Naſſovium eligerent, æmulus Albertus Imperatorem bello fatigans occidit, & ideò criminis læſæ Majeſtatis poſtulatus à Bonifacio VIII Pont: Romano Gallorum hoſte, tandem nihilominus cum Papa iſto fœdus contra Gallum feriens, *ab eo confirmatus Imperator hæreditario ſibi ſuiſque donari Imperium petiit*, etſi res aliter ceciderit. Eadem veſtigia preſſit, ubi potuit, linea deſcendentium, qui Regnum Bohemiæ identidem attenuatum iverunt, & obtruſione ſuorum, ita divexarunt, *ut ex ſucceßione electiva hæreditariam fecerint, jam debellatione gentis confirmarint, atque cum cervicibus optimatum Regni procerum prorſus totum amputarint.* Germanicæ incuriæ tam diu ſucceſſiva electione moleſti futuri, donec hæreditariam ſucceſſionem tenuerint. Conſultationibus ejuſmodi ipſis præſupponitur, *Gentibus iſtis Libertates, publicum*

Apophthegma Auſtriacorũ.

Digitized by Google

publicum bonum fuiſſe, quia tantis tranſactionibus & conſiliis exiſtimantur evertenda: at ſimul emicant virtutes familiæ, quibus attentat libertates Patriæ ſubruere, publicum bonum in privatum convertere. Quicquid tandem verbis, chartis, de ſtudio Libertates & bonum publicū conſervandi, polliceantur. nam iſtis artibus quæſita electio & ſucceſſio, non amplius eſt libera, verùm quodammodo, ut Doctores juris animadvertunt, coacta. *Et tamen adhuc libertatem Patriæ, his armatis, in Throno collocatis, oſtentamus!* Qui ſuffragiis ſuis hęc conſilia jugiter adjuvant, aut eo facilè perducuntur, ut iſtorū libidini calculos addant, quales ſunt illi Spirituales, aliis quā politicis iſtis rebus forſan magis idonei, & Saxo, nonne libertatē Imperii Patriæque proſtituunt? & ejus olim proditores magis quam tutores appellandi, cùmque reis judicandi erunt? qua conſcientia, quo jure, qua virtute tandem arma cum iſtis ad excindendos alios Electores & Principes Imperii, cognatos, & Libertatis avitæ ſapientiores cuſtodes conjungunt? *O ſervi libidinis alienæ!* Imperatorem qui rebus Chriſtianorum benè præeſſe poſſit, quantis Dei donis, ſapientia, & virtutibus, non ſimulatis, verùm probatis, excellere neceſſe ſit: quis iis gloriabitur? quis ſeipſum, vel per amicos, obtrudere audebit? ex omnibus familiis Chriſtianis uni Imperio junctis, graviſſimis judiciis, Electorum, juramentis aſtrictorū, quęrendus, eligendus, & omnium concordibus votis conſtituendus, ac denique omnium Eccleſiarum precibus adjuvandus eſt! quia ſine præſentiſſima Dei gratia & ope, omnibus juſtitiam adminiſtrare, omnes etiam Eccleſiaſticas cōtroverſias, componere, adeoque repreſſis turbis, populum Chriſtianum in pace protegere nemo poteſt. At hi ecce proprio judicio & Philautia ſemetipſos ingerunt, ac neminem præter ſeipſos, etiam digniorem, promovent! quod ſi detur, quis ſapientiam cum Salomone orabit? quis requiſita Dei dona & virtutes curabit? quemadmodū, ſi electio libera maneat, Principes Chriſtiani, qui eo dignitatum evecti ſunt, ut electionē ſperare queant, iis ſtudiis accuratius exercerentur; dum ſine hoc reſpectu fit, quod potentiori placet, ſtudia & virtutes Principū frigent, Aulæ vanitatibus, voluptatibus & peccatis merguntur. Invaſores illi, nequaquam nihilo differunt, à bono patre, ſed ſic volunt, ſic jubent, ut flagella fratrum, Tyranni, vaſtatoreſque omnium, in primis Eccleſiæ Chriſti, cum ſua damnatione fiant. Deus meliora! Deus Imperator omnium tuo Spiritu adſis Chriſtianis Magiſtratibus!

Philautia vana.

Si Paſtores ſecundum cor Dei, & quales Verbo Divino, Iure Gentium, ac Legibus Imperiorum requiruntur, Imperatores, Chriſtiana Reſpublica, per hoſce ducentos annos, quibus potiſſimum illi præfuerunt, habuiſſet, in longè meliori ſtatu florere, Hæreticos imminuere, externos etiam ad agnitionem veritatis adducere, vel compeſcere dudum potuiſſet. Verùm nunc deteriora invaluerunt, meliora premuntur, & nemo deplorare ſatis queat Eccleſiæ calamitates! Optimi Magiſtratus Politici, exorbitantes Eccleſiaſticos, tanquam ſubditos juxta Legem Dei, reformabant, in ordinem redigebant, atque ita Eccleſias in bono ſtatu conſervabant. uti Moſes, David, Ezechias, Joſias, Conſtantinus Magnus, Juſtinianus, alii. Hi Papam & Eccleſiam ejus, ab optimis Chriſtianis errorum, idololatriarum & corruptionum accuſatum, & teſtimoniis etiam Cardinalium, reformatione indigentem, nuſquam reformarunt, arduum ac planè Regium hoc ſtudium declinarunt, Papæ arbitrio, & libidini rem Chriſtianam permiſerunt, turpiter à Synodo Tridentina reſtitutionem Calicis Cœnæ Domini, *petierunt, quod imperare potuerunt, & debuerunt*, nec petitione niſi iniqua conditione obtinuerunt, nec quicquam contra talem auſi ſunt. *Iſtum Servum ſervorum à Majoribus Imperatoribus Antichriſtianiſſimi poſtulatum, Dominum ſuum colendiſſimum ſalutant*, quaſi ei ſubeſſe, de neceſſitate ſalutis ſit. quo Eccleſiam Dei qua nihil præſtantius habet mundus, ad humillima & turpiſſima uſque depreſſerunt, ut illa ſub Vaſallis vel clientulis Servi ſervorum, ceu Imperatorum gemat, ne videlicet onus regendæ Chriſtianitatis, humeris propriis ſuſtineant, aut aliquas oppoſitiones, ut alii priores Imperatores, ab Antichriſtianis iſtis experiantur. Romanum iſtum ſolum actorem, teſtem, judicem, quod nec Barbari paterentur, in cauſis tantis eſſe ſinunt, qui maximè reus eſt. Deus ultimis hiſce ſeculis Eccleſiæ militantis, calamitatem miſeratus, veluti poſtliminio reformandæ, ac ſalvifica luce Euangelii recreandæ, occaſiones egregias per eximios viros, & hinc inde ſuſcitatos Euangelii Præcones obtulit, quas nonnulli Reges, Principes Europæi, Reſpublicæ, & ipſi Electores Imperii, feliciter, ad ſalutem propriam, arripuerunt, Antichriſtum detexerunt, & Imperatorem in reprimendo eo, atque in reformandis cæteris Eccleſiis, inſigniter adjuvare potuerunt. Sed illa Familia & ultronei Domini, *hoc conſilium Dei, non tantum aſpernati ſunt ſuo damno*, ſed etiam reprimere & perſequi non dubitarunt,

adeo

Digitized by Google

adeo ut Antichriſti Miniſtri, reformatioris Chriſtianitatis hoſtes exiſtant, *& jam interimentes Chriſti ſervos, ſe cultum Deo præſtare putent.* Quotquot ipſorum partibus cum Electoribus illis Eccleſiaſticis non adſtipulantur, aut cum Saxone eo perduci ſe non patiuntur, quales erant, Ordines Regni Bohemiæ, Electores Palatini, Brandeburgici, & alii Proteſtantes, *adverſus eos Conſilia de inevitabili neceſsitate armorum induendorum inita jamjam in exitum perducuntur*, contradictio eorum, velut, circa Ferdinandum I, Saxonis, haud attenditur. In inferioribus Chriſti membris innumerabiles Martyres, Veritatis teſtes, fideliſſimos in annunciando Chriſto & detegendo Antichriſto Miniſtros, & Confeſſores innocentes ſanctos, quibus indignus hic mundus, inquiſitionibus, carceribus, eculeis, rogis & id genus mortibus affecerunt, alios in exilia crudeliſſimè ejecerunt, nec ullus malorum tantorum apparet finis: adeò ut multi rerum periti affirment: nullos unquam à mille annis Tyrannos, tantum damni Eccleſiæ dediſſe, atque illos. maximè quia ſemel incuriâ ferè amiſſam, ac poſtliminio relucentem Euangelii doctrinam, ingratiſſimè rejecerunt, & prorſus extinctam volunt. ut nemo ſalvetur, ſed omnes igne, vel rogorum, vel inferorum crucientur. Bella gerunt, non diſciplina vel ordine, ut priſci Monarchæ, Gentes, ſed abominabili omnium vaſtatione, & ſcelerum licentiâ inenarrabili, ut conſtet, non humana, ſed Antichriſtiana, adeoque merè diabolica eſſe: quibus, niſi Deus ipſe puſillum gregem ſuum ſervaret, protegeret, omninò omnes tanta crudelitate excinderent, extremamque guttam ſanguinis effunderent. *Talis eſt diſpoſitio & firmitas horum ad regimen in Chriſtianitate*: Cùm Turcis inducias paciſci, aut pacem ab illis redimere, ut Chriſtianorum libertas bellis opprimatur, & in Dei cultores arma convertantur: in eoſque flamma, ferro, tormentis atrociùs ſæviatur, quam à quoquam bellatore unquam in debellatos ſævitum eſt. *Iugum Hiſpanicum Turcico & quovis Barbaro crudelius omnibus injectatur, adeò ut vicini etiam Pontificii de præcavendo illo ſoliciti, bella contra diſpoſitionem iſtorum gerere cogantur. Sic ubique etiam inter Papicolas bellorum cauſa ſunt.* In Reges & Imperatores à Chriſtianis eligi, nonne ſummi honoris eſt? Si, quod Reverſalibus pollicentur, grati eſſe, & legitimè gubernare ſtudeant, etiam diutiùs eligi, evehi, & honorari poſſent, & pax alma inter Chriſtianos conſervaretur. Sed quia hæreditariò ſemper aſſumi, & popu-

populos libertatibus exutos, Papæ mancipare, vel ſuo jugo pro libidine premere volunt: eò bellorum autores ſunt. *Licet, eligi, quam hæreditariò, vel ejuſmodi artibus obrepere, laudabilius ſit.* in primis cùm hoc contra juramenta propria, circa coronationes præſtanda, faciant: *quod Imperio Libertates ſartas tectas, conſervare teneantur; neque illud, ut aliquis ex eorum familia hæreditaria ſucceſsione, ad faſces Imperii conſcendat, ullo modo attentare debeant.* Si Izebelitica audacia velut exleges abſolvantur, certè divinis legibus non abſolventur, & ſi ſubditi adulatores ſileant, multique ob veritatem occidantur, tamen à cenſuris Juris, à ſuſpiriis optimorum, à vocibus ſanguinum effuſorum, à lachrymis viduarum orphanorum, ab ominibus prodigiorum ſanguinolentorum, ſub Nerone etiam notatorum, *ab accuſatoribus illis, qui diſpenſatorem illum coram Domino cœli detulerunt, vel à clamoribus ipſorum peccatorum,* neutiquam tales eximentur. Qui non curant, ut populi, rectum de Deo ſenſum, & purum ejuſdem cultum, obſervent: ſed ſinunt, vel autores ſunt, ut idololatria & impietate contaminentur, tandem talium virgæ flagellaque facti, virgarũ cenſu abjectantur. Meliùs ita non evehi: *Aſſyrius cecidit, ut non exaltent ſe ſtatura ſuâ ullæ arbores irriguæ, & non proferant ſummum calamum ſuum inter denſos ramos, neque conquieſcant in ſeipſis altitudine ſua: quandoquidem omnes illi traditi ſunt morti, dejecti, &c.* Ezech. 31. 14. 21. Prædeceſſorum majorum ipſorum, fata, morbi, caſus, è vita & gloria exceſſus, potuiſſent ac debuiſſent illis reſipiſcentiæ & manſuetudinis ſtimuli exiſtere, niſi Jeſuitica inſtitutio, & multorum adulatio omnia obſcurarent. Cætera Vox Dei, & cum ſuſpiriis ac gravaminibus omnium, Examen Comitiorum Ratisbonenſium. Nobis ſufficiat oſtendere, eorum diſpoſitionem & inſolentiam, genuinam belli hujus vaſtiſſimi truculentiſſimi, & complurium aliorũ eſſe cauſam.

X. *Saxonis indiſpoſitio.*

Decima Cauſa fuerit, *ingens Saxonis indiſpoſitio, & indigna per Moguntinum atque alios ab Auſtriacis & Hiſpanis ſeductio, nec non cum Conſiliariis corruptio, & fallax autoritas.* Cujus cùm multi ebuccinent laudes, vicia corrigat nemo, ille affectibus ſuis indulget. Ejus cùm non poſtremæ ſint partes, iſtiuſmodi bella in Imperio prohibere, & urgere, ut juſtitiæ adminiſtratione inter Chriſtianos tranſigatur: tamen bellum hoc non uno modo præter officium ſuum, acuit, & qui Diremptor ejus eſſe cum ſua laude potuiſſet, cum ignominia pars eſt. *Nam quouſque à Moguntino perductus ſit, & quo longius trahi potuerit, ut Conſilium*

Digitized by Google

ſum Maximiliani Archiducis in præcedenti cauſa habet, *ac quo tandem conveniens cum Imperatore Lovoſicii deſcenderit, res in propatulo eſt*, quod moliminibus, & conatibus Auſtriacorum aſſenſum præbuerit, & ſuffragium ut Ferdinandus provehatur, promiſerit, adeòque ad excitandum & continuandum hoc bellum, cauſa prægnans fuerit. Si enim renuiſſet, uti liberum Electorē decuit, & cum Palatino aliiſque conſtantius libertati Patriȩ intendiſſet; ad tranquillum regimen ſine armis, in Bohemia, Matthiam & Ferdinandum adegiſſet, in Germania verò illi tantum nunquā auſi fuiſſent. Auſtriaci Bohemos, ſuperbiæ dudùm inſimularunt, & adventantibus quibuſdā Imperii Principibus ad Aulam Cæſaris Pragam, Officiarios ex Ordinibus Bohemis Papiſticos inſtigarunt, ut parē cum Principibus Imperii dignitatem ſibi arrogarent, & in ſuſpiciendis illis minus officioſi eſſent; tandem Principibus ſeorſim faſtum Bohemorū exaggerarunt, & à nonnullis conſilia petierunt, qua iſtam ſuperbiam Bohemorum compeſcere, id eſt, privilegia & libertatē religionis exinanire queant, ubi quidam nationali odio & contemptu proximi, ebrii, nil hic doli latere rati, ſententias ſuas aperuerunt, incommodo proprio, etiam qui cauſȩ Bohemicæ propugnatores eſſe debuerunt. nec eſt dubium, quin Saxo etiam hic fuerit tentatus, & promptus, verùm ille ſcopum Auſtriacorum vix attendit: Nam alioqui cur Libertatem & Privilegia vicinorum, ſuæ quoque Religioni & Patriȩ commodantia, oppreſſum veniret? quod ſi intelligeret, eo nequiorē eſſe Chriſtianitas judicāret, qui peccanti obſequium in tanto negotio accommodaret. Nec D. Polycarpus vanus aruſpex fuerit à teneris præſagiendo ac prȩdicendo: *Nigrum iſtum ingenti quadam calamitate & ruina Patriam & Eccleſiam affecturū.* Legatorum Hetruſc. quia jam an. 1615, exploratores Imperii fuerunt, & mores ejus turpiſſimè, *licet haud in culto ſtylo*, notarunt, non moramur. Jeſuitarum Colon. majores ipſius laudibus evehentium, eumq; ad conſortium Meretricis Babylonicæ invitantium, acumen miramur, qui Tract. vulgato ſcribant, *eum tam benè de Eccleſia nimirū Papali mereri non potuiſſe*, *nec tantopere cauſam illam promoturū fuiſſe*, *niſi cor planè Catholicum*, *id eſt Papiſticum haberet*. Licet alii quidā papicolæ, ut inſenſatum rideant, & familiariter ſcribant: *iſtum Principē nec cerebrum nec vires habere*: Proteſtantes certè quo majorem autoritatē & reſpectum cum Directorio rerum ſuarū, ipſi deferunt, eo magis rebus ſuis incommodāt, & eo majores incogitantiȩ pœnas

 luunt.

luunt. Quæ ratio Principem tantum movere debuit, ut ſpretis Chriſtianis, cum Papicolis imprudens conſpirarit? & Lutheranus adverſus vicinos liberos Ordines Euangelicos, bellum gerat? *Nonne Lutherus olim* mandatum prolixum nomine Jeſu Chriſti è ſententiis Scripturę compoſuit & publicavit: *Ne quis Chriſtianus Euangelium amplexus amplius Papatui ſeſe jungat, & ad placitum Papiſtarum contra Euangelicos arma ferat ſub pœna æternæ damnationis?* Quod ſi verè ſcripſit, quomodò non jacturam ſalutis faciunt, & barathrum damnationis incurrunt, qui contra faciunt? Si malè Lutherus: cur, qui contra ipſum cum Papiſtis faciunt, etiamnum Lutherani dici geſtiunt? *Bohemi*, tum temporis Chriſtiani Euangelici, ad libitum Caroli V, & fratris illius Ferdinandi I, Pontificiorum, *contra Electorem Saxoniæ ne ſanguinem Chriſtianum funderent, bellum gerere noluerunt, quo nomine tandem diriſſima & duriſſima exilia & ſupplicia paſſi ſunt: Miſniaci meliorem ipſis gratitudinem debuerunt.* At linea hæc, quæ jam tum deſertis amicis, partibus Papiſtarum adhærere cœpit, atque ſanguinis & religionis qualicunque proditione, electoratum adepta eſt, quam miſeris gratitudinem vel tum ſua aſſiſtentia corroborando Tyrannos, vel hodiè tanta oppreſſione omnium, retulerit, *Videat Iehova, & judicet*: ſiquidem vicini videre non audent. Quamvis antiqua ſatis pacta, Saxoni cùm Bohemia intercederent, & ipſe quoad benè multa oppida, & ditiones ſuas, Vaſallus Bohemiæ eſſet, nec Bohemi ullam ipſi cauſam, vel pactorum violandorum, vel conjungendi vires cum hoſtibus ipſorum, præbuerint, nec ipſi ſine ſpecie proditionis hoc licuerit; tamen ille, nulla horum omnium ratione habita, fœdera antiqua, limiteſque officii transgrediens, in oppreſſionem gentis, & libertatis illius conſentiens, Auſtriacorum conatum, executionem Concilii Tridentini, promiſſione ſuffragii, & ſubmiſſione copiarum, promovit. Ac ſi non ſatis fuiſſet, Majores ſuos furore Papiſtico actos, Chriſtum in Bohemis fidelibus, tempore Belli Huſſitici, iniquiſſimè & impientiſſimè perſecutos fuiſſe, adeò ut, teſte Melanchtone, Angeli pro puſillo grege Chriſti, pugnare, hoſtiumque validos exercitus fugare, vel perimere neceſſe habuerint, aut cælitùs miſſi fuerint; etiam huic atrociori perſecutioni iſtum, jam ſcilicet Euangelicum, intermiſceri oportuit! in quo ſi vera pietas cum prudentia Chriſtiana locum haberet, vel ſaltem, ſi Patriæ & Libertatibus Germaniæ, tanquam

Ele-

Digitized by Google

Elector tantus conſuleret, aliter omnino egiſſet; nunc quicquid Pontificii, Hiſpani, Auſtriaci, contra Religionem Euangelicam, contra Libertates & publicum bonum Bohemorum & Germanorum ſua executione Concilii Tridentini machinantur, viriliter adjuvit, ut ſi mens non læva fuiſſet, jam dicere poſſit: *Non putaram.* Etſi catus odium erga Bohemos iniquum diſſimulare, & affectum meliorem ſimulare noverit, adeò ut ſæpiùs ad eos ſcripſerit, rebus ipſorum veluti conſilia dederit, ac directorium injecerit, pugnam tempeſtivam, & prælia, quibus illi à principio belli ſemper victores evadere potuerunt, quaſi nefandam ſanguinis profuſionem diſſuaſerit, interpoſitionem amicam cum aliis Principibus, qua ſine ſanguine de ſumma rei tranſigeretur, promiſerit, ita ut Bohemi his faſcinati, optima quæque ab ipſo ſperarint, & multi in Regem ſuum eligendum cenſuerint, niſi vota incorporatarum Provinciarum ſuperarint; Tamen ſub his omnibus animum prorſus hoſtilem retinuit, hoſti moderationis requiſitæ autor non fuit: ſed ei devotus, cùm eo jam pridem de Bohemis compeſcendis, de Regno & Imperio occupando conjuratus, Bohemiam flamma ferroque populante occultiùs colluſit, dùm reſiſtentibus ac Regem ſibi eligentibus, vaſtatorem dejicientibus Ordinibus, tandem apertè validum exercitum conſcriberet, ac, *necquicquam contradicentibus, proteſtantibus, & iniquitati tantæ paria prædicentibus Ordinibus Regni*, *Budeſſinam verſus, adverſus Bohemorum confœderatos moveret*, ubi hoſti vaſtatori militans, innocentibus & Religionis ſociis, bello preſſis, atrocius bellum inferens, crudeliùs quam hoſtis barbarus in miſeros Luſatos, & per latus eorum in Bohemos ſæviit, ea ratione vires eorum & incorporatarum Provinciarum diſtraxit: nam ſedecim millia Sileſiorum, ſub *Iegerndorfio* ipſius invaſioni opponenda erant, quæ ſi Bohemorum caſtris juncta fuiſſent, utique Ferdinandum & Bavarum repreſſiſſent; verùm diſtractis ita viribus, Bohemi ſeorſim à Cæſaris & Bavari copiis victi ſunt: Sileſii verò Saxonem reſpicientes, timidi non aggreſſi ſunt: ſed imprudentes eum ſibi Patronum adſciverunt, palmam hoſti tradiderunt, & malis hiſce humeros ſuppoſuerunt. Ille quamvis aliquid ipſis polliceretur, ſi, planè deſerto legitimè electo Rege, rejecto viciſſim ſubjicerentur, tamen nihil ipſis obtinuit, prędonibus ſuis miſeros exhauſit, & quemadmodum Bohemos, ſi in Regem eorum, electus fuiſſet, ſtatim

Quũ in caſtris Bohemorum Holochiũ proditorẽ Saxoni obligatum fovit?

Fer-

Ferdinandi arbitrio traditurus erat, ita Sileſios tandem Auſtriacorum poteſtati reliquit, Luſatos reliquos loco ſtipendii miles recepit, atque ita Euangelicos Papicolis ſubjiciens, ad placitum Antichriſti, afflictæ Chriſtianitati, horum malorum & belli diuturni cauſa extitit. Auſtriaci Bohemos quaſi ſemper Rebelles eſſe ſolerent, odio Religionis, & conſuetudine Antichriſtianâ iniquiſſimè diffamarunt, & nuſquam probarunt: niſi quòd inſtitutione Chriſti potiùs quam traditione Antichriſti regerentur, *quo nomine ſolent omnes Chriſtianos & ipſum Saxonem rebellionis condemnare.* Ille, contra ſemetipſum, Papiſtis adſtipulatur, & Bohemis etiam rebellionem impingit, defricat & improperat, *eo quòd Regem præpoſterè deſignatum, ſuis pactis & conditionibus & finibus egreſſum, depoſuerint, alium legitimè elegerint, quod ipſis aliquot centuriis annorum, integrum & ſolenne: quòdque tria Ieſuitica mancipia, loco Regis abutentia, inſtitutionem Chriſti & tranquillitatem Patriæ ſubruentia, de ſubſelliis per feneſtram more pervetuſto præcipitarint*, cùm ſecundùm ſolennes proteſtationes, ſat tempeſtivè factas, id ipſis licuerit, *& penes quem electio, penes illum etiam, deponendi poteſtas relinquatur, nec ipſis cum Cæſare, ſed cum Rege Bohemiæ, ſuis non ita pridem liberis actionibus & certis conditionibus, deſignato, res eſſet. Qui cùm antehac undecim ſuorum Principum, pacta violantium depoſuerint, nemo tamen vicinorum eos ideò Rebelles appellare, aut bello premere conſueverat, ut ſupra dictum.* Huic forſan non ſatis in majoribus Electoralem dignitatem injuriâ agnatorum, ab iniquitate Papiſtarum, accepiſſe, oportebat, omni genere officiorum, etiam debellatione vicinorum Euangelicorum, & evectione Papicolarũ, gratitudinem, illicitæ tranſlationi, ſemper probare! Religionis ſcrupulum, & conſcientiæ morſus obtundere alio facinore: nimirùm Collegam Electorem, Euangelicorum in Imperio Directorẽ, in Bohemia conſtitutum Regem, *auſu Zelotarum, Calviniſtam vocando, & ipſi ac Bohemis horrendum imputando, quaſi conjunctis viribus Papiſmũ & Lutheraniſmum, adeòque ſe quoque Lutheranum, excindere cogitarent, eoque ipſi debellandi eſſent; cùm non eorum, ſed adverſariorũ ejuſmodi cogitationes ſint, uti Seelneccerus Teſtamentum reliquit: Vtinam Synodus cogeretur à Papiſtis & Lutheranis ut veneno Calviniano extirpato, Germania extra omnem periculi aleam poneretur.* Et paſſim ſpargitur, etiam relationibus publicis à Lutheranis: *Solum duas Religiones ſcilicet Lutheranam & Papiſticam tolerari debere, alias verò, inprimis Calvinianã, deleri oportere*: cùm Religio

ſicuti

ſicuti veritas non niſi unica Chriſtiana ſit, ſchiſmata velut apoſtemata in corpore Eccleſiæ exiſtant, Saxo igitur cum ſuis, non Palatini & Bohemi Chriſtiani tales. Probi norunt: rem periculo extirpandi triticum, non carere, ſi Zelotæ zizania extirpare præſumant, qui necdum ſatis exploratum dare poſſunt; illos zizania, hos tam aſperos, triticum eſſe: *Dei & Angelorum hæc ſunt; non iſtorum in fratres conjuratorũ.* Qui cęcitate laborantes, plures Lutheranas quam Calvinianas Eccleſias vaſtant, nec ſuis parcunt, modo Reformatiores extirpent, at ſic in proprios & in Dei cultores ſæviendo duplices cervicibus ſuis pœnas attrahunt. Saxo nihil curat, modò libidini Auſtriacorum ſerviat, & abdomini conſulat. Pupilla oculi ipſius, quàm malè à Monachis tractatur! hic tamen vix moveretur: ſed reſtitutio bonorũ Eccleſiaſticorum, adeò dura, ut ad novum bellum excitatura videatur. Hic verò dum animis pendemus, cunctamur, & hæſitante conſcientia, quod non niſi peccatum eſt, agimus, Magdeburgum horribili excidio cum tot millibus hominũ, & torrentibus innocentis Chriſtiani ſanguinis, perit, & clamoribus è terra aquiſq; *teſte Sueco*, Saxonẽ ad tribunal poſcit: Saxa moveri & ingemiſcere queant! Saxo nondum movetur. Etſi pridẽ Conventum Lipſiacum una cum aliis Proteſtantibus celebrarit, & minus controverſiarum in religione quàm putarat, reperiens, Directorium eorum ſuſceperit, deque conſervandis Libertatibus Religionis & Patriæ cogitare cœperit. Demùm culina periclitante, Merſburga & Lipſia Papiſtis cedente, experrectus, Suecis, *inviolabili promiſſione ac Sacramento, nunquam ſe ſine ipſorum conſenſu pacem ullam acceptaturum, jungitur*, bellique contra ſua cum Auſtriacis pacta, cõtra ſuos olim promotores aleam oblivione gratitudinis ſubit. quo ſemetipſum & omnia perdidiſſet, niſi Suecorum virtute ſervatus eſſet. Verum vehementia quadã obligationis Auſtriacis factæ, conſcientia vacillante, veluti pœnitentia ductus, *Suecorum ſucceſſibus minùs favere, victoriarum fructum intervertere auſus, eorum & oppreſſorum Euangelicorum rebus clam incommodare, proditionibus occultis, & cum hoſte colluſionibus totum perdere, in animũ induxit.* quocirca Bohemiam, ut Sueci ſcopum, & vindicationẽ oppreſſorum impediret, invaſit, Pragam tantum non diruit, Provinciam ſpolians, cũ omnibus utenſilibus etiam minimis & ſordidis, ipſam ubertatem glebæ auferre, niſus fuit, *reliquias gentis, antea debellatæ, adeò afflixit, ut quoſdam ruſticorũ, crinibus ipſorũ pulvere pice collinctis, accenſis quoad capita*

Magdeburgi excidium Saxoni acceptum ferẽdum.

Pragæ per Saxonẽ direptio.

crudeliſſimè uſtulari, per diabolicam ſatellitum ſeu militum ſuorum malitiam fecerit. Uti Saul quocunque moverat, omnia crudeliter inquietabat, hic indigna Chriſtiano Principe deſignabat. Cùm tamen, ſi Suecis ac reliquis Proteſtantibus junctus, ingenuè & conſtanter perſtitiſſet, Auſtriacos, ſibi & omnibus Euangelicis pacẽ & libertates ſartas tectas relinquere, maxima ſua laude adigere potuerit. Sed dum in contraria fertur, horum malorum, tantarum calamitatum, ſibi ſuiſque & omnibus aliis cauſa eſt. Coronidis loco pacem ſibi cum Papicolis in præjudicium reliquorum Euangelicorum, maximè verò Suecorum contra Sacramentum paulò ſuperius memoratum procurat, ſed talem quæ truculentiorum bellorum & malorum ubique cauſa futura ſit; imo jam Imperium & Ditiones ipſius vaſtet. Putans imprudens illas offenſas quibus Papam & Auſtriacos exacerbavit, quorum & reſidentiam direptione coinquinavit, facile ſibi condonari poſſe, ita ut ſi cæteri, auxiliis & proditione ipſius opprimi queant, ipſe ſolus à reformatione & vindicta Papiſtica immunis maneat, aut eorum viribus ac conatibus reſiſtere ſufficiat. *Cùm eodem quo reliqui carbone Roma notatus & jam ad extirpationem condemnatus ſit.* & jam dudùm palpare poſſit: quid jejunis interceſſionibus ſuis, impetrarit, vel Lutheranis Germanis Praga ejectis, vel Sileſiis, quibus libertatem Religionis conſervatum iri putavit, vel Auguſtanis & aliis Euangelicis, quibus templa, reditus Eccleſiaſtici cum Paſtoribus adimuntur, & transformationi Antichriſtianæ ſubjiciuntur! Quanti ſua opera apud Pontificios fiat! quamque nihili ipſum reputaturi & neque ipſi veniam daturi ſint: nedum ut gratiam referant. Nondum tamen ſapit: Nil doloris Chriſto, nil damni Eccleſiæ, nil detrimenti Patriæ & libertati Chriſtianæ oboriri, aut id non curandum, ſomniat, ſi ita ut res geritur, porrò fiat: ſi vicinæ Eccleſiæ & Provinciæ Euangelicorum devaſtentur, ſi tot membra Chriſti atterantur, & proximi fratres noſtra culpa pereant! dum modo Saxo cum aliquot ſuis complicibus ad tempus vivat, genio indulgeat, & favore Papiſtarum lætetur. At longè aliud *prudentia Chriſtiana: cernit Deus omnia vindex: obſervat cujus quid culpa fiat: quo quis talenta commiſſa defodiat.* Nihilominùs, ejus exemplo, & fallaci quadam autoritate ſopiti, vel faſcinati alii complures Proteſtantes, in primis civitates Imperiales, idem agunt, quaſi inter Euangelicos Chriſtianos vel Principes, nullus ipſi religione

gione, vel potentia, vel prudentia conferri poſſit, eoque in hunc unum oculi convertendi ſint, & quod is agit, melius agi nequeat, ejus actionibus & paci illaudatæ ſubſcribunt, acquieſcunt, &, uti delictis, ita judiciis futuris, communicant, & hunc ſequuntur: dum vel metu Beſtiæ puſillanimes, vel ſympathiâ Chriſtiana vacui, & deſideriis deliciarum ſuarum ſepulti, vel quidam eorum Hiſpanico auro corrupti, tantas perſecutiones, afflictiones, & tribulationes Chriſti membrorum, & fratrum ſuorum, ocioſè, vel bruta oſcitantia ſpectant, vel ſuperbè, quaſi non iiſdem obnoxii deſpiciunt, nec conſilia & vires cum Sanctis contra Beſtiam pugnantibus conjungunt, ſed ſibi aliam ſortem & Antichriſti gratiam, pollicentur, quos longè cautiores & prudentiores eſſe decuit, *ne vel metu belli in bellum, & aliquid deterius incidant*, vel ſerò, *iſtos Hæreticis fidem non ſervare*, querantur & lamententur. Deus certè tales affectiones vel bellis majoribus, vel aliis judiciis ſeverioribus, viſitat, & caſtigaturus eſt, ita ut hîc iſti à culpa malorum iſtorum non eximantur, & aliquando non ignari mali, miſeris ſuccurrere, fœdifragis diffidere, diſcant.. Reliqua; *voces ſanguinum, veritas Hiſtoriarum, & experientia, cum deploratione pacis Germanicæ Aſterianâ*, de Saxone clament, & referant. Nos videmus ipſius indiſpoſitionem, hujus belli & tantorum malorum, magnam cauſam manere, eoque vix manum Dei evadere poſſe. Nam Merozus una civitatum Iſraëliticarum, vel iis vicinarum perpetuę maledictioni ſubjacet, eo quod afflictionem populi Dei vicinorumque deſpexerit, & ipſis cum hoſte conflictantibus, auxilio non venerit. Judic. 5. verſ. 23. *Maledicite Merozo, inquit Angelus Iehovæ, maledicite maledicendo vel indeſinenter habitatoribus ejus: quia non advenerunt ad auxilium Iehovæ, ad auxilium Iehovæ inter Fortes.* Hoc autem bello nonne populus Jehovæ adeoque ipſe Jehova affligitur? nonne fideles Chriſti vicini Saxonis, ſocii Religionis, cum hoſte fortiſſimo conflictabantur? nonne Chriſtus in ſuis? Num igitur Saxo ad auxilium venit? Imò non tantum non ſuccurrit, ſed etiam cum hoſte conjuratus ad opprimendos afflictos exercitum validum adduxit, & Jehovam in ſuis crudeliſſimè oppugnavit. Nonne itaque maledictioni obnoxius erit? & civitates illæ vicinæ, quæ ejus exemplo populum Chriſti deſeruerunt, imò militem è ſuis, contra fratres, contra Dominum, ſcribi permiſerunt? Magdeburgenſes ſuperiori ſeculo, à Mauricio Cæſarianis obſidione cincti ac

preſſi,

preſſi, appoſitè hunc locum, referente Sleidano, contra vicinos citarunt, *qui Religionis ejuſdem cùm eſſent, ſibi tamen afflictis ſuppetias non tulerunt, imo cum hoſtibus fecerunt.* & proculdubio maledictio iſta vicinis incubuiſſet, niſi reſipiſcentia Mauritii interceſſiſſet. jam verò noſtro ſeculo, cùm Magdeburgenſes ſine aliqua notabili cauſa horridiſſimo excidio, traditi ſint, & Burgravii ac vicini ipſorum ad auxilium iis non venerint, ſed & hoſtes eorum juverint, annon maledictioni ſubjaceant? Hamburgi certè de ſuggeſtu auditum, & exemplum habitum reminiſcitur. Nec dubium eſt, quin etiamnum adverſus iſtiuſmodi *Merozitas* Bohemorum, Palatinorum, & vicinorum deſertores, ac debellatores, Angelus Jehovæ talem maledictionem urgeat: qualisqualis ſit Merozitarum ac neutralium conſcientia, aut etiamſi nihil videat cæcitas.

Quondam in Veteri Teſtamento, cùm Deus liberationem populi ſui inchoaret, atque exercitus hoſtiles funderet, omnes viribus & animis reſumptis, accurrebant, reliquias hoſtium perſequebantur, donec penitùs conciderent, aut pacem ac ſecuritatem ſuis Provinciis procurarent; qui non facerent, maledictis & proditoribus accenſebantur. Nonne idem hodiè valeat? *Et ſi vel poſt prælium Lipſiacum primum obſervatum fuiſſet, jam dudum auxilium Iehovæ datum, pax in Imperio Chriſtiano firmata fuiſſet. Verùm quia neglectum fuit, & Saxo in Bohemiam movens, liberandos magis afflixit, pluſque liberatori quam hoſti ſuis artibus incommodavit, ac tandem apertè ad hoſtes ſub prætextu pacis acceſſit*, bellum & afflictio gliſcit, ac maledictio Merozitis cum ipſo facientibus incumbit. Jehova enim Chriſtus in ſuis patitur: Angeli ad vindictam acceduntur. tandem Jehovæ vires ſuppetent. Eccleſiam nec portæ inferorum ſuperabunt. Participes peccatorum Babylonis ejuſdem plagis involventur, etiamſi ex populo Dei eſſe videantur. Nec acceptatio Realium & auri Hiſpanici tantæ erit delectationis & lucri, quanti, plagæ illæ & reliquorum peccatorum pœnæ, doloris & damni.

XI. *Fidei Pactorumque violatio.* *Vndecima* tanti belli & tantorum malorum *Cauſa*, datur, *execrabilis illa fidei pactorumque violatio, quæ ſicuti, nequitiæ, fraudis, malitiæ plurimum habet, ita nocumentorum, diſſidiorum, & bellorum ſemper multum parit*, & quamvis communiter in homines cadat, adeò ut cum magna prudentia, & cautionibus iis credendum ſit; tamen reprobis,

bis, iniquis, idololatris, Judæis, & damnandis, potiſſimum in uſu eſt. Quâ in Deum, in legem ipſius, in jus naturæ, in jus gentium, in conſcientiam, & in proximum turpiſſimè peccatur, & nulla fides, nulla religio, nulla Dei reverentia ſervatur: quod flagitium, cum atheiſmo pari paſſu ambulans, hoc ultimo tempore mundum ita pervagatur, ut paſſim clametur:

Multis annis jam peractis, Nulla fides eſt in pactis:
Mel in ore verba lactis, Fraus in corde, fel in factis.

&, *Memento diffidere.* Neque à privatis ac levibus tantum perſonis, jam committitur; ſed quaſi publicâ autoritate, Magiſtratuum, Principum, Regum, Imperatorum, Epiſcoporum, & Conciliorum Papiſticorum, decretis & facinoribus, ubi minimè reris, impudentiſſimè perpetratur. unde graves offenſiones, diffidentiæ, bella, & concomitantia mala, oriuntur, ac geruntur. *In Labane Syro idololatra, qui contractum cum Iacobo Patriarcha, mercedemque ejus decies mutarat: in Pharaone Tyranno, qui toties in plagis, populi dimiſſionem pollicitus, Moſi fidem non ſervarat: in Saule rejecto, qui juramenti majorum, nulla religione ductus, perverſo zelo Gabaonitas exſtirpare voluit, multos eorum morte affecit, ac malum etiam poſteritati induxit: in Sedechia improbo, qui Nebucadnezari fœdus irritum faciens, vindictam effugere non potuit, atque in aliis qui in reprobum ſenſum traditi, & jure divino morti addicti ſunt;* exempla hujus ſceleris notantur, Gen. cap. 31. verſ. 41. Exod. 8. verſ. 8. & 29. 2. Sam. 21. verſ. 1. & 2. Ezech. 17. verſ. 15. & 19. Rom. 1. verſ. 31. 32. In Judæis etiam non rectâ fide ſincerè imbutis, quibus nec Jeſus ſemetipſum credebat, Joan. 2. verſ. 24. *In Electis non item*, qui habitaturi ſunt in monte ſanctitatis Jehovæ, Pſalm. 15. verſ. 1. 4. jurati etiam in damnum ſuum non tamen mutant. Filii Iſraëlis quoties fœdus cum Deo violarunt, ſeverè accuſati, & bellis, ac malis ejuſmodi expiati ſunt. Hoc ſcelus & bellorum irritamentum, cùm à Chriſtianis quam longiſſimè abeſſe debeat, hodiè magis quam debitus erga veritatem zelus exercetur, & *Papiſtis veluti genuinum arridet*, ut hac nota etiam veritas electorum agnoſcatur. Hoc illi Conciliis ſuis, ſcilicet non errantibus, quo Sigiſmundum Imperatorem, crimine non ſervatæ fidei purgarent, ſtatuminarunt, & Conſtantienſi quidem publicè edixerunt: *Hæreticis non ſervandam eſſe fidem*, cùm tamen Deus contrarium tuendo,

Digitized by Google

Imperatoris illius exercitus, & quàm plurimos, iſtius magnæ Meretricis filios, bellis Huſſiticis, evidentiſſimè puniverit, ut olim in Saulis poſteritate, & ſucceſſoris Regno violatum Gabaonitis juramentum, & in Sedechia irritum Nebucadnezari factum fœdus, ſeverè vindicavit: atque in Ladiſlao Rege, inſtinctu Eugenii Pontificis, Amurathi Turcico non ſervante fidem, juramento ſancitam, fecit: Tridentino verò ſceleratiſſimè & pleno Antichriſti conatu, omnia Regum Imperatorum gentium & populorum, Pacta, Conventa, Statuta, in quo Papæ non ſervirent, annullarunt, & non ſervari volunt. Sicuti Bulla Pii Quinti, Pontificis Maximi, poſt publicationem ejus Concilii, Anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, grande loquitur: *Pacta, Conventa, Statuta omnia, in his in quibus decretis Concilii contrariantur, ipſo jure revocata, caſſata, & annullata, ac ad ipſius Concilii terminos, atque limites, redacta ſunt, & eſſe cenſentur.* Ubi nec Divina, ſicuti eſt Domini Cœna, excipiuntur. Humana verò omnia cum totius mundi regnorumque regiminibus, juribus, & ſtatutis, arbitrio Papæ iniquiſſimè ſubjiciuntur: adeoque cauſæ bellorum, & turbarum inter omnes ingeruntur. Talia Concilia, ceu ſuprema Lex, orbi imponuntur: his laqueis Chriſtiani, & ipſi Imperatores qui talium potiùs moderatores, & pactorum atque fidei & pacis in orbe conſervatores eſſe deberent, innodantur, iiſque delectantur. In primis Auſtriaci, quorum uti primus in rebus Bohemicis, filio conſuluit: *Charta cum atramento Bohemis ſatis dandum, Sed iterum captata occaſione, cum cervicibus, totum amputandum.* quod ſupra in *Cauſa Nona*, & aliâs, memoravi, ita poſteriores ſæpè obſervarunt. Et antiquiſſima Pacta, Statuta, Privilegia Regni violando, ac fidem juramentis, Literis Majeſtatis, & Reverſalibus ſuis non ſervando, Papiſmumque Chriſtianis obtrudendo, tandem propriè, hoc immane bellum conflarunt. & ibi quidem confecerunt, in Imperio continuant. Nam Bohemi inter ſui Regni eximia Statuta, Privilegia, & immunitates, præcipuè *liberam Regis eligendi poteſtatem, & liberum Religionis Chriſtianæ exercitium ab initio habuerunt*: & Reges ſibi ea conditione, iis pactis elegerunt, & coronarunt; ut, non aliter niſi ſecundùm Statuta & Leges ac Privilegia Regni, bono cum Deo, regnarent, Libertates ipſorum omnes, in primis Religionis, antiquiſſimæ Chriſtianæ exercitium,

Reproborũ & Papiſtarum eſt non ſervare fidem.

citium, adeòque pacem & juſtitiam, conſervarent, eos verò, qui hæc turbare, vel Papiſmum introducere conarentur, compeſcerent. Ea pacta & conditiones, tanquam juſtas & ſanctas, electi Reges, amplectebantur, hæc omnia, cum iis quæ ad Regni decus facerent, ſe obſervaturos recipiebant, juramentis ſolennibus, & Reverſalibus Literis confirmabant: & quàm diu his fidem ſervabant, non potuit niſi pax alma vigere. Sed cùm eorum quidam nulla neceſſitate adacti, Paparum inſtinctu, contrarium tentarent, Bohemos variis artibus, & Pontificiis ſatellitibus, vexarent, etiam Doctores eorum præcipuos, Hæreſeos inſimularent, *atque Ioannem Huſsium & Hieronymum Pragenſem, contra datam fidem ſalvi conductus, flammis uſtularent*, aut hoc fieri permitterent, omnibuſque idem intentarent, Ordines Regni, ſuas Libertates & Religionem tueri, vel armis etiam defendere coacti ſunt. uti Duce Zizka factum, nec ceſſatum, donec viginti circiter annorum bello, & compluribus victoriis, à Concilio Baſilienſi, & Sigiſmundo Imperatore, ſuæ Fidei commendationem, & Compactatis aſſecurationem, obtinerent. Cumque Papiſtæ ſuâ perfidiâ ſuperſedere non poſſent; verùm, ſicuti tùm ſtatim Compactatis, Articulum quintum, cujus in Concilio ne mentio quidem erat, fraudulenter inſeruerunt: *Bohemos, veteris Eccleſiæ ritus, obſervare debere: quod Bohemi de Primitiva, illi, de ſua, intellexerunt*, & eo diffidentiam, & diſſidia, inter Bohemos, ſeverunt, *ut poſtmodùm, & ipſa Compactata antiquarentur*: ita progreſſu temporis audacter calumniando, varia excogitando, Reges ad mutandam Religionem in Regno Bohemiæ incitare non ceſſarent, ut nonnunquam Chriſtianis aliquot templa clauderentur, & nonnulli multa paterentur. *Ordines illuminatiores, ſummam Religionis ſuæ antiquiſsimæ Chriſtianæ, Confeſsionibus certis, complexi, Regibus & Imperatoribus illis, ad declarandam innocentiam ſuam, & Religionis veritatem, exhibuerunt, liberumque ejus Religionis curſum urſerunt: etiam novis Regum Diplomatis, ſuæ libertatis & confeſsionis confirmationem petierunt*: donec tandem ab Imperatore Maximiliano ſecundo, ſolenne promiſſum, *de extraordinariis Literis Majeſtatis*, in hunc uſum adornandis, exorarent, & etiam tùm differentibus, ac Concilii Tridentini autoritatem crepantibus, Papæ mancipiis, ab Imperatore Rudolpho II, Anno Domini 1609, impetrarent.

Illa Litera Majeſtatis quia in hoc Bello veluti pomum Erides in Trojanꝰ objectum extiterunt, & alibi vix integra proſtant, à Goldaſto tantum ſummatim & perfunctoriè referuntur, à Papicolis vero, peſſimæ, vocantur, merito hîc integerrimè ex Archivo & Originali Bohemico, verbum de verbo, accuratiſſimè tranſlatæ, inſpiciendæ & expendendæ fuerint. Sunt in hac forma:

Literæ Majeſtatis à Sacra Cæſarea Majeſtate tanquam Rege Bohemiæ omnibus tribus ejuſdem Regni Ordinibus, in ſancta Chriſtiana fide unitis, & Confeßionem Bohemicam amplectentibus, atque Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sub Vtraque, quod dicitur, ſumentibus, ad liberum Religionis eorundem exercitium, data, & prouti Tabulis Regni, ex Relatione Comitiali, in quaternionem forenſem recentem argento nitentem, Anno 1609 ſub Litera N. 13, ita & Tabulis novis Conſiſtorii Pragenſis, ab ejus Cæſarea Majeſtate, eorundem Ordinum poteſtati ſubjecti, Fol. 26, inſcripta.

Literæ Majeſtatis.

NOs Rudolphus Dei Gratia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, &c. Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Lucemburgi & Sileſiæ Princeps, & Luſatiæ Marchio, &c. Ad æternam memoriam notum facimus, tenore præſentium omnibus: Quemadmodum omnes tres Regni noſtri Bohemici Ordines, Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti Sub Utraque ſuſcipientes, Fideles noſtri Dilecti, in Comitiis Anno Domini 1608, jam elapſo, Feria ſecunda poſt Dominicam *Exaudi*, in Arce Pragenſi habitis, & eodem anno, die Veneris poſt Feſtum *Ioannis Baptiſtæ*,

Baptiſtæ, concluſis, à Nobis tanquam Rege Bohemiæ, id cum omni humilitate & ſubjectione, requiſiverunt: ut in illa communi Confeſſione Bohemica, quam quidam Auguſtanam appellant, in Comitiis publicis Anno 1575 conſcripta, & Sacræ Cæſareæ Majeſtati Imperatori Maximiliano, glorioſæ & ſanctæ memoriæ Domino Patri noſtro chariſſimo, exhibita, (quæ, quoque, prouti certa relatione accepimus, imò etiam è Literis manu propriâ, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Domini Patris noſtri amantiſſimi, exaratis, intelleximus, quin & memorialia fide digna, penes Tabulas Regni, ſuper eo notata reperimus, illicò tum temporis ejus Majeſtatis nutu, indulta fuit) nec non in ea Conciliatione, ſeu eo inter ſe conſenſu, in Præfatione ejuſdem Confeſſionis indicato, atque in aliis ſuis relatione eorundem Comitiorum nominatim expreſſis, ac Religionem ipſorum concernentibus deſideriis, pace noſtra permanere, atque Religionem ſuam Chriſtianam Sub Utraque liberè ac laxè; abſque cujuſvis hominis inhibitione, vel obſtaculo, aut impedimento exercere queant, idque totum ut à Nobis iiſdem Ordinibus ſufficientiſſimè confirmaretur; ſicuti idem Articulus, & Requiſitio vel Petitio ipſorum,

rum, jam dictæ relationi Comitiorum, & illa ipſa Relatio, Tabulis Regni, in quaternione Comitiorum publicorum viridi, Anno milleſimo ſexcenteſimo nono, Feria ſecunda poſt Dominicam *Exaudi*, ſub Litera K 8, verbum de verbo, inſerta & inſcripta, hoc ipſum fuſiùs in ſe continet ac complectitur. Nos autem cùm non ſufficeremus, eo ipſo tempore, per alia multa neceſſaria, quorum nomine tum illa Comitia indicta erant, quæ nullam dilationem ferre poterant, iis confirmandis, rejectionem in futura Comitia ad diem Jovis ante Feſtum *Martini*, tùm proximè adventurum determinata, ad ulteriorem horum omnium concluſionem ſeu definitionẽ, clementer petiimus: atque interea quamdiucunque iſta, hac ratione in Comitiis publicis, non perficerentur, ii Ordines Sub Utraque dicti, ut Religionem ſuam liberè exercere integrum haberent: & donec Articulus ille expediretur, ac de eo ſtatueretur, nullis Articulis, qui in Propoſitione noſtra Ordinibus proponerentur, operam dare, eos expendere, ac planè nullius tractationem ſuſcipere tenerentur, cautione providimus; uti ipſa clementiſſima petitio, & cautio noſtra pleniùs teſtatur.

Juxta

Digitized by Google

Juxta quam præhabitam in Comitiis pactionem, quùm Comitia illa ad diem dictum, nempè Jovis, Feſtum *Martini* proximè præcedentem indicta, certis de cauſis à Nobis ulteriùs reſervata, ac tandem alia ad Feriam ſecundam poſt Converſionem *Divi Pauli* ad fidem Chriſtianam, mandato noſtro indicta, atque in Arcem Pragenſem ordinata eſſent, & dicti Ordines Sub Utraque exhibentes Nobis denuò præmemoratam Confeſſionem, & ſuam invicem Conſenſionem, non ceſſarent apud Nos, tanquam Regem & Dominum ſuum, non tantùm aſſiduis humilibus & ſubjectis petitionibus ſuis, verùm etiam Præclaris atque Illuſtribus aliorum pro ſe interceſſionibus, inſtanter requirere: ut votis ac deſideriis eorundem Ordinum Sub Utraque, fidelium & dilectorum ſubjectorum noſtrorum, clementer annuere ac gratificari dignaremur. Tum Nos cum Supremis Præfectis & Judicibus Regni, ac Conſiliariis noſtris quoad Regnum Bohemiæ, habita ſuper his omnibus noſtra Imperatoria, ac Regia, vigilantiſſima deliberatione, non prætermiſſimus, quin ad humilem & ſubmiſſam eorundem Baronum, Equeſtrium, Pragenſium, & aliorum ex civitatibus delegatorum, ex omnibus tribus Ordi-

Ordinibus Regni hujus noſtri Bohemici, Sub Utraque Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti ſumentibus, eandemque Confeſſionem amplectentibus fidelibus Subjectis noſtris dilectis, Comitia publica omnibus tribus Statibus, Regni hujus, fidelibus ſubjectis noſtris ad Feriam ſecundam poſt *Dominicam*, quæ *Rogationum* ſeu *Vocem Iucunditatis*, appellatur, Anno præſenti 1609, Mandatis Noſtris Regiis promulgari curaremus, in Arcem Pragenſem indiceremus, atque in iiſdē Mandatis publicè prodeuntibus, inter alia, iſtud manifeſtè poneremus: Quod in hiſce Comitiis, illum de Religione Articulum, ad concludendum atque de eo finaliter ſtatuendum, Propoſitioni Comitiali inſerere, &, quo pacto omnes, & ſinguli ſeorſim, uti pars quæ Sub Altera tantū communicat, ita & quæ Sub Utraque, & qui eam, Nobis antea ab ipſis exhibitam Confeſſionem amplectuntur, Religionem ſuam, citra omnia obſtacula, ſine gravaminibus ac oppreſſionibus, quorumvis hominum, ſive Eccleſiaſticorum, ſive Politicorum, exercere queant, iis debita æquitate cavere ac providere velimus: ſicuti eadem Mandata noſtra in Arce Pragenſi Feria ſeptima poſt Dominicam *Iubilate*, hoc 1609 anno data, in eodem

Arti-

Digitized by Google

Articulo, id complectuntur & concludunt.

Ad quæ publica, hoc pacto à Nobis indicta Comitia, poſtquam omnes tres Ordines obſequioſi & ſubjecti, comparuerunt: & Nos pro noſtra clementi promiſſione, iiſdē Mandatis noſtris comprehenſa in Propoſitione noſtra Comitiali, in primis illum de religione Articulum, inſeri voluimus, ac collocari fecimus: ibi ſæpè dicti omnes tres Ordines uniti, Sub Utraque, præmiſſam illam petitionē ſuam, ſcripto Nobis à ſe exhibito renovarunt, & requiſitam planam ac ſufficientem Cautionem, ejuſque rei etiam, inſcriptione Tabulis Regni corroborationem, ac Confirmationem, ſibi fieri ſubmiſſe petierunt.

Hic cùm Nos ſeriò velimus, ut in hoc Regno, inter omnes tres Ordines, ſicuti Partē Sub Una nominatam, ita etiam Partem Sub Utraque ſæpè dictam, adeòque omnes fideles & dilectos Subditos Noſtros, nunc & futuris temporibus, omnis Charitas, Concordia, Pax, & bona conſenſio, ad ædificationem & conſervationem publicæ optimæ tranquillitatis, vigere, permanere, quælibet Pars, religionem ſuam, in qua ſe ſalvatum iri credit ac confidit, liberè & laxè paſſim, citra moleſtationes, atque omnes alio-

rum ab aliis oppreſſiones, vel prohibitiones, ac ſine impedimentis, exercere poſſit, & ut (ſicuti æquum eſt) Comitiali conventioni anno 1608 factæ, nec non illis Mandatis Noſtris publicè promulgatis, (quibus eos, jam dictos Ordines unitos, Sub Utraque vocatos, eandem Confeſſionem profitentes & amplectentes, eſſe tales, quales ſemper fuerunt, nimirum noſtros Fideles Obſequioſos Subjectos, ſub gratioſam clementemvè protectionẽ noſtram, ad communionem omnium ſolennitatum, rituum, Legum & Libertatum hujus Regni jure pertinentes, ſupra quos officium noſtrum Regium, Jura & Statuta Regni ſeſe extendunt, declaravimus, & etiamnùm declaramus) ſatisfiat: Reſpiciendo, uti præmemoratas Illuſtres pro iis interceſſiones, ita etiam multas aſſiduis ſtudiis ipſorum Ordinum Sub Utraque iteratas Petitiones, atque complura eorum Nobis toto tempore noſtræ felicis ſuper eos dominationis, Regiæque gubernationis, reipſa præſtita, fidelia, valida, præſtantiaque officia: Ex his omnibus atque aliis compluribus cauſis, proba deliberatione, certo ſcitu noſtro, Autoritate Regia in Bohemia, accedentibus Conſiliis, Supremorum Præfectorum, Officiariorum, & Judicum Regni, & Con-

ſilia-

Digitized by Google

filiariorum noſtrorum, in hunc modum ſuper hoc Articulo, de Religione, durantibus hiſce in Arce Pragenſi publicis Comitiis, una cũ omnibus hujus Regni Statibus, ſtatuere, decidere & cõcludere, atque iis Ordinibus Sub Utraque hocce tali Diplomate noſtro ſeu Literis Majeſtatis, cavere & providere dignati ſumus, ac protectionẽ præſtamus. Primò quemadmodùm id antea Statutis Regni ſub Litera *A* 32 confirmatum ac ratum habetur: quod religionem ſeu fidem Sub Altera tantum ſpecie, & Sub Utraque attinet, ut non invicem opprimantur, ſed ſimul pro uno homine tanquam boni amici maneant: nevè Pars partem, probris afficere præſumat, id juxta ſeriem Statutorum Regni, in hoc Articulo ad amuſſim ratum manet: eoque ſibi invicem ab Utraque Parte ſeu Utraque Pars obligati ſunt atque eſſe debent, ſub pœnis, ipſiſſimis Tabulis ac Statutis Regni, determinatis.

Et quoniam Pars ſub Una in hoc Regno, Religionem ſuam laxè ſimul & liberè exercet, & Pars Sub Utraque eam Confeſſionẽ Bohemicam amplectendo, huic nec præſcribit quicquam, nec impedimento eſt, itaque ut in eo æqualitas ſervari queat, ideo his annuere, gratificari, atque jus & poteſtatem conferre dignamur: ut

Digitized by Google

etiam ii ſæpè dicti uniti Ordines Sub Utraque, ſicuti ordo Baronū & Nobilium Equeſtrium, ita quoque Pragenſium, Guttnenſiūm, & aliarum civitatum, cum incolis ipſis ſubditis, in ſumma, omnes quoquot jam dictam Confeſſionem Bohemicam, olim glorioſæ & ſanctæ memoriæ Imperatori Maximiliano Domino Parenti noſtro chariſſimo, in Comitiis publicis Anno 1575, & nunc denuò Nobis exhibitam, (cujus uſum ipſis clementer integrum relinquimus ac ratum habemus) amplexi ſunt, & amplectuntur, nemine excepto, itidem religionem ſuam Chriſtianam Sub Utraque cum integra Cœna, juxta eandem Confeſſionem; atque ſuum inter ſe factum conſenſum & unionem, liberè ac laxè ubique in omni loco exercere, perficere, in Fide & Religione ſua, una cum Miniſterio, & Ordine Eccleſiaſtico, qui inter ipſos eſt, aut ab ipſis inſtituetur, tranquillè ſiti, degere queant. Idque ad perfectam uſque communem Chriſtianam in ſacro Imperio de Religione Tranſactionem & conventionem. Atqūe ita compactatis jam pridem in Comitiis publicis Anno 1567 antiquatis, & de Privilegio Regni alibique expunctis, ſtare, vel eorum præſcriptione regi, non debent, nec tenebuntur.

Deinde

Digitized by Google

Deinde quoque iiſdem Ordinibus Sub Utraque hanc præcipuam gratiam præſtamus, & ipſis omnibus tribus Ordinibus Sub Utraque eandem Confeſſionem amplectentibus, Conſiſtorium Pragenſe inferius, in poteſtatem & providentiam eorum reſtituimus, ac clementiſſimè annuimus: ut iidem Ordines Sub Utraque illud ipſum Conſiſtorium Miniſterio ſuarum partium, ſecundum eandem Confeſſionem & Conſenſum ſuum, reformare, & Miniſtros, uti Bohemos, ita Germanos, juxta rationem ejus, Ordinationi ſubmittere, atque ordinatos vel formatos ibi, in ſuas Collaturas, citra omnem Archiepiſcopi Pragenſis, aut cujuſcunque alterius impeditionem, ſuſcipere, introducere, atque inveſtire poſſint: Nec minùs & Academiam Pragenſem, antiquitus Parti Sub Utraque competentem, ipſis Ordinibus, cum omnibus pertinentiis illius, ſimiliter in poteſtatem eorum clementiſſime ſubjicimus: ita ut in ea viros idoneos & doctos collocare, bonos ac laudabiles ritus inſtaurare, & ſuper utroque de medio ſui, certas perſonas in Defenſores erigere jus habeant. Interea quoque, quamdiucunque hæc ab ipſis exactè non perficiantur, debent nihilominus iidem Ordines Sub Utraque omnes, in

Digitized by Google

eorum uſu quæ ſuperius ſcripta ſunt, ut Religionis ſuæ liberum & apertum ubique habeant exercitium, perfectè permanere & relinqui.

Et quotcunque perſonas, iidem uniti Ordines Sub Utraque, de medio ſui, in Defenſores ſupra idem illud Conſiſtorium & Academiam Pragenſem, communi ſuo conſenſu, ex omnibus tribus Ordinibus pari numero, elegerint, eoſque Nobis tanquam Regi & Domino ſuo, nominatim conſignatos exhibuerint, volumus & debemus illos omnes qui ita conſignati Nobis exhibiti fuerint, neminem eorum expungendo vel omittendo, & præter iſtud muneris quod ab Ordinibus iis impoſitum fuerit, nullum aliud officium, aut inſtructionem ipſis imponendo, intra ſpacium duarum ſeptimanarum decurrentium ab illa die, qua conſignatio eorum Nobis oblata fuerit, ad idem confirmare, atque illos pro Defenſoribus ejuſmodi declarare.

Si verò per alias occupationes noſtras, aut qualeſcunque alias cauſas, eo tempore jam indicato, eos confirmare non potuerimus, aut non confirmaverimus; tum nihilominùs ſuper utroque Defenſores manere, omnes ejus officii partes implere, omnia exequi, autoritatem habere debent, ac ſi à Nobis ad hoc confirmati ac decla-

declarati eſſent. Et ſi quando aliquem eorum decedere contigerit, tum in locum defuncti, iidem Ordines Sub Utraq; in Comitiis quæ tum proximè celebrata fuerint, alium eligere, atque ad complendum ſuperſtitum numerum addere, integrum habebunt. Quod etiam in poſterùm ſemper, uti à Nobis, Succeſſoribus noſtris, & futuris Bohemiæ Regibus, ita ſimul ab ipſis Ordinibus, ac Defenſoribus, modo ſupra ſcripto fieri, ordinari & obſervari debet.

Si quis etiam, ex unitis iiſdem omnibus tribus hujus Regni Ordinibus Sub Utraque, præter illa Templa atque Eccleſias, quarum poſſeſſores ſunt, & quæ jam pridem ad eorum dominia pertinent, (quarum poſſeſſio ipſis rata, & tranquilla manere debet) adhuc alia ſive in Urbibus, Oppidis, aut Pagis, ſive ubicunque alibi locorum, voluerit vel voluerint plura Templa atque ædificia ad cultum Dei, aut etiam Scholas, ad inſtituendam juventutem, exſtrui vel erigi curare: id, quemadmodùm, Ordini Baronum, & Equeſtrium, ita quoq; Pragenſium, Guttnenſium & aliarũ civitatum, omnibus conjunctim, aut cuivis ſeorſim, liberè ac voluntariè, quovis tempore facere licebit, atque integrum erit, citra omnem cujuſvis hominis impeditionem.

Et

Et quemadmodum in nonnullis urbibus noſtris Regiis, ejus Charitatis Auguſtæ tanquam Reginæ Bohemiæ, utriuſque religionis, nimirum Sub Una, & eorum Sub Utraque aſſeclæ, una degunt: ideò quoque ſpecialiter volumus, & ſuper hac re mandamus: ut conſervandæ concordiæ & charitatis ergo, quælibet Pars Religionem ſuam, liberè exerceat, Paſtoribus quæque ſuis regatur, & gubernetur, atque una Pars alteri, quoad ſuam Religionem & ritus, nulla præſcriptione moleſta ſit, Religionis exercitium, corporum defunctorum, in Templis, in Cæmiteriis ſepulturas, & Campanarum uſum, nequaquam prohibeat.

Inſuper etiam, ab hodierno jam die, nemo, ſicuti ex Superioribus Liberis Ordinibus, ita neq; ex Civitatibus, Oppidis, atque etiam Ruſticis, à Magiſtratibus ſuis, nec à quocunque alio Eccleſiaſtico vel Politico homine debet, aut debent, à ſuæ religionis exercitio ſeu ipſa religione, reprimi, aut detrudi, atque ad religionem alterius Partis vi, aut ullo qui excogitari poſſit modo, adigi vel cogi.

Quumque hæc omnia, quæ ſupra ſcribuntur, à Nobis ad conſervationem Charitatis & Concordiæ, fideliſſima intentione fiant, & inſtituta ſint,

ſint. Ideò pollicemur, ac Verbo Noſtro Regio condicimus: quòd omnibus illis unitis tribus Ordinibus Regni Noſtri Bohemici Sub Utraque, eandem Confeſſionem Bohemicam amplectentibus, modernis, & futuræ eorum Poſteritati, illa omnia quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, à Nobis, Succeſſoribus noſtris, & futuris Bohemiæ Regibus, ad amuſſim integerrimè ac perfectè, citra violationem, rata ſarta tecta haberi, & illi cum his protectione foveri debeant. Nam eos quoque cum his omnibus in ea Pace in Sacro Imperio de religione facta, quæ *Religionsfried* vocatur, tanquam Primarium Sacri Imperii membrum comprehenſos, & ſervatos voluimus, atque id ſtabilimus. In quo ipſis, neque à Nobis, ſucceſſoribus noſtris, & futuris Bohemiæ Regibus, neque ab alio quovis Eccleſiaſtico vel politico homine, quicquam remorarum vel obſtaculorum fieri atque injici, in poſterum ac in perpetuum, debet.

Et jam contra hanc ſupra ſcriptam de religione conſtitutam Pacem, atque iis Ordinibus Sub Utraque à Nobis factam Cautionem, nulla Mandata, neque quidquam ejuſmodi, quod ipſis vel in minimo horum impedimentum creare, aut mutationem afferre queat, ſive à Nobis, ſuc-

ceſſoribus noſtris, ac futuris Bohemiæ Regibus, ſive à quocunque alio, prodire, aut promulgari, neque uſquam gentium ſuſcipi, aut ratum haberi debet. Imò etiam ſi quid prodiret, aut à quocunque ſuſciperetur, tamen nec debet nec poteſt ullam autoritatem ac vim habere, nec licet ſuper hoc negotio, quidquam ampliùs, ſeu jure, ſeu abſque jure diſceptari, aut edici ac decerni. Qua etiam de cauſa, omnia quæ ante hac adverſus jam dictam Partem Sub Utraque, & eos qui eandem Confeſſionē Bohemicam retinent, undecunque profecta ac promulgata Mandata, & Decreta, revocamus, abrogamus, tollimus, antiquamus, & deſtruimus, atque in nihilum redacta volumus. Ita ut, iſta omnia, tum modernæ, tum antea inſtitutæ ipſorum Ordinū apud Nos pro confirmando eodem Articulo requiſitiones, inſtantiæ, ſolicitationes, & quæcunque interim ad hunc uſque diem contigerunt, ac geſta ſunt, non ſint, nec eſſe debeant, illis omnibus tribus unitis hujus Regni Ordinibus, ſive cōjunctim, ſive cuiquam eorū ſeorſim aut privatim, ulli incommodo, fraudi, jacturæq; honeſti nominis, aut qualicunq; præjudicio, ac prægravationi. Quod ipſis etiam à Nobis & ſucceſſuris Bohemiæ Regibus, neutiquā vitio vertendum, neque ulla indignatione in memoriam revocandum, aut mutatione

alte-

alterandum fuerit, à modo in futurum, atque in perpetuum. Mandamus itaq; omnibus ſupremis Officiariis, Præfectis, & Judicibus Regni, & Conſiliariis noſtris, univerſis quoque Statibus & habitatoribus Regni hujus, fidelibus dilectis, modernis & poſteris, ut illos, Barones, Equeſtres, Pragenſes, Guttnenſes, & omnes civitates, adeòq; omnes tres hujus Regni Ordines, una cũ omnibus ſubditis ipſorum, in ſumma totam Sub Utraque Partem, eam Confeſſionẽ Bohemicam amplectentem, juxta hanc noſtram cautionẽ, ac Majeſtatis Literas, in omnibus earum Articulis, clauſulis & ſententiis, tranquillè degere ſinatis, ac protegatis, nihil omnino morarum vel obſtaculorum ipſis creantes, neq; ulli alii facere permittentes, ſub lege evitandæ indignationis & amittendæ gratiæ noſtræ. Quod ſi verò quis, ſive Eccleſiaſticorum, ſive Politicorum, quodcunque ejus commiſerit, quo hæ Literæ Majeſtatis violarentur, debemus atque ex officio tenemur, una cum hæredibus ſive ſucceſſoribus noſtris, ac futuris Bohemiæ Regibus, nec non cum Regni iſtius Ordinibus, in quemlibet hujuſmodi tranſgreſſorem, tanquam communis boni, & publicæ tranquillitatis violatorem ac turbatorem, ipſo facto animadvertere,

 & Or-

& Ordines in hiſce, protegere, ac defendere, eo modo ac ratione omni, quam Articulus in Conſtitutionibus Regni, de defenſione Regni, boni ordinis & juris, præſcribit.

Poſtremò denique mandamus, Majoribus & Minoribus, ſeu inferioribus ac ſuperioribus Tabularum Regni noſtri Bohemici Præfectis, ut, ad perpetuam rei memoriam, haſce Majeſtatis Noſtræ Literas, in relatione Comitiali, quæ, cùm præſentibus Comitiis ab omnibus tribus Regni hujus Ordinibus, ad Tabulas Regni, fieri debet, ipſis Tabulis Regni inſeri atque inſcribi, & tandem haſce Originales, aliis immunitatibus ac Privilegiis Regni, in Arcem Caroloſteinenſem, adjici, atque ibi deponi, curent. Ad teſtimonium & confirmationem horum, Sigillum noſtrum Imperatorium, huicce Diplomati Noſtro ac Literis Majeſtatis appendi imperavimus. Datum in Arce noſtra Pragenſi die Jovis poſt ſancti Procopii, Anno 1609, & Regnorum noſtrorum Romani 34, Hungarici 37, & Bohemici itidem 34.

RUDOLPHUS.

Adamus de Sternbergh Supremus Burgravius Pragenſis, ad mandatum S. Cæſ. Majeſt. proprium.

Paulus Michna.

Hæc

Digitized by Google

Hæ Literæ Majeſtatis, amplius quam triginta annos in delibera- tione fuerunt, & nequicquam tergiverſantibus ac refragantibus Papicolis, tandem publica autoritate ſummi Magiſtratus Chriſtiani, aſſenſu & interceſſionibus, Matthiæ Regis Hungariæ, omnium Electorum, & complurium Principum in Imperio Euangelicorum, adornatæ ſeu Bohemis impetratæ, & confirmatæ ſunt: Bohemi ſicuti olim circa annum Domini 894, cum Principe ſuo, inſalutato Papa, Religionem Chriſtianam à Græcis ſuſceperunt, ita per Dei gratiam, liberum ejus exercitium, cum omnibus gentibus vocatis, rumpantur ut ilia Papæ, omnino habuerunt, & ad hanc uſque tempeſtatem retinuerunt. Nam illa Religio, per univerſum orbem, omnibus jure divino eſt libera, non alia; ſed quia notum eſt à Phariſæis & omnibus Satanæ mancipiis, ei contradici, ac perſecutiones moveri; ejuſmodi literas, tanquam cautionem & ratificationem à Magiſtratu ſuperiori, contra adverſariorum attentata, requiſiverunt, ut honor ei deferatur, & occaſio, veritatis agnoſcendæ, unaque ſerviendi Chriſto, cum ſalute propria, ſubminiſtretur. Literæ illæ deſideriis Chriſtianorum exoratæ, & tanta autoritate ſummi Magiſtratus ac conſenſu Euangelicorum, Electorum & Principum Imperii munitæ, nequaquam unius *Auſtriaci* arbitrio, nedum Satellitum, alicujus Epiſcopi, ſeſe efferentiſve Antichriſti, ſtudio, poſſunt aut debent violari, vel annihilari; ſed bono Eccleſiæ, Patriæque ab omnibus Chriſtianis Reformatioribus, & Magiſtratibus Pacificis, merentur ſervari, & etiamnùm urgeri, tanquam eæ, quæ ad pacem in Regnis maximè faciunt. Literæ iſtæ gravi & æquo judicio valent: cùm Papatus Antichriſtianiſmi poſtulatus, traditionibus ſuis ubique libertatem arroget, ac idololatriam multiplicem, ad damnationem plurimorum, laxè exerceat. quantò magis Chriſtianiſmus, cum inſtitutione divina & ſimplicitate Chriſti, ad gloriam Dei, & Electorum ſalutem, ubique obtinere, ac liberè exerceri debet? quocirca ſic ei cavent ac provident. Et quoniam ſub Papatu adhuc nonnulli ſimplices electi ac ſalvandi reperiri poſſent, non præpoſtero zelo ſtatim extirpandum cenſent, ne quando *colligendo zizania eradicent cum eis triticum, ſed ſimul & illis libertatem ſuam relinquunt*, adeò ut hic Pontificii eo nequiores eſſe deprehendantur: cum ipſis ſuo ſenſu abundare, & in conſuetudinibus ſuis volutari, liberum relinquatur, aliis tamen conterraneis & amicis ipſam Chri-

Literarum Majeſtatis ratio.

Literæ Majeſtatis ad pacem datæ ſunt.

Digitized by Google

Chriſti inſtitutionem, ac religionem, liberam permitti nolunt, *quin adverſus illas Literas Majeſtatis ringantur, & quieſcere nequeant, donec illas evertant.* eò nimirum cæcitatis ac perduellionis, contra Deum, & Magiſtratum ruunt, ut non ſolum vocem illam reproborum, & malè perdendorum, ingeminent: *Nolumus Chriſtum regnare ſuper nos*; verùm etiam omnem lapidem moveant, ne Chriſto vel tantillum concedatur, ſolus Antichriſtus, eorum Dominus, rerum potiatur, & executio Concilii Tridentini perficiatur, *imò cùm Antichriſtus plenis velis naviget, in perexiguam Chriſti, & Diſcipulorum ipſius, naviculam, omnes venti ac tempeſtates ad ſubmergendum concitentur*: neſcii miſeri, quantum hoc ſit peccatum, fidem datam violare! Magiſtratus autoritatem enervare! bellorum in proximos, faces eſſe! imò Chriſtum throno deturbare! Antichriſtum exaltare! digni, qui tandem exinanita fide, & ſublata libertate, ipſi luant, quod aliis intentabant.

Imperator Maximilianus II. cum Bavaro & aliis quibuſdam Dynaſtis, ac Magiſtratibus, reſtitutionem Calicis *Chriſti, ac* Novi *Teſtamenti, Eccleſiæ, petiit, etſi mandare potuiſſet; verùm quia ab iſto Concilio Tridentino & elatione Antichriſtiana, obtinere non potuit, niſi ea conditione ut in reliquis omnibus Chriſtiani omnes Papæ ſubeſſent: meritò viciſſim Papæ ejuſque Conciliis gratificari, atque executionem ejus Concilii, placitorumque ſerviliter promovere dedignabatur; potiùs libertatem Religionis ſubditis permiſit: Diploma tale, vel Literas Majeſtatis Ordinibus promiſit: Rudolpho filio commendavit, atque Antichriſtianis illis conatibus, obicem poſuit.* Quod Rudolphus cum aliis Magiſtratibus obſervavit, & ſui muneris eſſe, obicē talibus ponere, probè novit. *qualemcunque gratiam tandē ab iis & ſuis agnatis iniit,* veri rationem habendā ſanctè duxit. In iſtis Literis Majeſtatis, poſt tantam deliberationem, Imperator, & ipſe Rex Bohemiæ, ſummus in Chriſtianitate Magiſtratus, conſenſu Electorum & Principum in Imperio Politicorum, Bohemos Chriſtianos à Papa diſſentientes Euangelicos, *non vocat aut cenſet, Hæreticos, Regibus ſuis ſemper rebelles, pacis Imperii alienos, exſtirpandos*, uti Synagogæ malignantium, Papiſtarum, Jeſuitarum, ſed *in fide & confeſſione veritatis unitos, liberos Regni Ordines, Fideles, Dilectos, Subditos paci Imperii incluſos, in ea Confeſſione ſinendos, atque ab omnibus protegendos*: Religionem illorum etiam, non hæreticam, aut hæreſin, exſtirpandam, ſicuti Concilia Papiſtica & malitia Jeſuitica; ſed quemadmodum Ordines in Literis ſupplicibus, quibus Confeſſionem Magiſtratui edentes, ejus confirmatio-

Digitized by Google

tionem petunt, aſſerunt, & probare parati ſunt, *verè Chriſtianam antiquam, Sacra Scriptura & primitiva Eccleſia fultam adeòque rectè Catholicam eſſe*; Ita ipſis annuit, gratificatur, & autoritate ſua ejus exercitium confirmat, eamque in perpetuum obtinere jubet, & ad protegendam atque conſervandas illas Literas Majeſtatis, etiam ſecum hæredes vel ſucceſſores & futuros Bohemiæ Reges ac Magiſtratus obligat: quod totum etiam Matthias Imperator, & Ferdinandus Secundus, in coronationis & electionis actionibus ſolennibus, confirmarunt, & inter alia Regni Privilegia, ad conſervandum ejus Religionis liberum exercitium, etiam juramentis Regiis, & Reverſalibus ſuis, ſeſe aſtrinxerunt.

Attendatur hic: *Quis eſt Papa cum ſuis?* non niſi *pars adverſa. quis Imperator cum tantis? Legitimus inter Chriſtianos Iudex.* Non partis, ſed „ Judicis, vox juſta obtinet. Qui rebelles & turbarum ac bellorum „ autores? Non qui Judicis ſententiæ acquieſcunt, Euangelici om- „ nes, ſed Papiſtæ, qui pertinaciſſimè contradicunt, & contra agunt: *Non qui adverſa Parti, ſed qui Iudici ac Magiſtratui ſeſe opponunt.* Deus autem ſummus & optimus, qui cum ſua veritate & inſtitutione Chriſti, contemni non vult, nedum ut à malis, Hæreſeos condemnari ſuſtineat, quemadmodum poſt Concilium Conſtantienſe, in „ quo primùm Religionem hanc & inſtitutionem Chriſti pro Hæreſi „ condemnare, & fideles ejus myſterii Dei Diſpenſatores, igni adju- „ dicare auſi ſunt, adverſarios iſtos, bellis Huſſiticis punivit, & impudentiæ Papiſticæ, autoritatem Imperatoris Sigiſmundi oppoſuit, qui contra pravum Conciliabuli judicium, tandem Anno milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo quarto, Pragæ, & alibi, per Feciales ſuos, proclamari, annuentibus omnibus fidelibus, fecit: *Bohemos, Moravos, & alios Cœnam Domini Sub Vtraque ſeu utramque ejus partem, nimirum Panem & Calicem, Corpus & Sanguinem Chriſti ſeorſim accipientes, veros Chriſtianos, veræ Eccleſiæ Catholicæ filios eſſe.* quod in templo Pragæ quodam publicè magnis aureis literis, ad perpetuam memoriam, & Papicolarum confuſionem, ad hanc uſque Ferdinandinam perſecutionem, ſolenniter ſcriptum manebat. & *fruſtra Tyrannis deletum voluit, cùm aliàs in memoria omnium maneat*: Ita poſt Concilium hoc Tridentinum, quod illi *Generale ultimum*, & ſummum, eſſe volunt. in quo, quaſi deciſiva, definitiva, & ad finem mundi valiturâ ſententiâ ſemetipſos, cum omnibus conſuetudinibus ſuis,

Digitized by Google

ſuis, pro Eccleſia Catholica, aut Religione ſola ſalvifica juſtificant: Reliquos verò omnes Chriſtianos, cum inſtitutione Chriſti, & doctrina Euangelii, pro anathematizanda hæreſi condemnant, & prorſus exſtirpare bellicoſa Executione iſtius Concilii, ſummis viribus nituntur. *Deus eorum iniquitati, & ſceleratis Antichriſtianiſſimis attentatis non ſolum contradictiones virorũ doctiſſimorum, examinaque Concilii Decretorum, cum tot millibus conſtantiſſimorũ Martyrum, objecit; eos bellis hactenus hinc inde exortis punivit; verùm etiam autoritatẽ Magiſtratus, cujus ipſe autor eſt*, (cùm Papiſticæ elationis autor eſſe nullo modo demonſtrari poſſit,) *in Maximiliano Imperatore, certâ promiſſione ejuſmodi Literarum Majeſtatis, in Rudolpho verò, ipſa præſtatione, oppoſuit, atque ob oculos ſtatuit*: Ut non ementita illa Papæ autoritas, qua ſeſe tanquam Antichriſtus ſupra omnem Regum & Imperatorum dignitatem effert, ſed hæc cælitus ordinata attendatur, Deo via ad confundendum Antichriſtum per Magiſtratum legitimum relinquatur, & Regia Majeſtas, vel Galliæ, Pontifici regerere queat: *Sciat tua maxima fatuitas, nos in temporalibus nemini ſubeſſe*; adeoque non ea quę Papa dicit, ſed quæ Deus per Magiſtratum corrigit, vera maneant, nec Papæ ſed Dei voluntas, ac ſententia, ſtet, fiat, ac vincat. Etiam ſi aliquandò Tyrannis ejuſmodi *Literas Majeſtatis* convellat, aboleat, ac Joakimi induratio ſcriptum Jeremiæ comburat, Jer. 36. verſ. 23. Veritas tamen Literarum Majeſtatis, quæ optimis quibuſque nota eſt, & quam tot tantique Martyres ſanguine & morte obſignarunt, invicta obtineat.

Hæc bella ſunt Papiſticæ perverſitatis flagella.

Harum Majeſtatis Literarum ſi violatio à Papicolis non attentaretur, ſed Chriſtianis Bohemis fides ſervaretur, certè nunquam tantum bellum cùm tot malis excitaretur ac conflaretur; Verùm quia multi Papæ Satellites, Magiſtratui non ſubditi, ſed propriè rebelles, & ipſi tandem his ſeducti Auſtriaci, hic fidem non ſervarunt, ſed Literas Majeſtatis multifariam violare auſi ac non veriti ſunt, dum Bohemos illos, apertè hæreticos, & religionem illam Chriſtianam, aſſiduè hæreſim, non tantum appellabant, ſed etiam ad opprimendos illos, & exſtirpandam illam, conſilia vireſque conferebant: Defenſores è medio tollere, *ſolum Matthiam Regem*, qui in exitium Religionis illius conjuratis addictus erat, *Defenſorem* obtrudere ſatagebant; Conſilia, Pacta & Tranſactiones occultas, contra ipſum Rudolphum Imperatorem Magiſtratum ſummum inibant: *neceſſitatem armorum*

Violatio Lit. Majeſtatis excitavit bellum.

Digitized by Google

armorum induendorum contra eos qui paci Religionis in Imperio includi me-
ruerunt, adeoque ad diſrumpendas Literas Majeſtatis, confingebant: Je-
ſuitæ & eorum aſſeclæ, Politici, Eccleſiaſtici, multas perſonas, in-
feriores & ſuperiores, ad deſerendam Religionem confirmatam,
& amplectendam Papiſticam, mirificis artibus ſolicitabant, inſti-
gabant, conſtantiores promiſſis alliciebant, minis mirabilibus adi-
gebant: tandem Paſtores Euangelicos, variis prætextibus, è Paro-
chiis removebant, Miſſificos ſubſtituebant: Ruſticos arbitrio Do-
minorum, prohibitionibus paſcuorum & boatibus jumentorum,
vexatos, urgebant: nonnullibi cives ſepulturis excludebant, in car-
ceres compingebant: quoſdam etiam optimos ab officiis, & ſub-
ſelliis, indignabundi deponebant, iiſque *indignos & ſæpe inhoneſtos, ac*
neſcio quos terræ filios ſurrogabant, modo mutationi Religionis ma-
nus admoverent: in oppidis, templa ab Euangelicis, etiam colle-
ctis in Imperio factis, extructa demoliebantur, & ſolo æquabant:
Pragenſes & Liberas civitates, ut Defenſoribus renunciarent per officiarios
in renovatione Senatorum minis, & abuſu Regalis autoritatis, compellebant:
Mox adornatis compluribus technis, Defenſores illos, Religioni,
& paci Patriæ, conſulentes, eorumque conatibus obſtantes, rebel-
lionis inſimulabant, iiſque infamem rejectionem, ac mortem in-
tentabant, jamque ſub Matthia, ceu Rebelles, crimine Læſæ Ma-
jeſtatis, vitam, rem, decus, amittentes, ad ſubeundas executiones,
in Arcem Pragenſem, ad ſententiam Literarum Matthiæ Impera-
toris, audiendam, citabant: jam non Jeſuitæ tantùm in Comædi-
giis Epilogos, *His annis extirpabitur hæreſis*, proclamabant; ſed &
magni Domini, *ſi quis aliò quam ad præfixum ſcopum collimare velit, ei*
duo capita habere, ut decuſſo uno, altero viveret, opus, edicebant, & jam paſ-
ſim conſcientiam ac Religionem Chriſtianam, omitti, Papiſticam admitti,
aut Literas Majeſtatis, ſanguine imbui, debere *autumabant, vel Li-*
teras Majeſtatis incuſabant, *ac peſſimas peſſimi ipſi* vocabant. Eo ipſo, „
adeoque Papiſtarum Jeſuitarum ſeditioſiſſimorum culpâ, propriè „
hoc bellum in Bohemia conflatum eſt. Et quanquam, difficultate „
belli, ac dubiâ Martis aleâ, cum rebus hiſce eximeretur Matthias,
ſubſtitueretúrque Ferdinandus, cœperint, ad decipiendum Saxo-
nem, & complures Euangelicos aſſerere: bellum hoc *non Religionis,*
ſed Regionis ergò, geri; attamen poſtquam ſuperior factus eſſet Fer-
dinandus, omnia contra illas Literas Majeſtatis, contra fidem da-

Papiſtarũ in violatione Majeſtatis ſolertia.

tam, & juramentum proprium egit. Qui Anno 1617 deſignatus, *ſi Literas illas Majeſtatis*, & fidem Ordinibus cum Privilegiis omnibus, uti autoritate Rudolphi, & aſſenſu juramento & Reverſalibus propriis obligatus erat, *ſervare voluiſſet*, à morte Matthiæ, ſub quo arma defenſiva Bohemi contra violatores Literarum Majeſtatis, & oppreſſores Religionis, arripuerant, liberè & ſolenniter Thronum conſcendere ac *tranquillè regnare potuiſſet: imò vires ſuas quas habebat adverſus illos Literarum Majeſtatis violatores, tanquam publicæ tranquillitatis turbatores & hoſtes cum Ordinibus conjungere debuit, uti Literæ Majeſtatis ſub finem volunt.* Verùm ille juxta clandeſtinam illam contra Rudolphum conſpirationem ac Jeſuiticam inſtitutionem, uti propoſuit, excidium Religionis Chriſtianæ & introductionem Papanæ ſpirans, cauſam, cœptum, & exercitum Matthiæ reaſſumpſit, Bohemoſque inauditos rebellionis & hæreſeos arceſſens, atque in Patriam eorum à meridie movens, *bellum, quale nunquam Turcis auſus eſt, Chriſtianis intulit*: Innocuo ſanguini non parcens, ſed rapinis, igne, ferro, promiſcuè in omnes horrendum ſæviens graſſabatur, adeò ut Ordines Regni, cum incorporatis Provinciis, eum tanquam hoſtem, invaſorem, juramenti immemorem, & Tyrannum, rejicere, atque alium ſibi Regem ad defenſionem eligere coacti ſint: uti in Comitiis publicis, Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, rationem reddunt. Ille his exacerbatus, & interea Conjuratorum, ac Papiſtarum favore, Germanorum incogitantiâ, Saxonis ante impetrato ſuffragio, ad Imperium evectus, atque eorum omnium inprimis Ligiſtarum viribus inſtructus, ac corroboratus, facilè Bohemorum vires ſuperavit, eoſque debellavit, quorum, ſi eos in priſtino ſtatu & libertate Religionis reliquiſſet, longè laudatior & glorioſior Rex fuiſſet, quam nunc eſſe poſſit. Hic in ardore ac furore belli, *Paſtores Euangelicos, ſi quos comprehendit, obtruncavit; cœtus in pagis & oppidis quoties potuit, oppreſſit; in Chriſtianos, & à ſuâ juriſdictione, quâ Reverſalium violatarum vigore exciderat, liberos, veluti in Rebelles & Hæreticos, militis improbi truculentiam, inflammavit*; Urbes munitiores, etſi nonnullas deditione, & iis conditionibus acceperat, ut in iis Religionem Euangelicam liberam in perpetuum, juxta Literas Majeſtatis, relinqueret, quin & ipſam Pragam confecto prælio in Albo monte, per Bavarum petens, cum Ordinibus ibi congregatis benè multis transegit:

Ferdinandi II, res geſtæ in Bohemia.

egit:

egit: *Hoc negotium, Religionem non attingere, modo Ferdinandum ſuum Regem agnoſcant, ejuſque devotioni ſeſe ſubmittant*: Paulò poſt tamen nemini fidem ſervavit: *Prædicantes Paſtores*, alios poſt alios, Pragâ, liberis Civitatibus, tandem in genere ex toto Regno proſcripſit, atque perpetuis exiliis, niſi Papiſtæ fieri velint, addixit: Mox *Proceres Regni* ex Ordinibus primarios, capiens, cuſtodiæ tradidit, ſubindeque non auditos, *totum Directorum vel Defenſorum Senatum, velut Herodes Sanhedrin Iudæorum, dira executione Pragenſi, de medio planè ſuſtulit*: Reliquias Ordinum, *Perdone perdens, ac contra tenorem Literarum Majeſtatis, antiquarum rebellionum & Hæreſium crudeliter accuſans, niſi Papiſmum ſuſcipiant, bonis ipſorum ſpoliavit, ac totâ Patriâ eorum, in exilia ejecit*; Apoſtatas, alienigenas, milites barbaros, officiarios ſuos, iis ſurrogavit, eorumque ditionibus induxit, ſicuti Paſtoribus ac Miniſtris Eccleſiarum, Monachos, Miſſificos, Pompilianos ſubſtituit. Cives & reliquos incolas Regni, inceſſabilibus hortationibus, vel fiſtula dulce canendo, vel hæreſes & rebelliones exprobrando, vel ex hæreditaria nunc dominatione ac voluntate minas ſpirando, ab Inſtitutione Chriſti ſalvifica, ad ſacrilegam Papiſticam communionem vocavit: cunctantes, militum immiſſionibus, contributionibus, direptionibus, & omnibus, quas petulantia & protervia militum excogitare poterat, afflictionibus coëgit: qui Ethnicis ac idololatricis illis *Proceſſionibus* intereſſe, ac *Deum creatum adorare*, homines mortuos invocare, abnuebant, *baculis eorum crura & capita ad ſanguinem uſque multum percuti fecit, & in carceres compegit*: nonnullis *reluctantibus, hoſtia, piſtoletis, ſclopetis, inter verbera, capitis humerorum genarum dentium percuſſiones, in ora, copioſo ſanguine ac lachrymis ſtillantia, vi intruſa, nimirum Reali præſentiâ, & concomitantiâ ſanguinis, comeſta ſimul & hauſta fuit.* Omnia denique in iſta mutatione Religionis, & introductione Papiſmi ita ſunt tractata, ut *non Chriſtum & Apoſtolos, Eccleſiam ædificantes, fidem plantantes; ſed Vitularios, Belſegorios, Babylonios, Baalitas, omne genus antiquos Idololatras, Ethnicos Ordines Pompilianos, Melampos Græcos, priſcos Romanos, varios Hæreticos, Arianos, Macedonianos, Eutychianos, & ſimiles ſua Diabolo ſacra peragentes videre poſſes.* Qui communicare his recuſarunt, omnes à maximo ad minimum, viri fœminæ in exilium abire compulſi ſunt, ſed &, *relictis omnibus*, fugere neceſſe habuerunt.

Papiſtica reformatio.

Si qui noctu vel occultè quandoque redire & de rebus aut domibus ſuis aliquid efferre voluerunt, illi paſſim, militum & ſatellitum Antichriſti carnificinæ, in carceres conjiciendi, vel ubi deprehenſi fuerint, etiam in viis publicis trucidandi, propoſiti fuerunt: *Si hoſpitio per unam noctem aliquem eorum exciperet, Baro, tribus Imperialium millibus, Equeſtris Ordinis, duobus, Civis uno, Ruſticus, citra omnem veniam, capite mulctandi, Patentibus Ferdinandi Cæſaris ſtatuuntur.* Atque ita Inſtitutio Chriſti ex Bohemia eliminata, Papiſtica lues invecta, ſcilicet, Hæreſis exſtirpata, Catholica Religio introducta eſt! Sic Bohemis & Literis Majeſtatis fides ſervata! ſed & irriſione Dei, mutatio tanta, *reformatio nominata fuit.* Veri Reformatores Moſes, Gedeon, Samuel, Ezechias, Joſias, Chriſtus, & alii à Deo excitati, humana inventa, idola, & res avaritiæ vel ſuperbiæ Sacerdotum ſervientes expurgarunt; Legem, inſtituta divina, aſſeruerunt; *Hi irriſores, omnia contra*: & non putamus, Deum vehementer offenſum iſtis bella immittere? imò totum orbem cohorreſcere, & ad arduum bellum commoveri? Nec enim Chriſtus Samaritanos, qui ſibi hoſpitium denegarunt, exſtirpari voluit, nec gentibus per orbem in poſſeſſionem ſibi hæreditario donatis, cùm poſſit, hodie, facit. Nec Apoſtoli ac verè Chriſtiani verè Hæreticos vel Ethnicas nationes uſquam ita tractarunt: *ſed Idololatræ, Judæi, Ethnici & notorii Hæretici, in Chriſtianos ita ſævierunt: adeò ut hîc Papiſticæ arbores à fructibus ſuis agnoſci & judicari poſſint ac debeant.*

Ne quis verò dicere queat: *Ferdinandum illum Bohemis tantùm, quos rebelles armis ſibi reſiſtentes vicit, fidem non ſervaſſe: Conſtat eum in omnes Euangelicos etiam quos nunquam debellavit, idem committere: & excellentem fidei pactorumque violatorem ſicuti Religionis Euangelicæ hoſtem eſſe*: nec illico debellatio, jus mutandi religionem acquirit. Nam Dux adhuc Græcenſis Anno 1599, quamvis in inauguratione ſua Auguſtanæ Confeſſionis proceribus, & ſubditis *trium Provinciarum* hæreditariarum, *Styriæ, Carinthiæ*, ac *Carniolæ*, conſcientiæ libertatem plenè promiſiſſet; tamen initio ſtatim regiminis, publico Edicto, Hæreticos illos, ſcilicet, omnes ditionibus ſuis exegit, & aſſeruit: *iſtos pro exercitio Religionis ſuæ, nullum privilegium in ſacris Literis, vel in jure divino aut humano, allegare poſſe.* cujus contrarium omnes Chriſtiani norunt, ac tenent, & tamen ibi, etiam multa crudeliter acta, corpora quoque defunctorum effoſſa, & inhumaniter tractata memi-

Exempla violatæ fidei à Ferdinando ſecundo.

Digitized by Google

meminimus, & legimus. Unde ejus animum & affectionem optimi Euangelicorum haud ignorant, licet, cum hoc ipſi, Regnum Bohemiæ prenſationibus inter Ordines, ambienti, objiceretur, ne Dominium ſupra eos quæreret, quos in ſubditis ſuis ferre non poſſet, ſed ita perſequeretur, *ejus rei culpam inaniter in matrem ſuam rejiceret.* Ipſe Chriſtianis illis omnia privilegia in jure divino & humano, Jeſuiticâ fallaci ſententiâ annihilavit, contra promiſſum. *Sileſios* quoque Literis Majeſtatis fultos, etiamſi non debellaverit, tamen ad Imperium evectus, & in conſcientia ob jus Friderici Regis electi, anxius Anno 1621, Ordinibus Sileſiæ ſolenni tranſactione promiſit: ſe omnia illorum jura & privilegia tam ſacra quam prophana religioſè conſervaturum; Verùm profligato Palatino, ſtatim contra pacta promiſſa Confeſſionis Auguſtanæ exercitium paſſim pro virili abrogavit. Quid? Nonne Anno 1619 in electione ſua Francofurti, ex nova cautione inter reliquos Capitulationis Cæſareæ articulos, *Electoribus & Principibus Imperii Proteſtantibus, ſe ſingulari Sacramento, pro defenſione pacis religioſæ in Germania obſtrinxit?* attamen mox rerum potitus in Imperio, illo Edicto Reſtitutorio, bona omnia Eccleſiaſtica, in ditionibus Lutheranorum ſita, proſcripſit, *in iiſque exercitium Religionis Auguſtanæ interdixit?* Quæ res omnino tandem vehementiori bello in Germania anſam præbuit. uti Deploratio Pacis Germanicæ, cum experientia oſtendit. Et quamquam ſuo aſtu, atque aleæ belli metu, vel fragore, pacem aliquot annorum (ſed cur non perpetuam?) cum potentioribus Proteſtantium, ineat, *tamen pilum non animum mutans*, propoſitum ſuum adverſarios omnes ſub nomine Hæreticorum exſtirpandi, eoque ſpecie reſtituendorum bonorum Eccleſiaſticorum, cunctis viribus exhauriendi, quo faciliùs deficiant, ac ſoli Papiſtæ Flamines illi Babyloniæ regnent, nuſquam deponit, & *fidem diutiùs non ſervabit, quam donec occaſio ſatis commoda obruendi miſeros, apparuerit.* Quid inde niſi bella perpetua exſurgant? Nam ſi hoc temerè vel oblivione quadam & mentis inconſtantiâ fieret, viciſſimque correctionem admitteret, forſàn minùs peccatum videretur; ſed fit communi inſtitutione ac publica autoritate Papiſtica, ita ut iſti Papæ vaſalli aliter facere nec velint, nec audeant, nec poſſint, nec ſe aliter agere poſſe credant. Unde *non poſſunt niſi bella ſerere: & crimen in conſcientiam ac jura gentium committere.* Si unus iſte ex Auſtriacis hoc de-

Violatio fidei eſt macula familiarum.

ſignaret, ſatis turpem maculam, ſuis rebus geſtis, & toti familiæ, inureret, ruinamque accelerares, uti Plûtarchus in vita Alexandri Magni, poſtquam enarraſſet, cum aliquando mercenarios Indorum milites, pacto ſecum inito, ex urbe quadam diſcedentes, in itinere adortum eſſe, & mactaſſe, clamantibuſque illis, ſe contra jusjurandum violari, & implorantibus violatos Deos, reſpondiſſe: ſe quidem liberum ipſis ex urbe diſceſſum promiſiſſe; non autem plenam in perpetuum ſecuritatem, addit: *Quod facinus ejus cæteris rebus juſtè, & Regi convenienter, geſtis, maculam inuſſit.* Et, de *Philippo Macedone* patre ejus, communiter ſcribitur, *quod jusjurandum ſemper contempſerit, fœderumque religionem, nunquam ſanctam habuerit, ideòque anno ætatis 46 interfectus ſit, & cum tota domo ſua, cum Alexandro filio, & nova Monarchia ejus, brevi tempore miſerè perierit.* Quantò, magis, cùm ſibi jam, plures ex iſta familia, hoc quaſi hæreditarium & perpetuum aſſumant, maculis, & ruinis, obnoxii redduntur? Etiamſi Lemmermanni adulatores, adhuc plures ejus rebus geſtis, virtutes, adſcribant; tamen hæc macula, omnibus contaminandis, & hæc violatio Dei omnibus puniendis ſufficit, *& quales eſſe poſſunt virtutes, ubi nulla integritas?* Nam quicquid promittunt, quicquid tranſigunt, aut paciſcuntur, & jurant, nihil fit integrè; ſed ſemper ſibi reſervant aliquid, quo data occaſione fidem reſcindere, & pacta conventa, diſrumpere queant, uti eſt illa præconcepta opinio, *quòd ipſi cum Papatu ſint ſoli Catholici, reliqui Chriſtiani omnes Hæretici:* item, *illa iniquiſſima obligatio Papæ ac ſuæ parti, quòd tantùm Papicolas in pace conſervare & defendere, alios omnes exſtirpare velint, modò valeant.* Sicuti Ferdinandus Primus, etſi nomine Imperatoris Caroli Quinti, Proteſtantibus Euangelicis in Tranſactione Paſſavica pacem & legitimam poſſeſſionem bonorum Eccleſiaſticorum reliquerit, tamen opinione erroneâ retentâ; hæc omnia eſſe Papæ, ei debere reddi, & ſe nihil contra Papam poſſe, Proteſtantes Hæreticos eſſe, & bona Eccleſiaſtica penes eos minimè manere licere. quod aperuit tandem Imperator factus, in receſſu Comitiorum Auguſtanorum, Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Junii 13, his verbis: *Excedit omnem ſecularem poteſtatem etiam ſupremam Majeſtatem Cæſaream, Eccleſiaſtica bona à legitimis Prælatis tranſlata, ad perſonas Laicas & Hæreticas devolvi, & penes eaſdem permanere.* nimium patientes aut meticuloſi Proteſtantes, qui hæc tule-

Indigna Auſtriacorum inconſtantia, & fidei violatio.

runt.

Digitized by Google

runt. Et ipſe Carolus Quintus Imperator, paulò *poſt illam Transactionem Paſſavicam, qua pacem & libertatem Religionis cum reditibus Eccleſiaſticis, Chriſtianis Proteſtantibus ſivit, ut quid in animo reſervaret, oſtenderet, Anno 1555 Generalem edidit revocationem omnium eorum quæ aliquando contra conſcientiam Hæreticis indulſiſſe confitetur.* 19 Septembris. non alio fine, quam ut illam *Tranſactionem* qua nunc ſero vult niti Saxo, cum complicibus, per ſeipſum annullaret, adeoque fidem ampliùs non ſervari debere, innueret. Sed & Rudolphus Secundus, antequam meliùs informaretur, cùm ſine autoritate omnium Electorum communi, ſeorſim aliquid ageret, eodem animo fuit. Nam Ordinibus Proteſtantibus Hungariæ & Auſtriæ Libertatem Religionis indulgens Anno 1606, Auguſti ſexto, in Literis ſuis declaratoriis adjecit: *Tam Articulos illos, qui ad Religionem & Eccleſiaſticum ordinem pertinent, quam reliquos ſic intelligendos, quatenus juramento ejus in inauguratione præſtito (de defenſione Religionis Catholicæ, & exſtirpatione hæreſeos) contrarii non ſint.* Nedùm ut à Ferdinando Secundo, Matthiæ adoptivo, ejuſque genere melius aut tutius aliquid ſperari poſſit. Inſpiciantur Scripta Pontificiorum, quæ illi Regulam Scripturæ putant, & non tam Sacras Literas, quam ſuorum *Bullas* obſervant. Jacobus Simancha Epiſcopus Pacenſis de Catholica Inſtitutione Cap. 46, ſcribit: *Ad Hæreticorum iſtorum Lutheranorum pœnam & odium etiam pertinere, quòd, fides illis data ſervanda non ſit, non obſtante juramento:* Ulteriùs: *Cum Hæreticis nullum commercium, nec pacem ullam eſſe poſſe: ideòque fidem illis datam, etiam juramento firmatam, nullo modo ſervandam eſſe. quod neceſſe ſit inceſſabiliter iterari.* In libro de Compoſitione pacis inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes, juſſu & autoritate Superiorum edito, Dillingæ, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, & à Doctoribus Facultatis Juridicæ Archiducalis Academiæ Freiburgenſis approbato, atque Edictum illud reſtitutorium quaſi declarante, paſſim docetur: *Tranſactiones ejuſmodi Catholicorum cum Hæreticis & Lutheranis, ipſo jure eſſe nullas, illicitas, infelices:* rationes allegantur infirmæ, hæ veluti palmariæ: *Quaſi* hoc excedat Dignitatem Imperialem in rebus Eccleſiaſticis, aliquid Hæreticis permittere: *Quaſi* non poſſit Princeps Catholicus ullis ſe promiſſis ad tolerandam Hæreſin obligare, & illicitum ſit Magiſtratui, atque in Deum injurioſum, Hæreſim, niſi ob gravius Reipub. malum declinandum, ad tem-

Papiſtæ nolunt ſervari fidem.

Digitized by Google

ad tempus ſolummodo tolerare: *Quaſique* ſine autoritate & approbatione Pontificis, nullum tale pactum debeat valere. Hæc communis eſt iſtorum ſententia & praxis, Conciliis, Conſtantienſi, Tridentino, & Bulla Pii IV ratificata. Unde Martinus Becanus Jeſuita, in diſputatione de fide Hæreticis ſervanda, cap. 10. aſſerit: *Libertatem illam Religionis in Imperio eſſe illicitam, divino præcepto repugnantem, & non aliter quam aliquo tempore majoris damni vitandi cauſa, tolerari poſſe.* imò addit: *Sciant omnes etiamſi quid ſpeciali reſcripto, vel pacto, hujuſmodi hominum generi, impetratum ſit, id non valere.* Et Joannes Paulus Windeck in Deliberatione de Hæreticis exſtirpandis, impreſſa Coloniæ, cum gratiâ & privilegio Cæſareæ Majeſtatis pag. 414. *Quòd nonnunquam Catholici cum Sectariis tranſegerint, eo fine fecerunt, ut interea reliquis negotiis expeditis, poſtea uno hoc bellum contra Sectarios adminiſtrarent, omnemque ejus molem in ipſos converterent.* Fidat ergò his, qui ex improviſo decipi atque opprimi vult. Veteres ſane dicebant: *In malis promiſſis reſcinde fidem, ne quod incautè voviſti, ſcelere adimpleatur.* & Jus præſcribit: *Præſtare in malis promiſſis fidem non obſervare. Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.* Verùm Papiſtæ nunquam probabunt: illas promiſſiones Magiſtratuum, quod ſubditis ſua privilegia, libertates & Religionis à Chriſto inſtitutæ exercitia, velint in perpetuum ſalva relinquere & con-
" ſervare, *eſſe vel fuiſſe mala.* *neque oſtendent ſe* in iis, in quibus à Scri-
" ptura & Primitiva Eccleſia recedunt, & ab Euangelicis merito
" reprehenduntur *eſſe Catholicos*; propria laus & teſtimonium pro-
" prium non valent; ſed grande hic ſcelus toties repetunt ac per-
" petrant, quoties inſtitutionem Chriſti, in Bohemis, Hæreſin eſ-
" ſe blaſphemant, & Proteſtantes in doctrina Euangelii perſeve-
" rantes, Hæreticos eſſe ſcribunt vel dicunt: falſum teſtimonium
" loquuntur, Magiſtratum ſeducunt, fratres calumniis obruunt, &
" ore mentienti animas perdunt: atque duplicato omni ſcelere, violationem ejuſmodi pactorum, & juramentorum urgent, ſicuti reprobi Judæi vociferantes, donec cædes perpetretur, *Crucifige, crucifige eum.* Quid, *Si aliquando juſtus Eccleſia Senatus, ac judicium ceu Concilium legitimum, detur, & Euangelici locum ſeſe purgandi nacti, Papiſtas in iis in quibus à ſe diſſentiunt non Catholicos eſſe, ſed pleraque omnia ab idololatris, & variis Hæreticis habere, eoque Hæreticos ipſos, imo Antichriſtianos exiſtere demonſtrent, quod haud difficile fuerit, nonne hæc omnia*

in ipſo-

Digitized by Google

in ipſorum capita revolverentur, & nulla fides amplius illis haberetur, & ſervaretur? Quicquid eorum parti, Auſtriaci voverunt, aut pactis ſecretioribus promiſerunt, aut etiam Literis Majeſtatis confirmaverunt, libertatem nimirùm, & pacem Religionis, id ſibi perfectè ſervari volunt, imò ſi quis contrarium agat, ipſis Regibus, Imperatoribus, & Magiſtratibus, non parcunt; ſed quod alteri parti ejuſmodi Literis & Tranſactionibus promittitur, illud *iniquiſſimi* ſervari nolunt, ſed violari data occaſione expetunt, contra Catholicam Chriſti Legem, & Philoſophorum æquitatem: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris; &, quæ volueritis ut faciant vobis homines, ita vos facite eis.* quod tranſgredi & viam contrariam inſiſtere, *eſt ſumma Hæreſis*, quâ *pares redduntur, Eparchis & Satrapis illis Babylonicis*, qui odio Danielis ardentes, quieſcere non potuerunt, donec ſtatutum aliquod dolo malo à Rege Dario, ad illaqueandúm ſanctum Dei cultorem, obtinerent, & poſtquam obtinuiſſent, aſſiduè inſtiterunt, jus Medorum & Perſarum quod minimè intercidat, crepuerunt, ne edictum illud malum mutaretur, ſed executioni mandaretur, etiamſi Daniel innocens, in foueam leonum projici debeat; nec ceſſarunt donec malum perficerent. Contra verò *mandatum atque edictum univerſale iſtius Regis: ut in toto dominatu regnorum ejus, tremant & timeant omnes à conſpectu Dei Danielis, ut ſervaretur*, non urſerunt, & quanquam ex jure Medorum & Perſarum mutari non debuiſſet, tamen intercidere permiſerunt, forſan & fecerunt, ut vix ejus memoria extra Scripturam Danielis ibi manſerit, Dan. 6. verſ. 8. 9. 16. & 27. *Ita ſanctuli iſti Præſules*, quæ odio Religionis edicta, dolis malis à Magiſtratibus extorſerunt, aut ipſi in conciliabulis ſuis cuderunt, eorum executionē perpetuis inſtigationibus urgent, etiamſi optimos Dei cultores, ſub nominē Hæreticorum exſtirpari oporteat, nec intermittunt, donec bella cædes rogos accendant, & perſecutiones excitent. Contra verò, *ut Literæ Majeſtatis & Pacta cum Proteſtantibus, vi veritatis ad pacem & libertatem Religionis, qua Dei cultus & ſalus populi aſtruitur, inita ſtatuta obtineant*, impii non ſolum non curant, ſed etiam ſummis ſtudiis & libris, ut fides hic violari, & vera Religio ſub calumnia Hæreſeos aboleri queat, contendunt. *Mercedem dubio procul cum Babyloniis illis habituri.* Sic enim obligationes clandeſtinè pro ſua parte factas, utique malas, in præjudicium alterius partis, urgendo, & bonas pro communi tranquillitate apertè

Papiſtæ Babylonicis ſimiles.

inſtitutas, violando, bella, quibus ipſi pereant, cient. *Saxo* olim ſtimulis conſcientiæ punctus, recordabitur, quid ex antiquiſſimis pactis, genti Bohemæ debuerit, quid in negotio interpoſitionis promiſerit, & quid interceſſione pro Literis Majeſtatis juſte quæſiverit: ſed quam iniquè omnia iſta violaverit, ac fidem non ſervando oppreſſionem gentis & religionis veræ adjuverit! Quid in Conventu Lypſiaco Directorium Proteſtantium inchoando, receperit, quibus, Patriæ, Chriſto, & ſociis Religionis, ab initio devinctus fuerit: *quamque diu & quam ſtrenuè ſervaverit, aut quo jam diſcriminum rem Euangelicam adduxerit!* Nec ſanguis Guſtavi nunquam interpellabit, *Cur arma ſocia in prælio Lutzenſi ex requiſitione, juncta tempeſtivè non fuerunt!* Quo Tranſactio illa publica Anno 1631 Torgoviæ Calendis Septembris inita diſceſſerit: *quâ inviolabili promiſſione ac Sacramento, nunquam ſe ſine Suecorum conſenſu pacem ullam acceptaturum, obligatus erat: & tamen ubi res eorum inclinare viſa ſunt, inconſultis illis, omnia violando, pacem cum Papiſtis, non ſolum acceptavit; ſed etiam exercitus cum ipſis conjungens, bellum contra Suecos, & omnes juſtitiæ ac honeſtæ pacis ſtudioſos ſuſcepit: quod hodieque durans, Imperium Chriſtianum & ipſiuſmet ditiones affligit, & violationem pactorum fideique vindicat.* Si nihil unquam deliraſſet, ſed ſicut Alexander Magnus omnia præclare geſſiſſet, *unum facinus illud in violata fide, militibus Suecorum, Gôrlicio cedentium perpetratum, ſatis turpem maculam ejus Actis inureret.* quantò magis omnia maculata & contaminata erunt! *dum*, veluti vendendo Patriam, ejuſque Libertates auro, Dominumque potentem imponendo, in iſta Pace ſuſcepta, occultè *Imperatorem, omnibus ſuis hoſtibus ſuperiorem, imò ſolum in Imperio Dominum & Magiſtratum facit*: Hungariam, Bohemiam, Sileſiam, Moraviam, *Libera Regna & Provincias, in quas ipſi nihil juris, Auſtriacis hæreditarias, reddit*, Luſatiam ſtipendii loco accipit: obtentu pacis *omnes priores Auſtriacorum injurias, & uſurpationes, de quibus tanto bello controvertitur, iniquus juſtificat*; de rebus & controverſiis totius Imperii, nunquam huc deputatus, ſtatuit: Pacem profanam & religioſam Publicis Imperii Comitiis ratificatam, ſeceſſu privato exinanit: *Libertatem Religionis Proteſtantibus omnibus in perpetuum relictam, ad ſpatium quadraginta annorum cogit*: Bohemorum oppreſſionem & deploratiſſima exilia ad mortem uſque omnium, dirigit, quæ, ſi ad concluſionem, conſpirationis hujus, titulo pacis tectæ, non properaſſet, & quid ultimo Deputati

Saxo etiam pacta violare conſuevit.

Pacis Saxonicæ cũ Cæſare incommoda & mala.

Digitized by Google

putati Cæſarum, ſuperiùs, in mandatis habuerunt, accuratiùs cognoviſſet, reſtituere aut finire potuit: Diſpoſitionem liberam Collegii Electoralis, & Cameræ Imperialis, abſolutum Imperium in omnes liberæ Germaniæ vires, cognitionem denique plenariam litium, & Controverſiarum, omnium, quæ in poſterum de Religionis pacificationiſque iſtius negotio, valeant emergere, *ſoli Cæſari tribuit: Immemor quod ſicuti Matthias in Bohemia cùm ſolus Defenſor haberi contendit, ſolus libertatem Religionis tollendo, placitiſque Papæ mancipando, belli hujus ignem in ſua domo accendit.* ita Ferdinandus ſolus in Imperio pro arbitrio decernens, Saxonem ipſum ac Religionem Chriſtianam condemnando, exſtirpando, Papiſmum introducendo, perpetuis bellis omnia & ſuam domum perdet. Hoc introducere, nimirum eſt, jura, pacta, fidemque qua Patriæ, Religioni, & cum vicinis poſteritati, obligati ſumus, ſervare! O Saxonem cum adſtipulatoribus! qui non bella flagella Dei accerſantur! Quis, gemitus injuriâ affectorum, clamoreſque ſanguinum de terris, inhibeat? *Accedunt Sileſii*, quibus promiſſum de Religionis Euangelicæ libertate, & omnibus Privilegiis ſervandis, jurejurando, & Diplomate ſacro firmatum, *Dux Saxoniæ, quondam Princeps Elector in Imperio liber, tunc Imperatoris Commiſſarius ac Miles, cautione propria obſervandum in ſe recepit: attamen Imperatore ſtatim Anno 1628, contra jura & privilegia ipſorum agente, nihil cautionis, nihil fidei, miſeris præſtitit, ſed variè ipſos circumducendo, exercitibus ſuis vaſtando, ſpoliando, ad bellum excitando, in medio curſu deſeruit, ab Amneſtia in ſua Tranſactione excluſos, plenæ libidini Auſtriacæ puniendos, prodidit.* Et quis omnia perfidiæ illius puncta legat? qui varius jam his jam illis fœdifragus, ſeu fidem frangens, ultimo violatis omnibus quibus benè Patriæ, Eccleſiæ & vicinis, obligatus erat, nunc ſolis Auſtriacis quibus ſeorſim malè ſeſe obſtrinxit, luxatam fidem, ſerò, ad finem pertinaciſſimè ſervare nitens, bellum gerit: *Bohemi, Sileſii, Moravi, Luſati, ab obligatione deſignato Ferdinando Secundo*, per violatas ab illo Reverſales, *liberi, nec non Hungari*, Confœderationibus publicis, Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, & ſequente initis, ſi Regi Friderico legitimè electo, & ſibi ipſis invicem, omnes quibus aſtricti fuêre, ſi integerrimo conatu, & omnibus uti decebat viribus, fidem ſervaſſent, vix bello tanto conſumi meruiſſent: nam peccaſſe hîc multos nemo dubitarit,

Digitized by Google

& ipſi cum ſuis cervicibus gladium hunc non exigua parte attraxiſſent. Reliquiæ eorum habent cujus pœnitentiam agant. Omninò cum aliis peccatis hic etiam fides pactis & confœderationibus, & conſenſui publico, à multis non ſervata, ſed multifariam violata, inter cauſas malorum tantorum deprehendi poteſt. *Nec exiſtimandum, per reſervatas in animo clàm conditiones aliquas, fidem datam impunè violari poſſe.* Quales conditiones vel exceptiones, olim perfidi Ethnici reticere ſolebant, & hodiè Papiſtæ aut alii paciſcendo in uſu habent, uti: *fictam Papæ ſuper omnia dignitatem, contra cujus placita nihil liceret, aut qui à pactis & juramentis abſolvere, aut ſuis decretis Bullis omnia annullare poſſit.* Nam Rudolphus Suevorum Dux, & Wladiſlaus Hungariæ Bohemiæque Rex, etſi Pontificum autoritate, & inſtigationibus pacta fidemque violarent, tamen à Deo bellis puniti ſunt. dum circa annum Domini 1080, Papa cum Epiſcopis contra Imperatorem Henricum IV inſurgens, eumque excommunicans, hortatu Saxonum, Rudolphum Suevum, Imperatorem ſtatuere auſus, inuſitato exemplo Coronam auream ei miſit: hac inſcriptione:

Exceptiones Papiſtarum invalidæ.

Exempla violatorum pactorum damnata.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho:

ille Papæ autoritate deceptus, Cæſari fidem violavit, & ipſe Cæſaris titulum ſuſcipiens, bellum contra legitimum Imperatorem ac Magiſtratum ſuum geſſit. Verùm prælio profligatus, ſauciatus, & dextra truncatus, ad Eliſtrum Myſiæ occubuit: *ubi moriens, ſcelera ac perfidiam Pontificum, coram agmine aſtantium Epiſcoporum deteſtatus eſt, inquiens: Hæc dextra eſt, qua Imperatori promiſſam fidem confirmavi: Hæc violatæ à me vobis impulſoribus fidei argumentum, & nefariæ perfidiæ veſtræ teſtis eſt, de qua nobis rationes reddendæ erunt Deo.* Et recentius, Rex Ladiſlaus cum Imperatore Turcarum Amurathe pacem decem annorum concluſit, ac jurejurando ſancivit: verùm Eugenii Pontificis & Cardinalium inſtinctu, violans, Amurathem prædis & prælio ad magnas anguſtias propè Varnam oppidum in Bulgaria redegit, adeò *ut ille ſublatis in Cœlum oculis, exclamarit: Ieſu Chriſte; en hæc ſunt fœdera, quæ Chriſtiani tui, per nomen tuum jurando mecum percuſſerunt, ſuoque perjurio Te Deum eſſe abnegarunt. Quare ſi Deus es, ut ipſi ajunt, hanc, & mihi, & tuo ſancto nomini, illatam injuriam, ulciſcere:* & protinus omnis fortuna mutata, Ladiſlaus lethaliter ſauciatus, Chriſtianorum undecim millia cæſa, victoriæque jam deſperatæ,

Rudolphus Suedus.

Ladiſlaus Hungariæ Rex.

Amu-

Digitized by Google

Amurathes fuit compos. Fatum verò Vladiſlai, & perfidiam Papiſtarum deplorans Proſopæia ſcripta eſt:

Romulidæ Cannas ego Varnam clade notari:
Diſcite mortales non temerare fidem.

Atto Epiſcopus Moguntinus, confiſus ſibi remitti poſſe, aut ſe extra culpam fore, ſi juramento interpoſito, & fallacia in corde reſervata, Albertum Comitem Franconiæ deciperet, *quo devenit?* Imperatoris Ludovici IV fratrem Gonradum interfecerat hic Albertus Comes Franconiæ, & iram Imperatoris fugiens, ſe in munitiſſimam Arcem Bambergenſem concluſit: ubi Cæſar in ſeptimum annum eum fruſtra oppugnans, ex Attone Moguntino quid agendum ſit, quærit. Is ſpe remunerationis, pollicetur, ſe Comitem illum, Imperatori in manus traditurum. Atque illicò ſacram amicitiæ fidem ſimulans, ad Comitem proficiſcitur, ei jurejurando promittit, ſi ad colloquium cum Cæſare ab urbe & fortalitio ſuo deſcenderet, ſe eum in Bambergenſem arcem incolumem reducturum. Cumque Albertus ei fidem habens, ſimpliciter egrederetur, Epiſcopus quaſi melius quid cogitaſſet, ac prius cum Alberto prandere neceſſe eſſet, tandem ad Ludovicum veniendum commodius videretur, illum inducit, atque in arcem ut pranderent, reducit: à prandiis ad Cæſarem deſcenderunt, ubi mox Albertus captus, & ſecuri percuſſus eſt. cùm autem exprobraret, non ſervari ſibi pactam fidem, Atto nequam Epiſcopus reſpondit: *ſe jam ante incolumem ipſum reduxiſſe in arcem ad prandium, atque ita fidem ei ſemel promiſſam, ſervatam eſſe, nec eum juſtè queri poſſe.* confecta eſt proditio: Epiſcopus quidem ab Imperatore mercedis loco, arcem & bona Alberti reliqua occupanda accepit, *qualibus viis & artibus Epiſcopi tantas ditiones in orbe quærere ſolent;* At vindicta divina non cunctante, brevi poſt fulmine ictus, perfidiæ pœnas luit, corpore & anima à dæmonibus in Æthnam flammivomum Siciliæ montem, abreptus, cum tali clamore: *Atto Moguntinus.*

Sic peccata lues, atque ruendo rues.

ut Hiſtoriæ Campofulgoſi Hedioniſque referunt.

Burghardus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, non ceſſavit turbis bellis exactionibus civitatem vexare, & Senatus virtute preſſus, ad fœderaque pacis toties redactus, ea violare: à Papa Joanne 23, *Burchardus Magdeburgēſis.*

ut à juramento ſolveretur impetrare, donec tandem Anno 1325, ultione divina captus, & à præfecto carceris fuſte vel virga ferrea ex clathrata feneſtra exempta, cæſus, meritò periret, nec abſolutio Papalis ei profuit, fidei toties violatæ, & perjurii pœnas eum luere oportuit, uti Chronicon *Erneſti Brotauff* habet. In Ethnicis infidelibus paſſim ſciebatur pacta, juramenta, conventa fidemque violari, Deos impunè non ſinere, quocirca videas exempla miſerrima, quibus in animo reſervatis, paciſcendo & pacta violando voluerint evadere, tamen nec culpam nec pœnam evaſere, ut notatur illud, Alexandri Magni, quo, cùm milites Indorum pacto ſecum inito, ex urbe diſcedentes in itinere adortus necaſſet, ac violati juramenti violatorumque Deorum argueretur, reſpondere ac purgari voluit eo, quod promiſerit iis liberum ex urbe diſceſſum, non autem plenam in perpetuum ſecuritatem. *Cleomenes.* Cleomenes Lacedemoniorum Rex cum Argivis ſeptem dierum inducias pactus, tertia nocte eos invadens, incautos, magna clade affecit. Cùmque illi perfidiæ ipſum incuſarent, elidere ictum voluit, eo, quod *dierum* quidem ſeptem inducias pepigerit, ſed *noctium nullam mentionem fecerit*. nihilominùs Nemeſi divina ſequente, fœminarum virtute repreſſus, in Ægypto exul, ipſe ſibi manus inferens, miſerè vitam finiit. ut Plutarchus de virtutibus mulierum annotavit. *Locri Italici.* Locri Italici aliquando fœdus cum Siculis facientes, allii capita ſub tunicis ſuper humeros impoſuerunt, & terram injectam calceis ſub pedibus habentes, jurarunt: ſe firmam ac ſolidam, ipſis Rempublicam conſervaturos, donec eam terram calcarent, & ea capita in humeris ferrent. At poſtridiè capita allii & terram è calceis abjicientes, Siculos omnes jurijurando fallaci fidem habentes, interfecerunt. Sed porrò perfidi & Adraſtiæ obnoxii manſerunt, & ſi non ampliùs in eadem terra ambularent, neque capita in humeris ferrent. *Polyæn.* lib. 6. Et quis omnes improborum dolos malos, & manes, percenſeat. *Papiſtarū pacta ſemper limitata.* In Papiſtis, Jeſuitis, nigris, non jam candorem ſed omnia hæc impoſtoria, perfida, ęquivoca, ſubtilia, invenimus & experimur, adeò ut nemo jam ipſis tuto fidere poſſit, nec debeat. ita jugo & lupatis ſuis Papa omnium ora conſtrinxit, ut jam nemo ipſorum, neque Reges & Imperatores os aperire aut aliquid promittere ac tranſigere aut ratum facere audeant, vel queant, niſi ipſius arbitrio vel libidini placeat ac probetur, nihilque jam integri habeatur. Et iſto pacto cum Pontifice,

Digitized by Google

tifice, illi omnibus bella inferunt, ubique bella ferunt, & ſuis etiam cervicibus attrahunt. Nam in hoc caſu conſcientiæ tenendum: *Deum, omnia pacta, conventa, ſtatuta, promiſſa, juramenta, ſine omni dolo & fraude ſimpliciter & integrè accipere cum ea parte, cui ſiunt, & quo fine exorata ſunt, non cum ea parte, quæ talia præſtat, & deceptiones molitur.* Ideoque hîc non illa pars tantùm, ſed Deus ipſe offenditur, cujus nomen interponitur, atque ille teſtis, & vindex invocatur. Quare ſi maximè pars decepta opprimatur, & ſeſe vindicare non poſſit, ille tamen Judex, fraudes, perjuria & dolos malos judicat & ulciſcitur. Sicut enim de fœdere ſuo à peccatoribus violato, edicit, Levitic. capite vigeſimo ſexto, verſu vigeſimo quinto: *Inducam contra vos gladium ulciſcentem ultionem fœderis*: ita in omnes fœderum violatores tonat, Pſalm. 55. verſ. 16, & 21. *Aget exactorem mors invadens eos, deſcendent in infernum vivi, quorum quiſque extendit manus ſuas in colentes pacem ſecum, profanat fœdus ſuum.* Tales in reprobum ſenſum actos, omnino morti ulciſcenti jure ſuo tradit, Rom. cap. 1. verſ. 28. 32. Quod univerſali ipſius providentia moti Philoſophi, vocant *Ius naturæ, Iuriſconſulti Ius gentium.* Et plerunque alios fortiores adducit, qui jure talionis, vaſtatione & perfidia, perfidos vaſtatores, & pactorum violatores excidunt; Iſai. cap. 33. verſ. 1. *Væ tibi vaſtator qui ipſe non vaſtaris, & tibi perfide contra quem non agitur perfide: quum deſieris eſſe vaſtator, vaſtaberis, quum abſolveris perfide agere, perfide agetur contra te.* Ubi neque ſi Monarchias & potentiſſima Regna ſibi comparent, tuti erunt, ſed quemadmodum Aſſyrium illum oppreſſerunt Chaldæi, Chaldæos Perſæ, Perſas Græci, Græcos Romani, Romanos Rhodii & Vandali, Vandalos Saraceni, Saracenos Turcæ: ita hos vel illuſtris adventus Domini, vel quicunque alii minùs noti. uti *Milarco Tyranno, qui multos dolis ejuſmodi circumvenerat, & neglecta juriſjurandi religione trucidaverat, accidit: is à Timoleone Duce Corinthiorum, qui etiam Syracuſas in Sicilia preſſas, cives afflictos, Dioniſii Tyrannide liberavit, fortiter oppugnatus, ſimulabat ſe judicium apud Syracuſas ſubiturum, ſi Timoleon non accuſaret*: ille juravit ſe non accuſaturum: His intercedentibus conditionibus Milarcus Syracuſas venit: *Timoleon cùm eum in concionem pertraxiſſet, Nequaquam, inquit, eum accuſabo, ſic enim pactus ſum, verùm interfici celerrimè jubeo: nam æquum eſt, qui multis verba dedit, eum aliquando ſimili ratione circumveniri.* Polyæn: libr: 5.

Deus vindicat per alios.

Quid,

Digitized by Google

Violatio fidei eſt macula familiarum.

ſignaret, ſatis turpem maculam, ſuis rebus geſtis, & toti familiæ, inureret, ruinamque accelararet, uti Plutarchus in vita Alexandri Magni, poſtquam enarraſſet, eum aliquando mercenarios Indorum milites, pacto ſecum inito, ex urbe quadam diſcedentes, in itinere adortum eſſe, & mactaſſe, clamantibuſque illis, ſe contra jusjurandum violari, & implorantibus violatos Deos, reſpondiſſe: ſe quidem liberum ipſis ex urbe diſceſſum promiſiſſe; non autem plenam in perpetuum ſecuritatem, addit: *Quod facinus ejus cæteris rebus juſtè, & Regi convenienter, geſtis, maculam inuſſit.* Et, de *Philippo Macedone* patre ejus, communiter ſcribitur, *quod jusjurandum ſemper contempſerit, fœderumque religionem, nunquam ſanctam habuerit, ideòque anno ætatis 46 interfectus ſit, & cum tota domo ſua, cum Alexandro filio, & nova Monarchia ejus, brevi tempore miſerè perierit.* Quantò magis, cùm ſibi jam, plures ex iſta familia, hoc quaſi hæreditarium & perpetuum aſſumant, maculis, & ruinis, obnoxii redduntur? Etiamſi Lemmermanni adulatores, adhuc plures ejus rebus geſtis, virtutes, adſcribant; tamen hæc macula, omnibus contaminandis, & hæc violatio Dei omnibus puniendis ſufficit, *& quales eſſe poſſunt virtutes, ubi nulla integritas?* Nam quicquid promittunt, quicquid tranſigunt, aut paciſcuntur, & jurant, nihil fit integrè; ſed ſemper ſibi reſervant aliquid, quo data occaſione fidem reſcindere, & pacta conventa, diſrumpere queant, uti eſt illa præconcepta opinio, *quòd ipſi cum Papatu ſint ſoli Catholici, reliqui Chriſtiani omnes Hæretici:* item, *illa iniquiſſima obligatio Papæ ac ſuæ parti, quòd tantùm Papicolas in pace conſervare & defendere, alios omnes exſtirpare velint, modò valeant.* Sicuti Ferdinandus Primus, etſi nomine Imperatoris Caroli Quinti, Proteſtantibus Euangelicis in Tranſactione Paſſavica pacem & legitimam poſſeſſionem bonorum Eccleſiaſticorum reliquerit, tamen opinione erroneâ retentâ; hæc omnia eſſe Papæ, ei debere reddi, & ſe nihil contra Papam poſſe, Proteſtantes Hæreticos eſſe, & bona Eccleſiaſtica penes eos minimè manere licere. quod aperuit tandem Imperator factus, in receſſu Comitiorum Auguſtanorum, Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Junii 13, his verbis: *Excedit omnem ſecularem poteſtatem etiam ſupremam Majeſtatem Cæſaream, Eccleſiaſtica bona à legitimis Prælatis tranſlata, ad perſonas Laicas & Hæreticas devolvi, & penes eaſdem permanere.* nimium patientes aut meticuloſi Proteſtantes, qui hæc tulerunt.

Indigna Auſtriacorum inconſtantia, & fidei violatio.

Digitized by Google

runt. Et ipſe Carolus Quintus Imperator, paulò *poſt illam Transactionem Paſſavicam, qua pacem & libertatem Religionis cum reditibus Eccleſiaſticis, Chriſtianis Proteſtantibus ſivit, ut quid in animo reſervaret, oſtenderet, Anno 1555 Generalem edidit revocationem omnium eorum quæ aliquando contra conſcientiam Hæreticis indulſiſſe confitetur.* 19 Septembris. non alio fine, quam ut illam *Tranſactionem* qua nunc ſero vult niti Saxo, cum complicibus, per ſeipſum annullaret, adeoque fidem ampliùs non ſervari debere, innueret. Sed & Rudolphus Secundus, antequam meliùs informaretur, cùm ſine autoritate omnium Electorum communi, ſeorſim aliquid ageret, eodem animo fuit. Nam Ordinibus Proteſtantibus Hungariæ & Auſtriæ Libertatem Religionis indulgens Anno 1606, Auguſti ſexto, in Literis ſuis declaratoriis adjecit: *Tam Articulos illos, qui ad Religionem & Eccleſiaſticum ordinem pertinent, quam reliquos ſic intelligendos, quatenus juramento ejus in inauguratione præſtito (de defenſione Religionis Catholicæ, & exſtirpatione hæreſeos) contrarii non ſint.* Nedùm ut à Ferdinando Secundo, Matthiæ adoptivo, ejuſque genere melius aut tutius aliquid ſperari poſſit. Inſpiciantur Scripta Pontificiorum, quæ illi Regulam Scripturæ putant, & non tam Sacras Literas, quam ſuorum *Bullas* obſervant. Jacobus Simancha Epiſcopus Pacenſis de Catholica Inſtitutione Cap. 46, ſcribit: *Ad Hæreticorum iſtorum Lutheranorum pœnam & odium etiam pertinere, quòd, fides illis data ſervanda non ſit, non obſtante juramento:* Ulteriùs: *Cum Hæreticis nullum commercium, nec pacem ullam eſſe poſſe: ideòque fidem illis datam, etiam juramento firmatam, nullo modo ſervandam eſſe. quod neceſſe ſit inceſſabiliter iterari.* In libro de Compoſitione pacis inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes, juſſu & autoritate Superiorum edito, Dillingæ, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, & à Doctoribus Facultatis Juridicæ Archiducalis Academiæ Freiburgenſis approbato, atque Edictum illud reſtitutorium quaſi declarante, paſſim docetur: *Tranſactiones ejuſmodi Catholicorum cum Hæreticis & Lutheranis, ipſo jure eſſe nullas, illicitas, infelices:* rationes allegantur infirmæ, hæ veluti palmariæ: *Quaſi* hoc excedat Dignitatem Imperialem in rebus Eccleſiaſticis, aliquid Hæreticis permittere; *Quaſi* non poſſit Princeps Catholicus ullis ſe promiſſis ad tolerandam Hæreſin obligare, & illicitum ſit Magiſtratui, atque in Deum injurioſum, Hęreſim, niſi ob gravius Reipub. malum declinandum, ad tem-

Papiſtę nolunt ſervari fidem.

ad tempus ſolummodo tolerare: *Quaſique* ſine autoritate & approbatione Pontificis, nullum tale pactum debeat valere. Hæc communis eſt iſtorum ſententia & praxis, Conciliis, Conſtantienſi, Tridentino, & Bulla Pii IV ratificata. Unde Martinus Becanus Jeſuita, in diſputatione de fide Hæreticis ſervanda, cap. 10. aſſerit: *Libertatem illam Religionis in Imperio eſſe illicitam, divino præcepto repugnantem, & non aliter quam aliquo tempore majoris damni vitandi cauſa, tolerari poſſe.* imò addit: *Sciant omnes etiamſi quid ſpeciali reſcripto, vel pacto, hujuſmodi hominum generi, impetratum ſit, id non valere.* Et Joannes Paulus Windeck in Deliberatione de Hæreticis exſtirpandis, impreſſa Coloniæ, cum gratiâ & privilegio Cæſareæ Majeſtatis pag. 414. *Quòd nonnunquam Catholici cum Sectariis tranſegerint, eo fine fecerunt, ut interea reliquis negotiis expeditis, poſtea unum hoc bellum contra Sectarios adminiſtrarent, omnemque ejus molem in ipſos converterent.* Fidat ergò his, qui ex improviſo decipi atque opprimi vult. Veteres ſane dicebant: *In malis promiſſis reſcinde fidem, ne quod incautè voviſti, ſcelerè adimpleatur.* & Jus præſcribit: *Præſtare in malis promiſſis fidem non obſervare. Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.* Verùm Papiſtæ nunquam probabunt: illas promiſſiones Magiſtratuum, quod ſubditis ſua privilegia, libertates & Religionis à Chriſto inſtitutæ exercitia, velint in perpetuum ſalva relinquere & con-
" ſervare, *eſſe vel fuiſſe mala.* *neque oſtendent ſe* in iis, in quibus à Scri-
" ptura & Primitiva Eccleſia recedunt, & ab Euangelicis merito
" reprehenduntur *eſſe Catholicos*; propria laus & teſtimonium pro-
" prium non valent; ſed grande hic ſcelus toties repetunt ac per-
" petrant, quoties inſtitutionem Chriſti, in Bohemis, Hæreſin eſ-
" ſe blaſphemant, & Proteſtantes in doctrina Euangelii perſeve-
" rantes, Hæreticos eſſe ſcribunt vel dicunt: falſum teſtimonium
" loquuntur, Magiſtratum ſeducunt, fratres calumniis obruunt, &
" ore mentienti animas perdunt: atque duplicato omni ſcelere, violationem ejuſmodi pactorum, & juramentorum urgent, ſicuti reprobi Judæi vociferantes, donec cædes perpetretur, *Crucifige, crucifige eum.* Quid, *Si aliquando juſtus Eccleſiæ Senatus, ac judicium ceu Concilium legitimum, detur, & Euangelici locum ſeſe purgandi nacti, Papiſtas in iis in quibus à ſe diſſentiunt non Catholicos eſſe, ſed pleraque omnia ab idololatris, & variis Hæreticis habere, eoque Hæreticos ipſos, imo Antichriſtianos exiſtere demonſtrent, quod haud difficile fuerit, nonne hæc omnia in ipſo-*

Digitized by Google

in ipſorum capita revolverentur, & nulla fides amplius illis haberetur, & ſervaretur? Quicquid eorum parti, Auſtriaci voverunt, aut pactis ſecretioribus promiſerunt, aut etiam Literis Majeſtatis confirmaverunt, libertatem nimirùm, & pacem Religionis, id ſibi perfectè ſervari volunt, imò ſi quis contrarium agat, ipſis Regibus, Imperatoribus, & Magiſtratibus, non parcunt; ſed quod alteri parti ejuſmodi Literis & Tranſactionibus promittitur, illud *iniquiſſimi* ſervari nolunt, ſed violari data occaſione expetunt, contra Catholicam Chriſti Legem, & Philoſophorum æquitatem: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris; &, quæ volueritis ut faciant vobis homines, ita vos facite eis.* quod tranſgredi & viam contrariam inſiſtere, *eſt ſumma Hæreſis,* quâ *pares redduntur, Eparchis & Satrapis illis Babylonicis,* qui odio Danielis ardentes, quieſcere non potuerunt, donec ſtatutum aliquod dolo malo à Rege Dario, ad illaqueandum ſanctum Dei cultorem, obtinerent, & poſtquam obtinuiſſent, aſſiduè inſtiterunt, jus Medorum & Perſarum quod minimè intercidat, crepuerunt, ne edictum illud malum mutaretur, ſed executioni mandaretur, etiamſi Daniel innocens, in foueam leonum projici debeat; nec ceſſarunt donec malum perficerent. Contra verò *mandatum atque edictum univerſale iſtius Regis: ut in toto dominatu regnorum ejus, tremant & timeant omnes à conſpectu Dei Danielis, ut ſervaretur,* non urſerunt, & quanquam ex jure Medorum & Perſarum mutari non debuiſſet, tamen intercidere permiſerunt, forſan & fecerunt, ut vix ejus memoria extra Scripturam Danielis ibi manſerit, Dan. 6. verſ. 8. 9. 16. & 27. *Ita ſanctuli iſti Præſules,* quæ odio Religionis edicta, dolis malis à Magiſtratibus extorſerunt, aut ipſi in conciliabulis ſuis cuderunt, eorum executione perpetuis inſtigationibus urgent, etiamſi optimos Dei cultores, ſub nomine Hæreticorum exſtirpari oporteat, nec intermittunt, donec bella cædes rogos accendant, & perſecutiones excitent. Contra verò, *ut Literæ Majeſtatis & Pacta cum Proteſtantibus, vi veritatis ad pacem & libertatem Religionis, qua Dei cultus & ſalus populi aſtruitur, inita ſtatuta obtineant,* impii non ſolum non curant, ſed etiam ſummis ſtudiis & libris, ut fides hic violari, & vera Religio ſub calumnia Hæreſeos aboleri queat, contendunt. *Mercedem dubio procul cum Babyloniis illis habituri.* Sic enim obligationes clandeſtinè pro ſua parte factas, utique malas, in præjudicium alterius partis, urgendo, & bonas pro communi tranquillitate apertè

Papiſtæ Babylonicis ſimiles.

inſti-

Digitized by Google

inſtitutas, violando, bella, quibus ipſi pereant, cient. *Saxo* olim ſtimulis conſcientiæ punctus, recordabitur, quid ex antiquiſſimis pactis, genti Bohemæ debuerit, quid in negotio interpoſitionis promiſerit, & quid interceſſione pro Literis Majeſtatis juſte quæſiverit: ſed quam iniquè omnia iſta violaverit, ac fidem non ſervando oppreſſionem gentis & religionis veræ adjuverit! Quid in Conventu Lypſiaco Directorium Proteſtantium inchoando, receperit, quibus, Patriæ, Chriſto, & ſociis Religionis, ab initio devinctus fuerit: *quamque diu & quam ſtrenuè ſervaverit, aut quo jam diſcriminum rem Euangelicam adduxerit!* Nec ſanguis Guſtavi nunquam interpellabit, *Cur arma ſocia in prælio Lutzenſi ex requiſitione, juncta tempeſtivè non fuerunt!* Quo Tranſactio illa publica Anno 1631 Torgoviæ Calendis Septembris inita diſceſſerit: *quâ inviolabili promiſſione ac Sacramento, nunquam ſe ſine Suecorum conſenſu pacem ullam acceptaturum, obligatus erat: & tamen ubi res eorum inclinare viſa ſunt, inconſultis illis, omnia violando, pacem cum Papiſtis, non ſolum acceptavit; ſed etiam exercitus cum ipſis conjungens, bellum contra Suecos, & omnes juſtitiæ ac honeſtæ pacis ſtudioſos ſuſcepit: quod hodieque durans, Imperium Chriſtianum & ipſiuſmet ditiones affligit, & violationem pactorum fideique vindicat.* Si nihil unquam deliraſſet, ſed ſicut Alexander Magnus omnia præclare geſſiſſet, *unum facinus illud in violata fide, militibus Suecorum, Gôrlicio cedentium perpetratum, ſatis turpem maculam ejus Actis inureret.* quantò magis omnia maculata & contaminata erunt! *dum*, veluti vendendo Patriam, ejuſque Libertates auro, Dominumque potentem imponendo, in iſta Pace ſuſcepta, occultè *Imperatorem, omnibus ſuis hoſtibus ſuperiorem, imò ſolum in Imperio Dominum & Magiſtratum facit:* Hungariam, Bohemiam, Sileſiam, Moraviam, *Libera Regna & Provincias, in quas ipſi nihil juris, Auſtriacis hæreditarias, reddit*, Luſatiam ſtipendii loco accipit: obtentu pacis *omnes priores Auſtriacorum injurias, & uſurpationes, de quibus tanto bello controvertitur, iniquus juſtificat;* de rebus & controverſiis totius Imperii, nunquam huc deputatus, ſtatuit: Pacem profanam & religioſam Publicis Imperii Comitiis ratificatam, ſeceſſu privato exinanit: *Libertatem Religionis Proteſtantibus omnibus in perpetuum relictam, ad ſpatium quadraginta annorum cogit:* Bohemorum oppreſſionem & deploratiſſima exilia ad mortem uſque omnium, dirigit, quæ, ſi ad concluſionem, conſpirationis hujus, titulo pacis tectæ, non properaſſet, & quid ultimo Deputati

Saxo etiam pacta violare conſuevit.

Pacis Saxonicæ cũ Cæſare incommoda & mala.

Digitized by Google

putati Cæſarum, ſuperiùs, in mandatis habuerunt, accuratiùs cognoviſſet, reſtituere aut finire potuit: Diſpoſitionem liberam Collegii Electoralis, & Cameræ Imperialis, abſolutum Imperium in omnes liberæ Germaniæ vires, cognitionem denique plenariam litium, & Controverſiarum, omnium, quæ in poſterum de Religionis pacificationiſque iſtius negotio, valeant emergere, *ſoli Cæſari tribuit: Immemor quod ſicuti Matthias in Bohemia cùm ſolus Defenſor haberi contendit, ſolus libertatem Religionis tollendo, placitiſque Papæ mancipando, belli hujus ignem in ſua domo accendit.* ita Ferdinandus ſolus in Imperio pro arbitrio decernens, Saxonem ipſum ac Religionem Chriſtianam condemnando, exſtirpando, Papiſmum introducendo, perpetuis bellis omnia & ſuam domum perdet. Hoc introducere, nimirum eſt, jura, pacta, fidemque qua Patriæ, Religioni, & cum vicinis poſteritati, obligati ſumus, ſervare! O Saxonem cum adſtipulatoribus! qui non bella flagella Dei accerſantur! Quis, gemitus injuriâ affectorum, clamoreſque ſanguinum de terris, inhibeat? *Accedunt Sileſii*, quibus promiſſum de Religionis Euangelicæ libertate, & omnibus Privilegiis ſervandis, jurejurando, & Diplomate ſacro firmatum, *Dux Saxoniæ, quondam Princeps Elector in Imperio liber, tunc Imperatoris Commiſſarius ac Miles, cautione propria obſervandum in ſe recepit: attamen Imperatore ſtatim Anno 1628, contra jura & privilegia ipſorum agente, nihil cautionis, nihil fidei, miſeris præſtitit, ſed variè ipſos circumducendo, exercitibus ſuis vaſtando, ſpoliando, ad bellum excitando, in medio curſu deſeruit, ab Amneſtia in ſua Tranſactione excluſos, plenæ libidini Auſtriacæ puniendos, prodidit.* Et quis omnia perfidiæ illius puncta legat? qui varius jam his jam illis fœdifragus, ſeu fidem frangens, ultimo violatis omnibus quibus benè Patriæ, Eccleſiæ & vicinis, obligatus erat, nunc ſolis Auſtriacis quibus ſeorſim malè ſeſe obſtrinxit, luxatam fidem, ſerò, ad finem pertinaciſſimè ſervare nitens, bellum gerit: *Bohemi, Sileſii, Moravi, Luſati, ab obligatione deſignato Ferdinando Secundo*, per violatas ab illo Reverſales, *liberi, nec non Hungari*, Confœderationibus publicis, Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, & ſequente initis, ſi Regi Friderico legitimè electo, & ſibi ipſis invicem, omnes quibus aſtricti fuêre, ſi integerrimo conatu, & omnibus uti decebat viribus, fidem ſervaſſent, vix bello tanto conſumi meruiſſent: nam peccaſſe hîc multos nemo dubitarit,

Digitized by Google

& ipſi cum ſuis cervicibus gladium hunc non exigua parte attraxiſſent. Reliquiæ eorum habent cujus pœnitentiam agant. Omninò cum aliis peccatis hic etiam fides pactis & confœderationibus, & conſenſui publico, à multis non ſervata, ſed multifariam violata, inter cauſas malorum tantorum deprehendi poteſt.

Exceptiones Papiſtarum invalidæ.

Nec exiſtimandum, per reſervatas in animo clàm conditiones aliquas, fidem datam impunè violari poſſe. Quales conditiones vel exceptiones, olim perfidi Ethnici reticere ſolebant, & hodiè Papiſtæ aut alii paciſcendo in uſu habent, uti: *fictam Papæ ſuper omnia dignitatem, contra cujus placita nihil liceret, aut qui à pactis & juramentis abſolvere, aut ſuis decretis Bullis omnia annullare poſſit.* Nam Rudolphus Suevorum Dux, & Wladiſlaus Hungariæ Bohemiæque Rex, etſi Pontificum autoritate, & inſtigationibus pacta fidemque violarent, tamen à Deo bellis puniti ſunt.

Exempla violatorum pactorum damnata.

dum circa annum Domini 1080, Papa cum Epiſcopis contra Imperatorem Henricum IV inſurgens, eumque excommunicans, hortatu Saxonum, Rudolphum Suevum, Imperatorem ſtatuere auſus, inuſitato exemplo Coronam auream ei miſit: hac inſcriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho:

ille Papæ autoritate deceptus, Cæſari fidem violavit, & ipſe Cæſaris titulum ſuſcipiens, bellum contra legitimum Imperatorem ac Magiſtratum ſuum geſſit. Verùm prælio profligatus, ſauciatus, &

Rudolphus Suedus.

dextra truncatus, ad Eliſtrum Myſiæ occubuit: *ubi moriens, ſcelera ac perfidiam Pontificum, coram agmine aſtantium Epiſcoporum deteſtatus eſt, inquiens: Hæc dextra eſt, qua Imperatori promiſſam fidem confirmavi: Hæc violata à me vobis impulſoribus fidei argumentum, & nefariæ perfidiæ veſtræ teſtis eſt, de qua nobis rationes reddendæ erunt Deo.* Et recentiùs,

Ladiſlaus Hungariæ Rex.

Rex Ladiſlaus cum Imperatore Turcarum Amurathe pacem decem annorum concluſit, ac jurejurando ſancivit: verùm Eugenii Pontificis & Cardinalium inſtinctu, violans, Amurathem prædis & prælio ad magnas anguſtias propè Varnam oppidum in Bulgaria redegit, adeò *ut ille ſublatis in Cœlum oculis, exclamarit: Ieſu Chriſte; en hæc ſunt fœdera, quæ Christiani tui, per nomen tuum jurando mecum percuſſerunt, ſuoque perjurio Te Deum eſſe abnegarunt. Quare ſi Deus es, ut ipſi ajunt, hanc, & mihi, & tuo ſancto nomini, illatam injuriam, ulciſcere:* & protinus omnis fortuna mutata, Ladiſlaus lethaliter ſauciatus, Chriſtianorum undecim millia cæſa, victoriæque jam deſperatæ,

Amu-

Digitized by Google

Amurathes fuit compos. Fatum verò Vladiſlai, & perfidiam Papiſtarum deplorans Proſopæia ſcripta eſt:

Romulidæ Cannas ego Varnam clade notari:
Diſcite mortales non temerare fidem.

Atto Epiſcopus Moguntinus, confiſus ſibi remitti poſſe, aut ſe extra culpam fore, ſi juramento interpoſito, & fallacia in corde reſervata, Albertum Comitem Franconiæ deciperet, *quo devenit?* Imperatoris Ludovici IV fratrem Conradum interfecerat hic Albertus Comes Franconiæ, & iram Imperatoris fugiens, ſe in munitiſſimam Arcem Bambergenſem concluſit: ubi Cæſar in ſeptimum annum eum fruſtra oppugnans, ex Attone Moguntino quid agendum ſit, quærit. Is ſpe remunerationis, pollicetur, ſe Comitem illum, Imperatori in manus traditurum. Atque illicò ſacram amicitiæ fidem ſimulans, ad Comitem proficiſcitur, ei jurejurando promittit, ſi ad colloquium cum Cæſare ab urbe & fortalitio ſuo deſcenderet, ſe eum in Bambergenſem arcem incolumem reducturum. Cumque Albertus ei fidem habens, ſimpliciter egrederetur, Epiſcopus quaſi melius quid cogitaſſet, ac prius cum Alberto prandere neceſſe eſſet, tandem ad Ludovicum veniendum commodius videretur, illum inducit, atque in arcem ut tranderent, reducit: à prandiis ad Cęſarem deſcenderunt, ubi mox Albertus captus, & ſecuri percuſſus eſt. cùm autem exprobraret, non ſervari ſibi pactam fidem, Atto nequam Epiſcopus reſpondit: *ſe jam ante incolumem ipſum reduxiſſe in arcem ad prandium, atque ita fidem ei ſemel promiſſam, ſervatam eſſe, nec eum juſtè queri poſſe.* confecta eſt proditio: Epiſcopus quidem ab Imperatore mercedis loco, arcem & bona Alberti reliqua occupanda accepit, *qualibus viis & artibus Epiſcopi tantas ditiones in orbe quærere ſolent;* At vindicta divina non cunctante, brevi poſt fulmine ictus, perfidiæ pœnas luit, corpore & anima à dęmonibus in Æthnam flammivomum Siciliæ montem, abreptus; cum tali clamore: *Atto Moguntinus.*

Sic peccata lues, atque ruendo rues.

ut Hiſtoriæ Campofulgoſi Hedioniſque referunt.

Burghardus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, non ceſſavit turbis bellis exactionibus civitatem vexare, & Senatus virtute preſſus, ad fœderaque pacis toties redactus, ea violare: à Papa Joanne 23, *Burchardus Magdeburgēſis.*

ut à juramento ſolveretur impetrare, donec tandem Anno 1325, ultione divina captus, & à præfecto carceris fuſte vel virga ferrea ex clathrata feneſtra exempta, cæſus, meritò periret, nec abſolutio Papalis ei profuit, fidei toties violatæ, & perjurii pœnas eum luere oportuit, uti Chronicon *Erneſti Brotauff* habet. In Ethnicis infidelibus paſſim ſciebatur pacta, juramenta, conventa fidemque violari, Deos impunè non ſinere, quocirca videas exempla miſerrima, quibus in animo reſervatis, paciſcendo & pacta violando voluerint evadere, tamen nec culpam nec pœnam evaſere, ut notatur illud, Alexandri Magni, quo, cùm milites Indorum pacto ſecum inito, ex urbe diſcedentes in itinere adortus necaſſet, ac violati juramenti violatorumque Deorum argueretur, reſpondere ac purgari voluit eo, quod promiſerit iis liberum ex urbe diſceſſum, non autem plenam in perpetuum ſecuritatem. *Cleomenes.* Cleomenes Lacedemoniorum Rex cum Argivis ſeptem dierum inducias pactus, tertia nocte eos invadens,incautos,magna clade affecit. Cùmque illi perfidiæ ipſum incuſarent, elidere ictum voluit, eo, quod *dierum* quidem ſeptem inducias pepigerit, ſed *noctium nullam mentionem fecerit.* nihilominùs Nemeſi divina ſequente, fœminarum virtute repreſſus, in Ægypto exul, ipſe ſibi manus inferens, miſerè vitam finiit. ut Plutarchus de virtutibus mulierum annotavit. *Locri Italici.* Locri Italici aliquando fœdus cum Siculis facientes, allii capita ſub tunicis ſuper humeros impoſuerunt, & terram injectam calceis ſub pedibus habentes, jurarunt: ſe firmam ac ſolidam, ipſis Rempublicam conſervaturos, donec eam terram calcarent, & ea capita in humeris ferrent. At poſtridiè capita allii & terram è calceis abjicientes, Siculos omnes jurijurando fallaci fidem habentes, interfecerunt. Sed porrò perfidi & Adraſtiæ obnoxii manſerunt, & ſi non ampliùs in eadem terra ambularent, neque capita in humeris ferrent. Polyæn. lib. 6. Et quis omnes improborum dolos malos, & manes, percenſeat. *Papiſtarũ pacta ſemper limitata.* In Papiſtis, Jeſuitis, nigris, non jam candorem ſed omnia hæc impoſtoria, perfida, ęquivoca, ſubtilia, invenimus & experimur, adeò ut nemo jam ipſis tuto fidere poſſit, nec debeat. ita jugo & lupatis ſuis Papa omnium ora conſtrinxit, ut jam nemo ipſorum, neque Reges & Imperatores os aperire aut aliquid promittere ac tranſigere aut ratum facere audeant, vel queant, niſi ipſius arbitrio vel libidini placeat ac probetur, nihilque jam integri habeatur. Et iſto pacto cum Pontifice,

Digitized by Google

tifice, illi omnibus bella inferunt, ubique bella ſerunt, & ſuis etiam cervicibus attrahunt. Nam in hoc caſu conſcientiæ tenendum: *Deum, omnia pacta, conventa, ſtatuta, promiſſa, juramenta, ſine omni dolo & fraude ſimpliciter & integrè accipere cum ea parte, cui fiunt, & quo ſine exorata ſunt, non cum ea parte, quæ talia præſtat, & deceptiones molitur.* Ideoque hîc non illa pars tantùm, ſed Deus ipſe offenditur, cujus nomen interponitur, atque ille teſtis, & vindex invocatur. Quare ſi maximè pars decepta opprimatur, & ſeſe vindicare non poſſit, ille tamen Judex, fraudes, perjuria & dolos malos judicat & ulciſcitur. Sicut enim de fœdere ſuo à peccatoribus violato, edicit, Levitic. capite vigeſimo ſexto, verſu vigeſimo quinto: *Inducam contra vos gladium ulciſcentem ultionem fœderis*: ita in omnes fœderum violatores tonat, Pſalm. 55. verſ. 16, & 21. *Aget exactorem mors invadens eos, deſcendent in infernum vivi, quorum quiſque extendit manus ſuas in colentes pacem ſecum, profanat fœdus ſuum.* Tales in reprobum ſenſum actos, omnino morti ulciſcenti jure ſuo tradit, Rom. cap. 1. verſ. 28. 32. Quod univerſali ipſius providéntia moti Philoſophi, vocant *Ius naturæ, Iuriſconſulti Ius gentium.* Et plerunque alios fortiores adducit, qui jure talionis, vaſtatione & perfidia, perfidos vaſtatores, & pactorum violatores excidunt; Iſai. cap. 33. verſ. 1. *Væ tibi vaſtator qui ipſe non vaſtaris, & tibi perfide contra quem non agitur perfide: quum deſieris eſſe vaſtator, vaſtaberis, quum abſolveris perfide agere, perfide agetur contra te.* Ubi neque ſi Monarchias & potentiſſima Regna ſibi comparent, tuti erunt, ſed quemadmodum Aſſyrium illum oppreſſerunt Chaldæi, Chaldæos Perſæ, Perſas Græci, Græcos Romani, Romanos Rhodii & Vandali, Vandalos Saraceni, Saracenos Turcæ: ita hos vel illuſtris adventus Domini, vel quicunque alii minùs noti. uti *Milarco Tyranno, qui multos dolis ejuſmodi circumvenerat, & neglecta juriſjurandi religione trucidaverat, accidit: is à Timolcone Duce Corinthiorum, qui etiam Syracuſas in Sicilia preſſas, cives afflictos, Dioniſii Tyrannide liberavit, fortiter oppugnatus, ſimulabat ſe judicium apud Syracuſas ſubiturum, ſi Timoleon non accuſaret*: ille juravit ſe non accuſaturum: His intercedentibus conditionibus Milarcus Syracuſas venit: *Timoleon cùm eum in concionem pertraxiſſet, Nequaquam, inquit, eum accuſabo, ſic enim pactus ſum, verùm interfici celerrimè jubeo: nam æquum eſt, qui multis verba dedit, eum aliquando ſimili ratione circumveniri.* Polyæn: libr: 5. Quid,

Deus vindicat per alios.

Quid, quod de Deo Pſalm. 18. verſ. 27, affirmatur: *Cum perverſo eluctaris*: & vulgata verſio, ac Germanica Lutheri, quomodo reddat, ipſi perverſi fœdifragi viderint.

Litera Majeſtatis, tantâ autoritate Magiſtratus & tanto conſenſu omnium Proteſtantium conditæ, *eos qui contra illos facerent, adeòque hic fidem violarent, tanquam transgreſſores, communis boni, ſeu publicæ tranquillitatis, turbatores ac violatores condemnant, ut non tantum Ordines Regni, ſed etiam Rex Bohemiæ, Cæſar cum omnibus modernis & venturis Regibus, contra eos ſicuti contra hoſtes & vaſtatores Regni, Iuris, & Ordinis, procedant, atque armis eos reprimant*: obſervarunt ne hoc Auſtriaci? & Papiſtę? quibus etiam hic erat cautum? minimè. ſed crimine læſæ Majeſtatis tanti Magiſtratus, *jam dudum Dominatus contemnere audaces*, & ſibi pertinaciter placentes, etiam Dignitates, Principes, quantumvis auguſta Majeſtate prẹditos, probris inceſſere ſueti, Literas tantas *Peſſimas* vocarunt, & jam violata fide, omnia contra fecerunt. Ordines tantùm, æqui & officii memores, illis reſtiterunt. Nunc etiamſi violatores ſuperiores ſint, *tamen eo proceſſu tenentur. Et, ſi maximè Bohemi Ordines jam adverſus eos procedere non poßint, tamen Deus, Iuris, Majeſtatis, & Pactorum tantorum vindex, ipſe antiquum obtinebit, & quos voluerit, ſubernabit.* Nec evadent, ſi jure belli omnia ſibi licere in Religionem debellatorum autument, non datur: nec illi Religionis, ſed Regionis ergò bellum geri ſparſerunt. nec illicò ſi quis bello ſuperior ſit, in Religionem, in Deum, ejuſque inſtitutionem, jus acquirit. Nam Iſraëlitæ, quoties bello victi in manus Idololatrarum traditi fuerunt? nulli tamen victores, Religionem illorum, & unius Dei cultum, abolere jus habuerunt, nec Romani in eos tam crudeles fuerunt, ſed relicta ipſis Lege cenſum Cæſari dari poſtularunt. & ſæpius ſub debellatoribus illi, Religionem, *quam abuſu pacis & libertatis ſuæ cum idolomania commutarant*, viciſſim receperunt, atque ad Deum reverſi ſunt. Nec David, nec Conſtantinus Magnus, quas debellarunt gentes vi, exiliis, exſtirpationibus, ad ſuam, licet veram, Religionem, coëgerunt, ſed liberum ipſis Religionis ſtudium reliquerunt. Monarchæ & Romani licet orbem ferè devicerint, tamen omnes gentes ad placita unius Flaminis ſui, non compulerunt, ſed penes Deorum quaſque ſuorum cultus tolerarunt. *Chriſtiani, quos converterunt, non bellis ſed libellis, non cædendo ſed ſuadendo, non nocendo ſed docendo, non dominando ſed*

Debellatio jus mutandæ religionis non cōfert.

Digitized by Google

ſed miniſtrando, non exſtirpando ſed plantando, neque ut Tyranni hoſtes ſed uti boni Patres cum iis egerunt. Tyranni reprobi in veram Religionem unicam ſemper ad exſtirpationem uſque ſævierunt, & in hoc Antichriſtiani jam occupantur, ut à Chriſtianis patientibus meliùs agnoſcantur, Soriceſque ſuo indicio ſe prodant. Catholicum quid hic ſit, Patres annotarunt. Athanaſius, Apologia 3. *Confitemur cum Iulio Epiſcopo Romano, Iudicia Eccleſiæ, ſecundùm Euangelium, non vel ad exilium vel ad mortem eſſe inſtituenda.* Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium: *Nemini bono unquam placuit in hæreticum ſævire uſque in ſanguinem, corripi eos volumus, non interfici.* Roterodamus: *Non eo probabimus nos eſſe Chriſtianos, ſi multos occiderimus, ſed ſi multos ſervaverimus.* quod iſtorum agunt hodiè Papiſtæ? Quid in Cœna Domini, nonne calix vel poculum, eſt ſanguis Chriſti, *novi fœderis, novum pactum per ſanguinem ejus, pro nobis effuſum, ac novum Teſtamentum* præſtantiſſimum, ſecundùm cujus integritatem ſalvamur? *At iſti, nonne hoc violant?* rumpunt? grandi ſacrilegio Eccleſiæ auferunt? Calici benedictionis, maledicunt, & uſum ejus in populo fideli execrantur? *Quid in humana pacta non audeant? Cujus fœderis, aut pacti, religione ducantur?* imò, *cujus non, violati, rei non erunt?* Cùmque Theodidacti omnes norint, quid Deo & hominibus debeant, quibus obligati ſint, quam hæreſin eſſe oportet: *homini magis quàm Deo obſtringi?* etiamſi Epiſcopus ſit? adeo ut, nec Dei, nec ſua verba, nec aliorum Dei ſervorum jura, curent, omnia omnibus violent, abrumpant, tranſgrediantur, *modò quo Papæ obligati ſint, præſtent? cui tamen Servo Servorum, nemo magis aſtrictus, eſſe poteſt, quam cuivis Servorum Dei.* At hi ut illicitam Papæ obligationem ſervent, quicquid Deo, vel aliis hominibus debent, omnia fœdera, pacta, teſtamenta, juramenta, Divina & humana rumpunt, violant, & contra ea faciunt. Quo ipſo belli hujus & malorum omnium cauſæ atque auctores exiſtunt.

Duodecima belli tanti *Cauſa* eſt, *iniquiſſima illa indigna & nequaquam Chriſtiana, Bohemorum & Palatinorum, bonam & communem Euangelicorum cauſam ac ſalutem tuentium, deſertio, atque etiam oppreſſio.* XII. *Bohemorũ oppreſſio.* Sanè Palatinorum cauſas ſeorſim, qui prolixiùs agant, plures erunt. Bohemorum certè horrendum hoc excidium uberiùs explicandum, & per δεύτερας φροντίδες expendendum fuerit. Habebat illa natio libera, inter eximia ſuæ Patriæ privilegia *duo præſtantiſſima &*

 excel-

Digitized by Google

excellentiſſima : nimirum, *Libertatem exercendæ Religionis Chriſtianæ, & liberam electionem Regis*, quibus certa ratione toti Imperio Chriſtiano commodare & inſervire poterat; verùm utroque eam ſpoliare dudum conabantur Antichriſtus & Auſtriaci, maximè aliquo ſub prætextu juris ſuſcepto bello, quale jam geritur. At hic Bohemos utrumque defendentes, vicini Euangelici deſeruerunt, Papicolæ multitudine oppreſſerunt, ac ferè utrique junctis viribus oppreſſionem hanc nefandam effecerunt, promoverunt.

Ratio Religionis in Bohemia, liberumque ejuſdē exercitium.

Quoad Libertatem Religionis Chriſtianæ, illa ſicuti omnibus populis, ita etiam Bohemis gratia divina ac dono cœleſti, affulſit & illuxit, nec aliquis Romani Flaminis autoritate eam in Bohemiam attulit, ſed ex Sione, ab Orientalibus Eccleſiis, Græcis, auguſtiſſima venit, nec qui primus illam annunciavit, aliquod jus fidei Bohemorum dominandi obtinuit, ſed miniſter gaudii ipſorum fuit, nedum ut Romanus vel alius homo eam mutandi vel ei dominandi jus aliquod habere poſſit? apage figmenta Antichriſti. Etiamſi progreſſu temporis, *affectione mulieris cujuſdam Principis, cujus tacere fuit in Eccleſia, Archiepiſcopus à Romano impetratus fuerit*, tamen libertatem Euangelii recepti, rituum primitivæ Eccleſiæ, linguæ vernaculæ in Sacris & uſum integræ Cœnæ Domini, Bohemis, ad tempora uſque Caroli Quarti, & ulteriùs conſervare, ſed & approbare neceſſe habuit, imò nonnullus haud invitus fecit. Interea jam ad maturitatem contendente, & Dominium in Religionem Chriſtianam, ſeditioſiſſimè contra Chriſtum affectante, inſtitutionem Chriſti in Cœna cum grandi ſacrilegio commutante, illo Antichriſto, Bohemi, non ei, ſed inſtitutioni Chriſti adhæſerunt: & præter Doctorem Milicium Prædicatorem Pragenſem, qui jam anno 1360 Antichriſtum indicare cœperat, etiam reliquos fideles concionatores, in primis M. Joannem Huſſium, M. Jeronymum Pragenſem liberè fovebant. Quorum libertatem & ipſam Religionis veritatem, Papa ægerrimè ferens, Conciliis ſuis Conſtantienſi & Baſilienſi, illicò poſt annum 1400 opprimere cupivit: Doctores inſigniores ſub prætextu hæreſeos ad concilia ſuorum vocavit: *non convictos, contra datam fidem, & ſalvum conductum igne comburens, ad martyrii palmas nolens promovit*, Ordines ipſos Bohemos & Moravos, ignominiam hæreſeos ſibi impingi non ferentes, armis & artibus excindere, vel obedientiæ ſedis ſuæ mancipare voluit: adeoque bella truculenta

Digitized by Google

culenta quæ injuriâ vocantur Huſſitica, excitavit. Sed Deus gentem ſuæ cauſæ propugnatricem tanta fortitudine & ſapientia inſtruxit, ut non ſolum libertatem Religionis ac veritatem obtinerent, ſed etiam contra ſententiam Antichriſti, autoritate Cæſareæ Majeſtatis,& Aſſeſſorum Concilii Baſilienſis,ac delegatorum ipſorum, *non Hæretici, ſed filii Eccleſiæ Chriſti veræ proclamarentur*, circa annum Domini 1444. Quæ in Compactatis de obſervatione rituum Eccleſiæ ambiguè adjecta erant, jugumque Papale ipſis injectare quibuſdam videbantur, ea de ritibus Eccleſiæ veteris Primitivæ intelligentes, & ei, non Papali ſeſe ſubjicientes.

Cùmque malitia Papæ hic etiam quieſcere nequiret, ac per ſatellites ſuos hinc inde multos Bohemorum Doctores & auditores, ubi potuit, interimeret, ad honoremque martyrii evehi faceret, ſed & Decretum Synodi Florentinæ contra omnes Bohemos & contra Imperatoris teſtimonium promulgaret, quaſi Bohemi & Moravi eiſque adhærentes, ab Eccleſia tanquam proſcripti alieni eſſent, eoque exſtirpari deberent: tùm omnes Ordines integra Domini Cœna utentes Pragæ ad annum Domini 1450 Comitia coëgerunt, & confutatâ iniquâ Synodo Florentinâ, atque malitiâ Papæ, communi conſilio inſtituta ſolenni Legatione, ad Conſtantinopolitanam & reliquas Græcas Orientales provocarunt Eccleſias. *Illæ non ſolum capita doctrinæ à Legatis libenter audierunt, & de conſenſu mutuo lætatæ ſunt, ſed etiam datis viciſſim literis omnes Ordines in fide confirmarunt, & conſolati ſunt*, ac Miniſtrorum ordinandorum, ſi opus eſſet, officia promiſerunt. Erant Literæ in membrana Cyanei coloris cera obſignatæ, & ſubſcriptionibus Patriarchæ atque præcipuorum ibi Epiſcoporum roboratæ, quæ poſtmodum publicè typis impreſſæ omnibus innoteſcere potuerunt. Hic *Antichriſtus* iterum confuſus, & irritatus, cum Vaſallis & clientibus ſuis, non ſolum Bohemorum Concionatores & Confeſſores ubi potuit clandeſtinè & palam excarnificavit ac morte affecit, ſed etiam præclaram illam Conſtantinopolitanam Eccleſiam omneſque Orientales odio habens, deſeri ab Occidentalibus fecit, eaque deſertione à Sultano Mahomede anno Domini circiter 1453 expugnari, atque ſub jugum Turcarum mitti, citra ſympathiam Chriſtianam, ocioſè ſpectavit. *Moxque repetita in Bohemos & Moravos proſcriptione, aliquot agmina Crucigerorum immiſit*: qui Papiſtarum adhuc in Bohemia reliquo-

Bohemi cōtra Papam ad Orientales Eccleſias confugerunt.

Papa Bohemis hoſtis.

Crucigeri Papæ Satellites.

liquorum aut recens ſeductorum proditionibus adjuti oppida pagos in regno diriperent, igne, ferro vaſtarent, ac Hæreticos ſcilicet exſcinderent. *Hi Dæmoniis ac Furiis infernalibus acti, Crucigeri Papæ miniſtri lectiſſimi, valdè multos, pios & innocentes compluribus annis trucidabant, ac cæde etiam infantum adeò delectabantur, ut capitellis occiſorum ceu braſsica in cumulum collecta, inter ludendum pro pila uterentur.* Ruſticorum bona populando, omneſque promiſcuè interficiendo, agriculturam eo anguſtiarum redegerunt, ut multis in locis permulti fame contabuerint, & armis iſtorum multa millia virorum fœminarum liberorum occubuerint, *donec* à Bohemis fortioribus ad Glattoviam oppidum, in tractu Pilſnenſi, *Latrones iſti ſuperati, tria millia cæſi, reliqui profligati eſſent.* Papa in chariſſimis ſuis iterum plagam meritus, & iram Bohemorum ac bellorum Huſſiticorum recrudeſcentiam veritus, nonnihil diſſimulavit, & de apertis latrociniis hic remiſit, ſed alias tentaturus vias, *Legatum ſuum in Bohemiam miſſitavit, animos quorundam Paſtorum labefactavit, inter reliquos odii, litium, diſsidiorumque ſemina, quæ antiqua & frequens eſt Quiritum vincendi norma, ſparſit, ipſamque Aulam Regiam, ad violanda pacta, & Martiriis afficiendos benè multos conſtantiores Chriſtianos inſtigavit*, adeò ut (vide, obſecro, conatum Antichriſti) Wladiſlaus Rex immemor electionis ſuæ & violator fidei, Anno 1483, edicta truculentiſſima cudi & per Senatum Pragenſem ac per Nobiles quoſdam Antichriſto mancipatos, promulgari fecerit, *ut eo anno 25 Septembris ſequente nocte omnes Cœnam Domini integrè ſumentes, internecione delerentur.* atque ibi ſcelus Laniena Pariſienſi ſanguinolentius patratum fuiſſet, niſi Deus pro ſuis vigilans, & virtus gentis aliquid tanti mali in capita hoſtium, contorſiſſet. Unde *ſtudioſi quidam* ea tempeſtate Paſtorum quorundam mollitiem deteſtantes, acceptis ab Academia Pragenſi Literis fidei, *in Armeniam profecti, ibi examinati, probati & Miniſtri Eccleſiæ ordinati, Teſtimoniis Armeniorum, quod Confeſsio Bohemorum, uſus linguæ popularis in ſacris, maximè Domini Cœnæ integer, cum Eccleſiis Armeniæ congruat, inſtructi, in Bohemiam reverſi, Chriſtianos Tyrannide Antichriſti attonitos, quà docentes, quà diſcentes in Eccleſia, magno gaudio & lætitia recrearunt,* Teſtimoniorum in Armenia Datum erat, Anno milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo nono, die Lucæ. Interea Præpoſiti Eccleſiarum Gubernatores, fideliores etiam ſub Wladiſlao Rege infeſto, libertate gaudentes, *M. VVenceſlaus Corandicius,*

Wladiſlai perfidia.

Digitized by Google

dicius, *M. Georgius Pragenſis Conſiſtorii Præfectus*, *Auguſtinus Lucianus*, *Philippus Epiſcopus Mutinenſis, Guttebergenſis Eccleſiæ Paſtor*, & alii, non tantum doctrinam Euangelii, cum uſu integræ Cœnæ Domini, aſſeruerunt, & approbarunt, ſed Decretum ad compeſcendas Religionum differentias condiderunt: *cùm certum ſit, Ritus ſeu Ceremonias Eccleſiaſticas multiplicatas, nihil momenti afferre ad ſalutem & pietatem Chriſtianam in Deum; mittendas potius quam urgendas eſſe, neque pro eis altercandum*, quod ex conſenſu totius Cleri & Magiſtrorum Academiæ Pragenſis promulgatum eſt in Collegio Caroli Quarti Magno, Anno milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo ſecundo. Exinde Miniſterium Eccleſiæ purius, taxatis ſuperſtitionibus ſeu humanis traditionibus, & priſtina Chriſtianorum doctrina utcunque conſervata erat, ad Annum Domini 1524, quo Ordines inclyti Regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ, collecti, ac Synodo habita conſenſu communi, eam Religionis formam confeſſi ſunt, ac ſanxerunt, quæ cum norma Eccleſiæ Primitivæ, & cum doctrina Lutheri, atque aliorum in Germania Euangelicorum, tum recens à Deo excitatorum, planè convenit, exigua Ceremoniarum, & infirmitatum apparente differentia, uti ipſa Synodi ſeries habet. *Bohemi Fideles.*

Sic itaque per centum & amplius annos, Religione Chriſtiana in Bohemia ſtante, Antichriſto ſubinde eam Hæreſeos condemnante & excidio tradente, at Chriſto dextra Dei exaltato, defendente, & multa millia Martyrum è Bohemis coronante, poſtquam jam militanti illi Eccleſiæ reſpirandi tempus appeteret, alii Sancti in Germania, Gallia, Anglia, & compluribus Regionibus excitati, Bohemis in hac militia contra Beſtiam veluti Legioni defatigatæ, ſuccenturiati & ſubſtituti ſunt, quibus acutiùs Antichriſtum ferientibus, & Coronas Martyrii ſimiliter accipientibus, Bohemi nonnihil reſpirarunt, ut ad ſequentia certamina & tandem optatam militiæ cataſtrophen præpararentur. Quamvis iis temporibus, cùm non eſſent in Occidente, & in viciniis Principes, aut Reges, qui non multũ Papæ tribuerent, aut ei obſequerentur, Ordines Regni Bohemiæ, Reges ſibi pleroſque omnes, ex illis Papæ addictis liberè eligerent, eoque nonnulli Papiſtæ in Regno foverentur, quidam etiam, in gratiam Regũ ejuſmodi, uti fieri ſolet, in religione non inoffenſo pede ambularent, quin cũ infirmitatibus & erroribus *Religionem Chriſtianã ſervarunt.*

Papiſticis, Ceremonias vanas, Cęlibatum Paſtorum, ſeptem Sacramenta, & mutilatam Domini Cœnam ſervarent, iique diſſidiorum cauſæ exiſterent; tamen Reges iſti & eorum adulatores nunquam ad hunc uſque Ferdinandum ſecundum, illam Religionis Chriſtianæ libertatem genti eripere potuerunt, licet id variis modis inſtigante Antichriſto tentarent, & Bohemorum multos eo nomine affligerent, multos eorum ſuppliciis afficerent: nempe fideles & optimi quique libertatem illam porrò uſurpabant, & vitam potius quam illam deponebant. Quod & Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Princeps ac Dominus D. Georgius Princeps Anhaltinus, Archiepiſcopatus Magdeburgenſis quondam coadjutor in Tomo Scriptorum ſuorum fol: 500, probat, ubi ad Marchionem Brandeburgenſem Electorem ſcribit: *Se Bohemiam luſtraſſe, & inveniſſe: ibi etiam ante tempora Huſſii utramque ſpeciem in uſu fuiſſe, & ſe à Pragenſibus M. Martino Adminiſtratore atque aliis accepiſſe: Caroli Quarti tempore uſum unius ſpeciei primum in Bohemia cœpiſſe, quem uti nobilitas plurima, ita urbs Satecenſis nunquam amplecti voluerit, quæ inde uſque ab eo tempore, quo converſa ſit ad Chriſti fidem, utramque ſpeciem in hodiernum diem ſemper ſervaverit. Cujus rei dixerint Pragenſes exſtare teſtimonia in vetuſtiſſimis ſcriptis, quæ in Arce aſſervarentur.* Additque ibidem: *Bohemi homines honeſti & pii iniquè damnati ſunt.* Sub Ferdinando I, & tempore Concilii Tridentini, quo Antichriſtus omnes ubique Sanctos, Beſtiam oppugnantes, perdere, & totam Religionem Euangelicam atque inſtitutionem Chriſti, ceu Hæreſim ad exſtirpandum condemnare auſus & anniſus eſt, mancipia ejus, Paſtores Bohemos ita accuſarunt, Hæreſium, omiſſarum Ceremoniarum Eccleſiaſticarum, & conjugii ſuſcepti, ut ad politicum judicium citari, & per conſequens ſuppliciis affici eos mandarit Ferdinandus ille; verùm ii ſcripto Apologetico, ſuam immunitatem aſſeruerunt, ad judicium Academiæ Pragenſis, quo in cauſa Religionis tanquam ad matrem confugere ſolerent, atque ad Ordinum autoritatem provocarunt, & calumniarum accuſatoris plauſtra in caput ipſius retorquentes, antiquiora Concilia eorumque Statuta Annis 1421, & 1524, conſenſu Ordinum facta, ceu confeſſionem Religionis Chriſtianæ Regi exhibuerunt, qui etſi ad opprimendos ſatis virium habuiſſet, tamen ſua libertate gaudere Chriſtianos ſivit. Sicuti antiqua & conſtans Confeſſio Fidei Eccleſiæ Chriſti in Regno Bohemiæ,

Satça nunquam Papiſtica.

Digitized by Google

miæ, & Marchionatu Moraviæ, repetita oſtendit, Anno 1562, quam autoritate Academiæ publici juris fecit, M. Matthæus Collinus Choterinæus eodem anno & tandem 1574. Cumque Pontificii autoritate Concilii Tridentini triumphare atque libertatem illorum Chriſtianorum premere vellent, illi miſſis diſſidiis, in unum conſentire, atque Ordinum dignitate Literas Majeſtatis pro libero ſuæ Religionis exercitio, contra turbatores à Magiſtratu ſummo urgere, impetrare, ac propugnare non neglexerunt, atque ita libertatem ſuam firmiſſimè munitam retinuerunt, uti præcedenti capite ipſas Literas Majeſtatis afferre placuit.

Quoad *liberam Principis aut Regis electionem*, ex hiſtoriis omnibus & aliis cum experientia rerum documentis, abundè conſtat, Bohemos ex quo primum à fratribus Czecho & Lecho, in Provinciam illam alioqui tùm deſertam, introducti ſunt, eamque excoluerunt, *ſemper jus eligendi Principes habuiſſe*, illudque ſuis legibus obſervaviſſe, adeò ut antequam ad Regni titulum eveherentur, inter ſuos ordine electos Principes, undecim, qui conditiones ſuæ electionis tranſgredi ac violare auſi ſunt, eos viciſſim exautoraſſe, depoſuiſſe, & alios qui ſecundum leges & conditiones electionis præeſſe voluerunt, ſemper elegiſſe, legantur, in antiquiſſimo Chronico Boleſlavienſi atque aliis. Et poſtquam ſub Ducibus ac Principibus ſuis fines ſuos, contra omnes invaſores animosè ac feliciter per annos quingentos tutati eſſent, atque etiam Imperatoribus Chriſtianis, adverſus rebelles Italos Mediolanenſes, & poſtmodum adverſus Papas ſeditioſos, belligerantibus ſtrenuam operam ac fortitudinem probaſſent, adeòque ad dignitatem Regni & ordinum Regni provehi meruiſſent, tum etiam illis jus & privilegium iſtud, aliquot Imperatorum & Pontificum reſcriptis, aureis Bullis, ac ſingulorum Regum inaugurationibus, aſſertum, approbatum & corroboratum eſt. Primus eorum Ducum electorum, Wratiſlaus, circa annum Domini 1086, non temerè ſed ſecundum merita ab Imperatoria Majeſtate Henrico IV, Rex creatus erat. Mox anno 1197, cùm Primiſlaus Moguntiæ à Philippo Imperatore Rex Bohemiæ coronatus eſſet, ſucceſſor ejus Imperatoris, laudatiſſimus ille Fridericus II Imperator, uti Paparum malitiam oppugnabat, ita Bohemis triplici aurea Bulla libertatem illam confirmabat, nimirum anno 1212, 1216, & 1221, & quo jure in poſterum Reges Bohemiæ

Bohemis libera electio.

In Wratiſlao.

miæ Regnum obtinerent, reſcripto ſacro expreſſit his verbis: *Volentes ut quicunque à Bohemis in Regem electus fuerit, ad Nos & ſucceſſores noſtros accedat, regalia debito modo accepturus.* Idem jus & libertatem eligendi Regis, aſtruunt Bohemis aureæ Bullæ Caroli IV, Anno Domini 1350, circiter ac ulterius datæ, quibus precedentia Privilegia Cæſaris Friderici confirmantur, *nec non prolixiùs declarant: Bohemos jus liberè eligendi Regem habere.* In primis hoc anno Domini 1356, in Comitiis Imperii Norimbergæ habitis ille Carolus IV, tam apertè confirmavit, ut cum publicata communi Imperio Bulla aurea capite ejus ſeptimo, Electoratus ſæculares omnes per ſucceſſionem legitimam, ad hæredes devolvi ſtatuiſſet, disertè tamen Regnum Bohemiæ, ut Electoratum electivum exceperit, ejuſmodi verbis: *De principatibus Imperii Imperator providebit: Salvis tamen ſemper Privilegiis, Iuribus & Conſuetudinibus Regni noſtri Bohemiæ, ſuper electione Regis, in caſu vacationis, per regnicolas, qui jus habent eligendi, Regem Bohemiæ faciendi, juxta continentiam eorundem privilegiorum, & obſervatam conſuetudinem diuturnam; quæ decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & forma, in dubiam tenere roboris firmitatem.* Neque huic publicæ in Comitiis conſtitutioni prævalere aut opponi poteſt aut debet, privata quædam declaratio hujus Caroli Quarti, quam in confirmatione aureæ Bullæ Friderici Secundi, annexuit, de caſu vacationis, ubi nullus è ſtirpe Regia ſuperſtes eſſet, quia hæc privatim citra Conſenſum Ordinum Bohemicorum præpoſterè facta, Anno 1348, per illam Univerſalem in Comitiis publicis etiam Imperialibus inſtitutam ac receptam Bullam, & confirmationem abrogata eſt, & Privilegia Bohemorum etiam ſimpliciter de libertate eligendi Regem perpetuis temporibus in omni ſuo tenore & forma relinquenda. Quæ Bulla & confirmatio, octo annis poſt illam privatam, non tam Reipublicæ quam domeſticis charitatibus faventem, autoritate Imperiali facta, *eam antiquat, non prior poſteriorem poteſt.* Et quicquid Carolo Quarto propter ſummam erga Bohemos benevolentiam forſan indulgeri poſſet, tamen Ordines poſt Venceſlaum & Sigiſmundum ejus filios, & ipſos Imperatores ac Reges Bohemiæ, & poſt Ladiſlaum ejus, ex Sigiſmundi filia unica pronepotem, *vi Privilegiorum ſuorum elegerunt ſibi Regem Georgium Podiebradium, non è proſapia Caroli IV, aut alicujus Auſtriaci oriundum, verum ex gente ſua, qui non ſolum ab omnibus agnitus, in pace ſtabi-*

Caroli IV res compoſita.

Georgius Podiebradius electus.

Digitized by Google

ſtabilitus, ſed & Bullis Papalibus Pii Secundi confirmatus fuit. Sed & Reges poſteriores omnes cujuſcunque familiæ, nuſquam illam privatam Caroli Quarti declarationem urgere potuerunt, verùm *per datas* ex requiſito, ac more ſolenni Bohemis uſitato *Literas Reverſales*, ſolemniter profeſſi ſunt: *Ordinum ſe decreto ac electione libera ad Dignitatem Regiam perveniſſe, quod etiam laudabilius ac glorioſius quam hæreditario aſcendere.* Et ſi Carolus Quartus cum ſua poſteritate in ea affectione ac benevolentia erga gentem illam perſtitiſſet, qua eam aliquandiu proſequutus eſt, ita ut Pater Patriæ communiter dictus fuerit, Bohemi meliorem Magiſtratum non optaſſent, adeoque aliunde non elegiſſent. Sed quum poſtmodum affectio mutata, & ad libitum Papæ omnia tentata, etiam bella à Sigiſmundo contra religionem geſta eſſent, illi jure ſuo uſi ſunt. Et quanquam adulatores ac vetulæ quædam non defuerint, qui ſobolem Regiam *hæredem* nominaverint, tamen hac ambigua voce non jus hæreditatis, ſed votum ſucceſſionis, palpum obtrudendo, indigitarunt, ac *non hæreditatem Regni liberi*, ſed *paternorum propriorum bonorum*, notarunt. Et prudentes vocis ambiguitatem ſuſque deque habuerunt. Quin & Fridericus III Imperator, tum temporis Auſtriacæ Domus caput, nullum jus Alberti Auſtriaci ex matrimonio Eliſabethæ Sigiſmundi filiæ, aut inde nato, ac vita brevi functo Ladiſlao, urſit, ſed *tanquam Imperator electo Georgio Regi, Privilegia Regni Bohemiæ confirmavit, & opportunè ipſius opera in liberatione ſua uſus, iterum aurea Bulla etiam dilatavit, Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono.* Sic, *quo evidentius* argumentum ſit, *Regnum hoc non hæreditarium ſed electivum eſſe*, quamvis Georgius Rex de gente ſua bene mereri ſtuderet, & tres filios hæredes ſuorum bonorum relinquens Ordines ſerio de eligendo filiorum ſuorum uno ſollicitaret, tamen, *quia Papæ nonnihil tribuere, ejuſque confirmatione niti viderentur*, Bohemi nullum eorum in Regno Patri ſuccedere voluerunt, ſed Wladiſlaum è familia Ducum Lituaniæ Caſimiri Regis Poloniæ filium, licet exigua gentis laude, & commoditate aut Religionis ſecuritate elegerunt, quem iterum Fridericus Tertius, Imperator confirmavit, Anno 1480. Iſte Wladiſlaus uti Religioni infeſtus, lanienam Pariſienſi horridiorem in Bohemia inſtituere moliebatur, ita hîc libertate Ordinum repreſſus, ipſi Libertati Politicæ inſidiabatur, & Literas quaſdam privatim condens,

Aliorū reverſales.

Wladiſlaus.

volebat ut poſt Ludovicum filium ſuum, Anna filia fratri ſuo Ludovico ſuccedens, legitima Hæres Regni Bohemiæ haberetur. Sed neutrum obtinere potuit, *in literis iſtis ipſemet confeſſus, ſtatus Bohemiæ libera ſua voluntate filium ejus Ludovicum coronaſſe, & in Regem ſuſcepiſſe:* qui ergo filiam ipſi olim defuncto potuit hæredem, citra liberam ſtatuum voluntatem hæredem regni ſubſtituere? quin ad hanc rem nulla Comitia, ut requirebatur, habita ſunt, nec Ordines liberi unquam conſenſerunt. verùm uti Religionem, ita hanc eligendi libertatem retinuerunt, *& quidem palam, quicquid occultè quis machinaretur.* Quocirca poſtquam occubuiſſet in bello Ludovicus, Ferdinandus I, Archidux Auſtriæ, Annam illam Wladiſlai natam, & Ludovici ſororem in matrimonium ambiens, & deſponſam deinde habens, *non aliter ad faſces Regni conſcendit, ſed libera Ordinum voluntate, vi Privilegiorum ipſorum in Regem ex Archiduce electus, & ſecundùm morem tandem primo ipſe Rex coronatus eſt*, Conjux Anna demum poſt certo intervallo. Unde ipſe Ferdinandus ille Primus, etiamſi Ladiſlai prædeceſſoris gener, & Ludovici deceſſoris ſororius eſſet, & illa privata diſpoſitione ſoceri ſui de hæreditaria Annæ uxoris ſucceſſione niteretur: tamen in recognitione ſolenni, coram Ordinibus facta, liberè proteſtatus eſt, *Quod Barones, Nobiles, Civitates, & tota communitas Regni Bohemiæ, ex ſua libera & bona voluntate, juxta Libertates illius Regni elegerint ſe in Regem Bohemiæ, non ex aliquo debito.* Quod totum in ipſa coronatione Reverſalibus & juramento præſtito confirmavit, Anno Domini 1526. Etſi verò impotentiùs regnaret, Bohemos multos crudeliter tractaret, & Hiſpanorum ac Papiſtarum conſiliis inductus, circa annum 1545, Regnum ea libertate ſpoliare, & recognitionem illam ſerò erroris titulo ſubvertere tentaret, tamen majorum incommodorum metu, vel experientia doctus, Genti libertatis amantiſſimæ melius dari Reges, quam naſci, indictis Pragæ Comitiis, Anno 1549, *ab Ordinibus clementiſſimè poſtulavit, & liberrimè obtinuit, ut Maximilianus filius ejus primogenitus ab iis Rex deſignaretur.* quod, quia integrum Cœnæ Domini uſum Ordinibus relinquebat, eo faciliùs impetravit, Anno 1562. Viciſſim & Maximilianus Anno Domini 1575 multis precibus & prenſationibus à Statibus *exoravit, ut Rudolphus filiorum maximus natu, certis tantum conditionibus in Regno Bohemiæ ſibi ſuccederet*, id quod, quia confeſſionem à Bohemis exhibitam clementiſſimè ſuſciperet,

Ludovicus.

Ferdinandus I.

Maximilianus II.

Reli-

Religioni Chriſtianæ Sub Utraque bellum non indiceret, ſed ipſe ei communicans Literas Majeſtatis in tutelam promitteret, à gratitudine Bohemorum, facilimè obtinuit. Et Rudolphus ipſe quia dando Literas Majeſtatis, Ordinibus gratificari ſtuduit, per Tranſactionem Pragenſem Anno 1608, in Comitiis ſancitam Matthiæ I fratri, *Regnum quidem ceßit, poſt obitum, ſed ea Lege, ut Ordines Bohemiæ & Provinciarum incorporatarum, iſtam ceßionem ac reſignationem approbarent.* Quo tandem per inaugurationem Matthiæ Anno 1612 confecto, Ferdinandus II ipſe in Conventu Pragenſi à Matthia Imperatore ac Rege proceribus Regni commendatus, eorumque conſenſu ac certis conditionibus, ſalviſque Privilegiis, *Bohemiæ Rex electus coronatus, datis ex more Literis Reverſalibus, & juramento præſtito, electionem gratuitam ampliter commendavit, Anno 1617. Quid verò petere opus fuerat, ſi jure nativitatis debebatur Regnum? Quæ ratio eſt, prenſationibus & ambitu ea demereri, quæ ipſa Lex naſcendi, & hæreditariæ ſucceſſionis titulus, ſponte tribuit?* Si ergò tot tantique Monarchæ ſentirent, hæreditario jure ſuis deberi, cur tantoperè id peterent, prenſationibus commendationibus ambirent? Si privatæ & clandeſtinæ illæ Declarationes & Diſpoſitiones, Caroli, Ladiſlai, & Ferdinandi Marginales valere, aut Actis publicis ac ſolennibus in Comitiis præferri deberent, *cur non iis, ſed publicis Comitiis electiones & ſubſtitutiones Regum peragebantur?* imò cur illæ privatæ Diſpoſitiones, Marginaleſque declarationes, ſemper in occulto habebantur, *& Ordinibus Originalia Privilegiorum intueri, toties deſiderantibus, tam multis annis blando prætextu denegabatur, & inaugurationes Regum ſecundùm Privilegia & Libertates fieri regerebatur?* Saltem ut corruptelas illas non animadverterent, & olim oblivione, ac longi temporis præſcriptione, faciliùs irretirentur, aut tandem innoteſceret, *ejuſmodi Reges palam quidem in publicis inaugurationibus ſecundum Iura & Privilegia gentium procedere, ſed in animo occultè ſemper aliquid reſervare, & contra agere velle*, quod de Diis tantis vel cogitare nefandum, experiri abominandum. Id ne Auſtriacis tribui queat, adulatores ipſorum ab objectionibus illis meritò abſtinere debent. Pertinaces verò enodent: *Cur ex ipſis Regum liberis nemo hactenus inventus eſt, qui more in hæreditariis Provinciis uſitato, Bohemiæ ſe Principem, nedum Regem, vel vocaret ipſe, vel vocari paßim poſſet, quem Ordines legitime non elegerint?* Cur vacantibus aliquoties Regni habenis, tot Principes externi, expe-

Rudolphus

Matthias.

Ferdinandus II.

Digitized by Google

expeditis ad Bohemos legationibus, orando, prenſando, pollicendo, largiendo, haberi ſui ſuorumque in electione rationem petierunt? ut ex hiſtoriis conſtat feciſſe, Albertum Imperatorem pro filio Friderico Anno 1307, Henricum Septimum Imperatorem pro fratre Walramo Anno 1310, Sigiſmundum Quartum Imperatorem pro Alberto genero Anno 1437, ut quam plures alios omittam; *qui, ſi hæreditaria ſucceſſione Bohemis Reges oriri credidiſſent, neutiquam in tanta ſanguinis Regalis abundantia, in totius orbis conſpectu, præter fas & æquum, alienæ hæreditati inſidiaturi fuiſſent.* Cur liberrimis Ordinum ſuffragiis, ſceptrum ſæpius in alias familias fuit tranſlatum, quàmvis ex priori familia hæredes multi eſſent ſuperſtites? prout factum eſt, tùm Anno Domini 1306, cùm occiſo Wenceſlao Tertio, & rejecto competitore Henrico Duce Carinthiæ, occiſi genero, electus fuit Rudolphus I, Alberti Imperatoris filius, tametſi Suihovii Haſemburgiique Barones, rectis natalibus, ex maribus deſcendentes, præſto eſſent: tum Anno 1458, cum defuncto Ladiſlao, *Georgius Podiebradius, nulla affinitate domum Auſtriacam vel Lucelburgicam attingens, liberè ab Ordinibus electus,* & Bullis Pii II, atque Imperatoris Friderici III, confirmatus fuit, ut antea dictum, quamvis Caſimirus Rex Poloniæ, & Guilielmus Princeps Saxoniæ, quorum ille minorem, iſte majorem Ladiſlai ſororem ſibi deſponderant, immani ſollicitatione Regnum ambirent. Cur neglectis ſæpenumero fratribus, vel filiis natu majoribus, Principes minorennes Regnum pacatum obtinuerunt? ut cùm Anno 1324, ejecto Henrico, Duce Carinthiæ, qui Annam Wenceſlai filiam majorem ſibi deſponderat, Joannes I, Henrici VII Imperatoris filius, & familiæ Lucelburgenſis autor, Eliſabethæque filiæ junioris maritus, ab Ordinibus Rex deſignatus & acceptatus fuit. *Siquidem jure naturæ, & legitimo ſuccedendi more, mares fœminis, & ex eodem ſexu majores natu præferuntur minorennibus.* Sed ubi rerum teſtimonia cum perpetua praxi adſunt, quid opus eſt verbis? Quid agunt qui contra experientiam rerum garriunt? *Cum jure naturæ nemo plus in alium conferre poſſit, quam ipſe habeat, quomodo declarationibus vel diſpoſitionibus, marginalibus, hæreditarium jus Regni ſuis conferre potuerunt, qui ipſi non habuerunt? ſed publicis ſolennitatibus electi fuerunt? quæ ſucceſſio obtinet hæreditario, id, quod non habetur?* Attentaſſe tantum machinationibus privatis, & occultis hæreditarii juris acquiſitionem, iſtos oſtenditur,

Digitized by Google

ditur, ſed hoc contra jura & acta publica, contra juramenta,& conſcientiam, contra legem charitatis erga proximum,adeò ut qui hæc amplius objiciant, propriam turpitudinem allegare deprehendantur. Unde jam non rationibus, ſed armis hanc controverſiam decidunt, qui Anno Domini 1620, jus hæreditarium in Regno Bohemiæ Ferdinandi II evulgarunt, ubi in limine libri ſcribunt: *Quamvis jus Ferdinandi II hæreditarium anceps foret, & Bohemi hactenus habuiſſent aliquod jus liberæ electionis: nunc tamen poſtquam Regnum univerſum armis ſibi ceßit, Ferdinandumque II tanquam legitimum hæredem ex debito, non ex arbitrio, ſuſcepit, fruſtra diſputationem de jure electivo inſtaurari cum ipſum Regnum ſui juris factum jam jus hæreditarium Domus Auſtriacæ agnoverit.* nimirum ut quicunque poſtmodum Regnum hoc armis occupaverit, ſive Turca ſive alius ſit, illud hæreditario poſſideat, atque ita Papiſtica Jeſuitica ars, non tam Auſtriacos æternum beet,quam Bohemos Regnum Chriſtianũ,diabolico ſtudio,perdat.

Verùm quamobrem, & cui uſui, ô Chriſtiani, illa Gens & Regnum tantum perditur? ſine opprobrio Imperii Chriſtiani certè non fit. Quæſiverunt omnino dudum Papicolæ, utriuſque iſtius libertatis in *Religione* & *Electione* adeoque totius gentis & Regni oppreſſionem; ſed utrum bono ſtudio? Mala præſentium & ſequentium bellorum, vel Phryges, edocebunt,niſi divina potentia & bonorum virtus,ocyus oppreſſis ſubveniat. Nam quemadmodum Religio vera,ipſa inſtitutio Chriſti,ejuſque libertas in Bohemis,omnibus artibus, omnibus fallaciis, & omnibus deceptionibus, Legum Dei & Scriptorum Eccleſiaſticorum falſis interpretationibus, corruptionibus, occultationibus, Apocryphorum oſtentationibus, fictis objectionibus, clandeſtinis conſiliis, & apertis Conciliis, illicita vi à Papiſtis oppugnabatur, & divina protectione ac ſua evidentia vel innocentia ſtabat, donec quod Dei manus & conſilium prædeſtinavit, jam fieret: *Ita profecto illa libera electio Regis mirabilibus modis, artibus Politicorum*, iniquis legum interpretationibus, corruptionibus, occultationibus, novis Diſpoſitionibus, Declarationibus, & Marginalibus, clandeſtinis pactis, & apertis tandem armis, ab Auſtriacis ad oppreſſionem quærebatur, donec ita miſerè conficeretur. Et revera, quemadmodum omnes illorum machinationes contra Religionem, nemo pius bona conſcientia juſtificaverit: ita rerumperitus illas contra liberam electionem iſtam moli-

Iniquâ Bohemorum oppreßio.

Digitized by Google

molitiones, oppoſitiones, & tandem vim apertam, *modo æquus ſit Iudex*, neutiquam probaverit. *Quæ enim pietas, quæ charitas, quæ æquitas, in proximum tot artibus, tot cuneis, tanta moliri & perpetrare ſuadet? Qua Religione aut reverentia Dei tales imbutos cenſes, qui in Gentem ac Regnum tantis Libertatibus inſigne talia audent? & ſubinde toti Imperio Chriſtiano ſimilia intentant?* At ecce talis oppreſſio nunc in Chriſtianitate facta eſt: Oppreſſores ſemetipſos præ omnibus commendant! Adulatores connivent, & tanquam ſolum ſalvificum aut Catholicum laudant! Bohemorum certè Proceres, & optimi quique conatus iſtos Antichriſti & Vaſallorum ejus ac rerum tantarum pondera, æquitatemque ſui officii, propius intuentes, atque etiam futura proſpiciendo expendentes, primi in reprimendo Antichriſto, & conſervando Euangelio Chriſti in Imperio, atque defendendis Libertatibus Patriæ, eſſe voluerunt, eoque tantopere laceſſiti arma corripuerunt, rati miſeri, reliquos Chriſtianos maximè Euangelicos hæc etiam curare, & potius ipſis quam Antichriſtianis fidem habituros, auxilia laturos eſſe; At reliqui, Saxei, ficulni, voluptatibus in arcibus & urbibus Imperialibus immerſi, ac ſomno ſepulti, his ſpretis, Antichriſti mancipiis, fraudes & dolos, & oppreſſiones agentibus, alia prætendentibus, fidem habuerunt, hoſce vel deſeruerunt proditoriè citra ſympathiam debitam, vel oppugnarunt atque etiam expugnarunt hoſtiliter & illos, qui Bohemorum cauſam ſuſceperunt, ſicque oppreſſorum & futuræ mercedis eorum participes, exiſtunt. Bohemi Religionem, Confeſſione, Libertates & armorum aſſumptionem, Apologiis & ſcriptis vindicarunt, condecorarunt, bonitatem cauſæ explicuerunt, Fratres vicinos rerum tantarum monuerunt, proteſtati ſunt, etiam Comitiali relatione, cauſas & rationem rejecti Ferdinandi pactorum violatoris, & Electi Friderici melioris ſpei, expoſuerunt, ad æquos Judices provocarunt. At plurimi condemnatores Bohemorum hæc omnia nec audiverunt, nec cognoverunt, neglexerunt, contempſerunt, ſpe interpoſitionis factâ deluſerunt. Imò etiam, cùm Legationem ſolennem totius Regni & Provinciarum incorporatarum, Proceres ad Comitia Imperii publica deſtinarent, Oratoribuſque miſſis actorum ſuorum contra proditores Patriæ, & violatores Libertatatum, nimirum præcipitationis illorum de ſubſelliis per feneſtram, & non admiſſionis Ferdinandi Secundi, quibus Actis exteros præpoſterè

Bohemorũ conatus bonus.

poſterè

poſterè indignabundos veluti offenſos viderant, rationem, coram ſummo Senatu & judicio Imperiali Chriſtiano ac coram toto mundo reddere, innocentiam æquitatem juſque ſuum oſtendere, crimen verò *Hæreſeos, Rebellionis, Læſæ Majeſtatis*, quod ſibi tam plauſibiliter ore multorum iniquiorum, objectabatur, à ſe removere, ac refellere vellent, atque parati eſſent, tùm ad Senatum illum admiſſi & auditi non ſunt, ſed, quæ iniquiſſima eſt oppreſſionis & non adminiſtratæ Juſtitiæ ſpecies, rejecti fuerunt: *cùm temporis copiam*, & dilationem eligendi vel evehendi Ferdinandi in Imperatorem, *in quam Auſtriacos & alios ante conſpiraſſe cognoverunt*, donec de motibus iſtis & cauſis rerum accuratius cognoſceretur, juſtitia vel injuſtitia alterutrius partis omnibus patefieret, ac ſufficienter probaretur, adeòque Ferdinandus in gratiam cum ipſis interpoſitione ſummi Senatus Chriſtiani, redeundo, non niſi illis reconciliatus, ad pacificumque regimen aptatus eligeretur, *jure peterent*, quo juſta ac tuta pax Imperio Chriſtiano procurari, ac iniri potuiſſet. In Comitiis Imperialibus à Thronis Electorum auctore Moguntino, repulſam tulerunt, *quod accuſato cuique imo etiam facinoroſo jure gentium conceditur, ut pro ſua cauſa dicturus admittatur, à Iudice vel Senatu audiatur, id illis tanti Regni Ordinibus, tot Provinciarum, tantis proceribus planè denegatum eſt*, ne ſcilicet, quod prætendebat Moguntinus conſpirationis factæ probè gnarus, eorum argumentis ac inſtrumentis magis irritaretur, quam ad pacem diſponeretur Ferdinandus, *nempe, Inſtitutio Chriſti, juſtitia cauſæ, & libertas populi, debuit potius, hoc judice opprimi, quam juratus harum hoſtis juſta diſcuſſione offendi, & non alius, niſi talis, qui nullam Religionis Libertatiſque Gentium defenſionē ferre, ad pacemque diſponi queat, in Imperatorem eligi!* Huic tandem Tranſactione Saxonicâ, ſummum jus controverſias omnes tam in Religionis quam in Libertatum noſtrarum negotio, decidendi, ex aſſe committi! Quocirca Bohemi merito exacerbati, de juſtitia in Imperio deſperantes, hunc planè rejecerunt, & vi Privilegiorum ſuorum, alium ſibi Regem elegerunt. Verùm neque hîc neque pòſtea auditi, à conjuratis Papiſtis, & quibuſdam Lutheranis Electoribus, & iis adhærentibus, iniquiſſimè condemnati, mille contumeliis, opprobriis, irriſionibus & injuriis affecti, imo armis iſtorum junctis etiam debellati, veritate Religionis, & libertate Electionis ſpoliati, *decus Regni, abominabili executione Pragenſi de medio ſublati, conſtantes omnes*

Bohemi nō auditi rejecti.

aut

aut gladio cæſi, aut Patria ejecti, perpetuis exiliorum ærumnis confecti, reliqui omnes penitus oppreſſi ſunt. Cùm tamen, ſi admiſſi, auditi, & tanquam primarium Imperii membrum juſte judicati ac protecti fuiſſent, pax optata conſtitui, ac vigere, in Chriſtianitate potuerit. Nunc ergo Deus tam malè factum, tantam oppreſſionem, tot injurias tamque atroces, omnino continuatione hujus belli & vaſtatione Imperii tam iniqui ulciſcitur. Voluiſſent quidam Germani in Conventu Mulhuſiano Anno ſtatim 1621, cùm jam Imperio bellum immineret, ne Bohemi vel motus iſti Imperium quicquam concernerent: ſed dolorem hunc, ex reſectione primarii membri toti corpori obvenire, ſerò diſcunt, & huic mederi neſciunt. Imò cùm illa Saxonica Pragenſis, ſeu Germanica, *Pax non Pax* cuderetur, & oppreſſorum relevatio urgeri potuiſſet, ac debuiſſet, ubi quidam delegatorum à parte Papiſtarum faſſus eſſe coram aliquo dicitur, ſibi hoc injunctum fuiſſe, ſi aliter Saxo pacem illam inſidioſam ſuſcipere non properaſſet, ut oppreſſis vel exulibus etiam conſuleretur. *At Saxei in perpetuam oppreſſionem vicinorum, proximorum in Religione, ſociorum & fratrum, alacres conſenſerunt, modo ipſi aliquo ſaltem nomine pacis, ocio, voluptatibus conſuetis, & peccatis fruantur.* Cumque hoc indignum videretur, Apologia quadam ſub nomine Joannis Gerardi, alioqui non indocti, excuſare voluerunt: *Bohemis hic conſuli non potuiſſe; meliùs aliquos ſaltem deſerere, quam omnes pati & Bohemis tamen relinqui, ut Deum orent, ſi quando exaudire & ipſe liberare voluerit.* adeò ut Spiritum agnoſcere liceat, qui Chriſto in cruce illudere non reverebatur: *Confidit in Deo, eruat ipſum, nunc ſi placet ei. Conducit nobis ut unus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat.* O acumen! quis unquam bonorum, tam exigui fecit, vicinorum fratrum oppreſſionem? quis unquam honeſtus verè Chriſtianus, tantoperè inhiavit & inſultavit, proximi bonis, libertatibus, & oppreſſioni? ut Papiſtæ? quis tandem ſcelus tantum prorſus impunè tulit? à Judæis doceatur, qui aliunde non vult. *Uno homine alicubi oppreſſo, occiſo, reatus ſanguinis totum populum, maximè vicinum, contaminaſſet, pœnis affeciſſet, niſi cura & deprecatione Seniorum expiaretur.* Deut. cap. 21. Quid hic fieri putes, ubi tot tantique in medio noſtri, forſan noſtra culpa, occiſi, oppreſſi, deſerti jacent? ubi tota gente propemodum deleta, reatus ſanguinis omnino vicinos attingit, niſi legitimè de medio populi tollatur. *Tribus Benjaminitica propter vim uni concubinæ ad mor-*

Iniquitatē punit Deus.

ad mortem uſque à ſceleratis illatam, fere tota bello deleta eſt. Judic. 21. verſ. 22. At hic, cui vis illata, quot millia tantorum ſcelerum perpetrata? & tuti erunt oppreſſores, ab omni damno belli? Propter necem duorum Martyrum Bohemorum, & aliorum aliquammultorum poſt illos occiſorum, Papiſtæ & Miſnenſes, meminiſſe deberent, quantum numerum ſuorum in bello Huſſitico amiſerunt, & quo tandem redacti ſunt! At nunc propter optimos quoſque Bohemorum, majori quam olim numero oppreſſos, occiſos, non longè graviori bello prementur? Cùm ſeptuplo ſit vindicandus Kajin, utique bonus aliquis, ſeptuagies ſepties: qui poteſt capere capiat! *Sanè dici non poteſt, quantopere hac oppreßione Bohemorum, & Palatini, multi delectentur, quantos triumphos egerint*, cantillarint, nec ceſſare poſſunt, adeò ut, veluti cum præda & venatione, rugientibus leonibus, mugientibus urſis, ringentibus feris, ac latrantibus moloſſis, & canibus majoribus, etiam minores canes, ac catelli miſeri, conlatrant: ita hic cum potentioribus, infimi, etiam juris ſtudioſuli, quam audacter calumnientur, *quod Bohemi Hæretici, quod Rebelles, quod ſine cauſa arma corripuerint, quod malorum horum cauſa, & incentores ſint, quod eventus & victoria Cæſarem juſtificarint, quod illi merito luant: quod nemo illos curare debeat, & id genus cavillis aëra compleant!* Verùm hæc non alio ſpiritu fiunt, quam quo Davidi, Chriſto crucifixo, & ſanctis ejus Martyribus, olim hoſtes, Tyranni, Idololatræ, Phariſæi, & horum ſatellites, irriſores, ſimilia objectarunt, exprobrarunt, in portis ſedentes confabulabantur, & bibentes potum inebriantem, odas Lyricas cantillarunt, donec vindicta Dei conſumerentur, & hi, eadem cervicibus ſuis, ſententia Salomonis, attrahunt, ac bella hæc merentur. Prov. 17. verſ. 5. & cap. 24. verſ. 17. 18. *Qui delectatur calamitate, non impunis erit. Quum cadit inimicus tuus (omnino proximus non inimicus) ne lætator, quumque corruit, ne exultato animus tuus: ut aſpicientis Iehovæ in oculis non videatur malum, & convertat iram ſuam ab eo in te.* Quid lucrantur, niſi ut majoribus calamitatibus obruantur? Nec Bohemos ad judicium juſtum admiſerunt, nec juris proceſſu cauſam eorum cognoverunt, imò nec ſatis unquam audiverunt, tantum falſis hoſtium accuſationibus & prætenſionibus faſcinati ſunt, vel in cauſa propria actores, teſtes, judices, executores ſunt, quæ etiam Gentilibus abominanda iniquitas eſt. Et non tamen pudet eos horum: non verentur ſapientioribus,

Injuria Bohemis illata.

& rerumperitioribus oggannire! *in conſpectu Dei Agno occiſo inſultare, illudere, Beſtiæ palpum obtrudere gratulari.* Nam quotieſcunque Ferdinandei Ligiſtæ Jeſuitæ, & cum his facientes, Electores, quidam Principes, & Juriſtæ, Bohemos citra legitimam cauſæ cognitionem *Hæreticos, Rebelles, appellarunt aut ſcriptitarunt, quoties de libera Gente, de liberi Regni liberis Ordinibus, quaſi de ſuis merè ſubditis aut mancipiis, pro libitu judicarunt, eis tanquam abſoluti Domini mandare, imperitare, neſanda improperare præſumpſerunt, Cæſari per electionem Friderici, aliquid de ſuo proprio ablatum eſſe cenſuerunt, ei Regnum reſtitui præceperunt, & non aliter, niſi veluti cum famulis, ſervis & pueris, egerunt, qualia plurima hoc fervore belli commiſſa ſunt: toties meram & iniquam illam oppreſſionem eorum ſpirarunt, & operati ſunt:* Pars litigans tantùm cùm eſſent, ſeipſos extulerunt, juſtificarunt, illos, partem alteram illegitimis præjudiciis, injuriaque condemnarunt, & nunquam aliud potentius quam quod Phariſæi ad Chriſtum dicere potuerunt: *Nonne bene dicimus nos quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* At, ô Phariſæi! Chriſtum quidem, abuſi veſtra potentia, titulis & autoritate Eccleſiaſtica, ſeductis Politicis, & falſis teſtimoniis, oppreſſiſtis: & crucifixiſtis: illum pati & mori oportuit! Verum ille quæ decreta & ſcripta de ipſo erant, implevit, curſum peregit, reſurrectione Deus illum juſtum eſſe declaravit & glorificavit; *Vos quid inde lucri,* præter diuturnum bellum Jeroſolymorum, ac veſtri excidium, adeoque meritas pœnas, cum æterna damnatione reportaſtis? ita hic in ſimili ſimilia, ominari; niſi quid averruncârit reſipiſcentia, promptum.

Sane Bohemi cum Rege electo oppreſſi jacent; at, quicquid comminiſcantur, calumnientur, & contra plauſibiliter crepent Adverſarii, *factum eſt in cauſa bona & pia*, uti ſcripta & argumenta ipſorum cum ſanguine & rerum experientia evincunt. Bonam cauſam ipſa vera hiſtoria oſtendit. Piam etiam hinc obſervare licet, quod etſi verum liberum, indubitatum jus eligendi haberent, ejus tamen non tanta ipſis ratio, quippe terreni commodi, fuit, quanta, ut ſalvam ſartam tectam Religionem ac manifeſtam Chriſti inſtitutionem conſervarent, *quocirca Regios honores etiam Papæ filiis non inviderunt, imò ipſis exhibuerunt, dum Religionis Libertas vim non pateretur. Quin etiam Ferdinando & poſteritati electionem vel ſucceſſionem non denegaſſent, nedum ut hoc ſolo nomine arma corripuiſſent, modò ſibi ex-*

cidia

Digitized by Google

cidia Hæreticorum, ut ajunt, non propoſuiſſet, ſed juſtè regnare voluiſſet. Non tanti fecerunt bonum terreſtre quam cœleſte, quanquam & illud, tanquam Patriæ firmamentum adeò ratum eſſet, ejuſque propugnatio, jure gentium, ac jure naturæ niteretur, ut nonnulli Pontificii, Religionis ſecuri, hîc mortem pro Patria oppetere non dubitarint. *Fridericus etiam Rex, niſi Religionem peti intellexiſſet, ac ſibi quoque oppreſſionem quaſi Hæreſeos exſtirpationem intentari probè cognoviſſet, neutiquam Regni terreni cupiditate, difficultatibus iſtis ſeſe immiſcuiſſet: verùm etiam electionem factam, bona tranſactione reſignare, & Ferdinandum Bohemis, uti ſui erat officii, reconciliare, adeòque pacem firmare potuiſſet.* Sed cum omnibus iſtis, & illum opprimi ecce oportuit! Nec oppreſſores & irriſores hîc triumphantes & tripudiantes cogitant: Quid hic fata & decreta cœleſtia, quibus omnia hæc ſubjacent, operentur? quantis conſcientiæ morſibus, & bellorum motibus, ac talionum legibus, iſtiuſmodi Gigantes tandem involvantur, & quam verè ſcribatur Jobi cap. 20. verſ. 5. *Ab æterno, ex quo poſuit Deus hominem ſuper terram, cantus improborum brevis à propinquo, & lætitia hypocritæ ad momentum eſt.* Nimirum Antichriſtiana devotio, non contenta eo, quo nihil unquam ſceleratius aut execrabilius inter Chriſtianos perpetratum eſt, gentem liberam, cum Rege electo, in eaque toties centenas Eccleſias Chriſti, crudeliter evertiſſe, Proceres Regni latronum inſtar dira executione Pragenſi ſuſtuliſſe, reliquos omnes condemnaſſe, gravi Perdone Hiſpanico perdidiſſe, nomine veniæ ironico, facultatibus exhauſiſſe, incomparabilem auri vim omnibus eripuiſſe, Patriam utrorumque totam in vaſtitudinem redegiſſe, incolas promiſcuè angoribus, peſtibus militaribus, & omne genus tribulationibus maximam partem enecaſſe, reſiduorum conſcientias ab agnita veritate ad errores, idololatrias, & ſcelerum omnium licentiam, ut cum deſperationibus horridis morerentur, atque æterna damnatione mergerentur, traxiſſe. Conſtantiores omnes exiliis perpetuis, ut in Theatro orbis, cum calamitatibus & injuriis omnibus, ceu cum beſtiis, & cum ipſa morte confligentur, mulctaſſe, ac mactaſſe, horribilique ſpectaculo gentibus expoſuiſſe, *his omnibus inquam, Beſtia non contenta*, neceſſe habet, etiam tot contumelias, & omne genus opprobriorum in miſeros evomere: &, quibus modis nunquam Turcæ, Tartari, Gentes, quos facile debellarunt, quique poſt leve unum prælium, eorum

Indignitas & intoleranda crudelitas in hac oppreſſione Bohemorum.

rum dominium admitterent, uti Bohemi patienter fecerunt, affligere ſolent, iis hoſce jam tractare, ut genius iſtorum manifeſtetur, quo nihil uſquam crudelius, & pateat: *Draconem illum magna excandeſcentia ſævitiam, in gregem Chriſti jam exercere, cui breve tempus, & cujus acta crudelia, excipient in ſtagno ignis æterni cruciatus. Vtque non deſint latrones*, qui cum in eadem ſint ignominia, & condemnatione, qua Chriſtus in cruce, tamen Deum non timeant, ſed ei, cum Phariſæis etiam exprobrent, ſunt inter Euangelicos ipſos, eodem carbone Romæ, & in Aula Cæſaris, notatos, qui Bohemis oppreſſis inſultent, peccata multiplicia, ſuperbiam, imprudentiam vel impotentiam exprobrent, ac maximè eventum, eventum hunc oppreſſionis crepent. Verùm illis vel Ethnicus Poëta reſpondeat: *Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab eventu facta notanda putat.* Si obliti ſunt verborum Chriſti, quibus ille quoſdam, alienos caſus, præſumptione recenſentes compeſcuit, Luc.13. verſ.3. *Putatis hos præ omnibus hominibus peccatores fuiſſe, quod talia paſſi ſint? Nequaquam, dico vobis, imò niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis. Si iniquitates obſervaverit tantum Dominus, quis conſiſteret?* Oppreſſores ergo ſine peccatis eſſe putant? quorum peccata pertigerunt uſque in cœlum: modo Deus recordetur eorum. *Chriſtiani ab eventu extremo, in illa die concludendum eſſe norunt, non à quovis priori.* Bohemi ſapientiores ſua peccata agnoſcunt & deplorant, utinam non ſerò, quæ præcipua fuiſſe fatentur: *Ingratitudinem erga Euangelium, & contemptum miniſterii, quod illud non tanti fecerint, quanti decuit ac par erat: Luxum in victu & amictu maximè inter opulentiores: oppreſſiones ſubditorum, & exiguam curam pauperum, quod proximis fecerint, quæ ſibi fieri nolint: Diſciplinæ remiſſionem & iniquitatum licentiam: in primis verò, ignavam haſitantemque Euangelii, cauſæ tam ſanctæ defenſionem, quod non tam fortiter ac ſolerter & concordibus omnibus viribus, uti oportuit, hanc ſuam bonam cauſam totam, egerint & propugnarint, ſed quorundam minus integrorum conſilia reſpexerint, & alia*, in communi, qualia Perkinſius in Anglis, & alii Doctores fideles, in ſuis populis, notant, ac coarguunt, quę omninò his cladibus afflictionibus & oppreſſionibus caſtigari meruerint. Et quanquam in hoſtes nihil peccaverint, tamen Deum, ob hæc peccata, cum aliis etiam ſuis cauſis, permiſſione talium Antichriſtorum, Tyrannorum, hoſtium, & preſſurarum juſtiſſimè animadvertere haud inficiantur. Verùm, *nonne in Germania, Anglia, & aliis exprobratoribus, eadem*

Peccata, ob quæ taliâ Deus.

Digitized by Google

dem peccata vigent? Si maximè ſemetipſos noſſe, & manticæ quid à tergo ſit, reſpicere nequeant, *tamen apertè videtur, Bohemos ſimplices & omnium gentium minimos hic fuiſſe*, alios grandes & inſignes manere, iram Dei ad majores caſtigationes provocari, & judicium à Domo Dei incipere, deteriora nequioribus imminere. Turpiſſimè autem hallucinantur, ac falluntur, qui ex hac oppreſſione Bohemorum & Palatinorum, *cauſam eorum fuiſſe malam, Papiſtarum verò eſſe bonam, juſtam glocitant.* Cùm gens ſancta vel Eccleſia Iſraëlitica toties prophanis Idololatris, in manus tradita fuerit, toties Ariani Orthodoxis plures & ſuperiores exſtiterint, tot Regna Chriſtianis Turcæ ademerint, & tot Sancti à Beſtia occiſi legantur. Quis & qua conſcientia tamen Eccleſiæ veteris, Orthodoxorum Chriſtianorum & Sanctorum cauſam, malam fuiſſe dicat, aut, juſtificatis Tyrannis, Turcis, Beſtiaque, illos condemnet? Victi ſunt non veritate Religionis, aut juſtitia cauſæ, ſed, præter Divinæ voluntatis arcanas rationes, externa hoſtium vi & multitudine, & remiſſiori propugnatione veritatis ac bonæ cauſæ, quæ ultima, nempe remiſſior ac ignava propugnatio veri, cum in aliis evidentior ſit, caveant potiùs, ne opinione citiùs eodem miſeriarum redigantur, atque in majores calamitates incidant, quàm ut animos, condemnatione Bohemorum, juſtificatione Antichriſtianorum, oblectare ſtudeant. Nam etiam hic non ſtatim calamitas oſtendit culpam, aut religionis ac bonæ cauſæ falſitatem, *ſed potiſſimum eventus idem eſt juſto & improbo, ita bono ſicut peccatori, juranti quemadmodum juramentum reverenti*, Eccleſ. 9. v. 1. 2. *Quin etiam hîc ſæpiùs ad tempus boni premuntur, mali eriguntur: veri Chriſtiani plorant, mundus damnandus gaudet.* Quocirca ſapientes illi Jobi afflicti amici, & vani conſolatores, confuſi ſunt, *qui calamitatem ipſi obveniſſe dixerunt, eo quod inani religione & integritate viarum ſuarum niteretur. Cùm Deus ipſe religionem & integritatem ejus aſſereret*, Job. 4. v. 6. 7. cap. 42. v. 7. 8. *Et oſores Davidis, qui etſi ægrotantem inviſerent, tamen mala ipſi imputarunt, quibus calamitatē attraxerit, dicentes: Res nequiſſima tenaciter inhæret ei, & quod decumbit, non amplius exſurget*, Pſ. 41. 8. 9. Sic ſimiles: *Et ſerò ſapientes Phryges olim dicturi, cum perturbati & ſtupefacti fuerint, propter inopinatā ſalutē eorum quos condemnarunt: Hi erant, quos habebamus quondā ludibrio & communi probro. Stulti vias eorum æſtimabamus furorē & finem eorū ignominioſum. Quomodo relati ſunt in filios Dei? & in Sanctis eſt ſors illorū! Planè erravimus.* Sap. 5. 3. 4. 5.

Perverſi refutantur.

Digitized by Google

Sic & illi qui expendendo omnes Bohemorum cauſas ajunt, *oppreſſionis eorum nullam poſſe amplius exiſtere juſtam cauſam, quam quod Palatinum in Regem ſuum elegerint, adeoq́ue erga Religionem reformatam benè affecti fuerint*, tandem videbunt utrum rectè judicarint. Et qui garriunt: potuiſſe pacem in Imperio vigere, modo Bohemi arma defenſiva non arripuiſſent, ſed ſe opprimi patienter tuliſſent, aut Papiſmum ſuſcepiſſent. Nam *quid inde Germanis utilitatis? niſi quod corpori ex reſectione membri primarii?* Bohemis inſtar Judæorum illorum Deum tentare non licuit. 1. Macab. cap. 2. verſ. 36. qui *juſta defenſione uti abnuentes è terra deleri omnes fratres incogitanter feciſſent.* Sed Machabæos ſapientiores ac fortiores imitari decuit. Si maximè omnes Bohemi ſine armis & defenſione exſtirpati fuiſſent: *Num Antichriſtus Germanis magis propitiùs foret quam his?* imo omnes eodem ligno urit. Etſi Bohemi omnes facti fuiſſent Pontificii, nil aliud ſequeretur, niſi quod potentius & crudelius Germanos Hæreticos affligerent, prouti Apoſtatæ quidam cum Waldſteinio & plebeji inter Croatas, mollibus Germanis formidabiles, fecerunt & faciunt, quo citiùs etiam illi ceu Hæretici opprimerentur. Arma vero in Bohemia defenſivè ſuſcepta, ſtrepitu ſuo nonnullos in orbe excitarunt, ac commoverunt, ut machinatio & crudelitas Antichriſti, *veluti præſentia lupi in ovili*, agnoſceretur, ne omnes ex improviſo ſuffocarentur, ſed in hac militia excuſſo veterno Chriſtiani exercerentur, cogitationes cordium in multis revelarentur, juſtitia & gubernatio Dei manifeſtaretur, Eccleſia velut igne probaretur, violentia Antichriſti inchoativè retunderetur, finalis ruina præmonſtraretur, Eccleſiæ tandem peculiare bonum cum victoria Chriſti præpararetur, & gloria Dei in omnibus illuſtraretur. adeoque hoc, non illud, ſine providentia & voluntate Dei certa, neutiquam fieri oſtenderetur.

Fines cur Deus arma ſumi permiſerit.

Occubuerunt quidem hic Bohemi, & oppreſſi jacentes obruuntur: Verum enimverò, *cùm omnes nationes, omnia Regna & Reſpublicæ, fatales quaſdam mutationes experiantur, & abſolutis periodis, tandem decedere, veluti mori cogantur, ac Bohemorum his annis tot periodi concurrant, ab origine gentis, mille, à ſuſcepta Religione Chriſtiana, octingenti, vel ſeptingenti, ab evectione Ducatus in Regnum, circiter quingenti, ab optimo Regni ſtatu, & cum erecta Academia ſubreptione alicubi ſubuniſtarum ſub Carolo IV treceenti, ab Antichriſtiano crudeli bello primo, quod Huſſiticum vocarunt,*

Digitized by Google

carant, ducenti, à ſeveriſſimis ferulis Ferdinandi I, centum anni, volvantur, adeò ut mutationem quandam magnam aut ipſam quaſi mortem genti ſubire neceſſe ſit. Profectò melior, beatior, ac magis optandus finis, ipſis obtingere non potuit, quam dum in negotio ſacro, in cauſa Religionis, à Chriſto inſtitutæ, adeoque pro Chriſto patiuntur, vitam & omnia deponunt, quicquid comminiſcantur, accuſent, aut improperent Phariſæi: Oppreſſoribus verò & irriſoribus, *quis ſcit quid ſerus vehat veſper?* aut quibus illi modis, in quo negotio trahentibus factis, ac decurrentibus periodis occumbere & opprimi cogentur, num non in cauſa Antichriſti, cui in ſtagnum ignis cum propugnatoribus ſuis, conjectio decreta eſt? cùm in cauſa Domini morientibus beatitudo, requies & gloria æterna, parata ſint. *Nunquid Periodi valeant.*

Si cui placet adhuc contentioſo eſſe, & pertinacius Bohemorum & Palatinorum oppreſſione atque condemnatione delectari, aut volupe fuerit, afflictis calamitatem addere, miſeris inſultare, peccata exprobrare, culpam malorum imputare, ac *dicam ſcribere*, nec meliori informationi acquieſcere, uti ſunt naſutuli, *ille cum Bohemorum & Palatinorum ſcriptis, reſcriptis, juribus, Apologiis, Proteſtationibus, Juſtificationibus, ac Deductionibus, cum tot Martyriis, injuriarũ clamoribus, cauſarum evidentiâ, ſanguinũ de terra vocibus, vivorum ſuſpiriis, etiam cum conſcientiis quæ nec ſuppliciis atrociſſimis cedere potuerunt, cum animarũ ſub altari illo ſacro judicium expetentium vociferationibus corporibus & capitibus procerum inſepultis horrendũ verubus affixis quorum omnium it clamor Cœlo, ſed & cum ſuperſtitum, viduatum, orphanorũ, pupillorum lachrymis, deorſum quidem fluentibus, at ſurſum contra illum qui eduxit illas clamantibus, ac veluti cum omnis creaturæ conſortumque piorum omnium gemitibus contendat, litiget, ac certet. tamen ne ſic quidem pacem adverſarius obtinebit, nec omnia hæc opprimere unquam poterit.* Neroni horrores conſcientiæ ſpectra occiſorum tam diu objectarunt, donec ad interitum adigerent, quis novit quæ iſtis apparebunt! Filios in conſpectu Patris cœleſtis, cruciarunt, occiderunt, irriſerunt, quorum ſanguis è terra clamans, in cœlis & remotiſſimis oris auditur, ubi nihil juris Papiſtis, nedum ut ibi clamorem hunc opprimant: Sanguis ipſe Chriſti grandi ſacrilegio è Cœna Domini ſublatus, ab his conculcatus, & tot membrorum ejus profuſus adhuc loquitur, non minùs quam Abelis. *Objectiones, exceptiones, æquivocationes, ludificationes, calumniæ, adulatoriæ hiſtoriæ, perverſiones Statutorum, iræ, irriſiones aut dictatoriæ præſumptiones* *Adverſarii relegantur.*

nes Papiſtarum non prius argumentis Bohemorum comparari poterunt, quam ubi Pontificii illi ſub aliquo Magiſtratu ipſis tàm æquo ut illi ſunt Euangelicis, ſuis ſatellitibus quidvis permittente, ſubditos nec audire volente, tam diu, uti Bohemi ſub his, gemuerint, tot dolis malis, condemnationibus, & tot machinis vexati fuerint, tantas executiones ſuppliciaque hilari conſcientia pertulerint, ſuas cauſas tot tantisque argumentis & omni genere mortis confirmaverint, nihilominus tamen oppreßi jacuerint. Si maximè quis terræ filius, Monachus, nothus, à Jeſuitis faſcinatus, zelo Sectæ ſuæ mortem oppetere voluerit, ut pulverariæ proditionis fabri in Anglia ſcelus ſuppliciis conſecrare ſe putarant; *tamen honeſti Proceres huc non pertrahentur*, & ſapiens poſteritas, exceptis excipiendis, *porrò cauſam cum cauſa, rem cum re conferendo*, litem ſub Judice eſſe dicet, experientiæ rerum non adverſabitur. *Euangelici verò* Bohemorum irriſores, ocio, deliciis & protectione, ſub Magiſtratibus Euangelicis abutentes, ſi quando ea, quæ Bohemi, pertulerint, aut præſtiterint, tum demum iis pares, non meliores, erunt. Sed uti peccatorum, ita plagarum Babyloni deſtinatarum, adeòque bellorum participes, haud immunes. Si quidem, *quam diu Reges juſti, à Deo, in orbe erunt, quorum eſt oppreſſos in libertatem vindicare, tam diu bella oppreſſoribus & eorum ſociis adulatoribus, inferentur.* Et ſi Reges ceſſarint, Rex Regum Deus, vindex ſuorum, ac terror Tyrannorum, nomen ſuum glorificando, juſtæ cauſæ non deerit. Atque hæc de hac cauſa.

XIII. *Euangelicorum infirmitas & negligentia.* Decima tertia Cauſa bellorum & malorum horum eſt, *Euangelicorum multorum hypocriſis, ſecuritas, & Chriſtianæ pietatis, prudentiæ ac diſciplinæ, omißio, vel negligentia.* Nam quod Judæis exprobratum: *Duri cervice, qui accepiſtis Legem per diſpoſitionem Angelorum, & non obſervaſtis.* Hoc idem meritò multis horum exprobrari poteſt: *Suſcepiſtis quidem Euangelium, diſpoſitione bonorum, ſed non obſervaſtis.* Profectò ſuſpirandum & exclamandum eſt, propter omnes abominationes iſtas, quæ fiunt in medio Chriſtianorum, ita vocatorum, at illachrymandum magis, quod Euangelici Euangelio dignè non ambulant, quod duri cervice Spiritui Sancto, in Euangelio veram integerrimam pietatem, charitatem, prudentiam, ac vitæ ſanctimoniam, docenti, paſſim obluctantur; ceu Machiavelliſtæ, non ipſas virtutes ſed virtutum ſimulationes, prę̨ſtant, ita hi non tam re quam nomine Euangelici ſunt, nec tam eſſe quam videri volunt, nec tanta vigi-

Digitized by Google

vigilantia, ac ſtudio pietati, charitati, prudentiæ & diſciplinæ, quâ oportuit, incumbunt, nec theſaurum hunc precioſiſſimum tanti, quanti decuit, faciunt. A Papatu ſecedere, eſt, *non tantum, idololatriam, errores & traditiones humanas abjicere, ſed etiam profanam illam ſcelerum licentiam, & impuram flagitioſamque Papiſtarum vitam vitare, & diligentiſſimè Scripturas ſcrutari, integro ſtudio omnibus attendere, & reipſa ſecundùm Euangelii doctrinam vivere, veram pietatem & vitæ ſanctitatem exprimere, orphanos & viduas in afflictionibus ipſorum inviſere, omnia præcepta obſervare, & ſeſe à mundo immaculatum conſervare:* At quotusquiſque jam inter Euangelicos reperitur, qui in his integerrimè vigilet? qui non, more Papiſtarum vanitatibus mundi, contaminetur, imo etiam peccatis eorum, & mera conſuetudine hujus ſeculi polluatur? adeo ut ipſi Papiſtæ, qui veram Chriſtianorum pietatem venerari adigerentur, nunc iſtos rideant & ſcriptitent: *Euangelium quod profitentur, eos non facere meliores.* Et utinam nomen Dei non blaſphemetur propter nos inter gentes! Habent quidem Doctores & Paſtores qui voce & ſcriptis eos docent, horum commonefaciunt, arguunt; ſed quis corde compungitur ac reſipiſcit? Judæi quoties Legem ſummo ſtudio non obſervarunt, bellis multiplicibus intricati fuerunt, tandem horribili excidio traditi ſunt: Quid ejuſmodi Euangelici, qui Euangelii doctrinam non obſervant, ſibi promittere poſſunt, niſi bella mala & horrenda excidia? *Nam ſi Deus naturalibus quaſi ramis non pepercit, videndum ne inſitis quoque non parcat: Omnis tranſgreſſio & contumacia juſtam mercedis retributionem retulit; quomodo effugient hic tantam negligentes ſalutem? non dici Euangelicum, ſed eſſe, beatum facit.* Chriſtus uti hypocritas reprehendit eos, qui faciem cœli, tempeſtatum explorantes, temporis maximè obſervandi circumſtantias & momenta rerum præſtantiſſimarum non obſervant, inutilia diſcunt, utilia negligunt: Quid dicturus his, qui cùm ſe ſatis omnia ſcire credant, tamen affectata quadam cæcitate videre nolunt? *Quid jam rerum agatur! quibus temporibus reſervati ſimus! quid agi, Chriſtianoſque pati oporteat! nimirum tempus ultimum eſſe, prædicta omnia fieri; Antichriſtum in Templum Dei ſedere: executione Concilii Tridentini excidium Euangelicorum ſub nomine Hæreticorum quæri, adeòque tam Religionis quàm Regionis negotium agi, & myſterium iniquitatis ac impietatis peragi.* Satis hoc ex Cancellaria Hiſpanica, ex rerum omnium curſu, & Papiſtarum, ubi plenis

Digitized by Google

Oſcitantia Euangelicorum.

velis navigant, actis, palpari dudum potuit. Attamen hypocritæ, vel ſecuri quidam Euangelici, ac ſi nihil horum eſſet, aut metui debeat, diſſimulant, altum ſtertunt, & officium non faciunt. Idque triplici modo. *Primò*, cùm in tantis perſecutionibus ac periculis, preces ſuas in cœtibus publicis compluribus, non pro Fratribus in Chriſto, in negotio Religionis afflictis, oppreſſis, aut periclitantibus, nec pro Euangelii conſervatione, ac gementium liberatione, quia hoc eſſet oppreſſoribus & pollutis politicis ingratum, ſed pro Adverſariis Poteſtatibus, eorumque perpetuis ſucceſſibus, qui oppreſſionem Euangelii & exſtirpationem Chriſtianorum ſibi certò propoſuerunt, è cathedris ad Deum fundunt, quæ Euangelicis Magiſtratibus, eadem Papiſticis pariter orant, qui jam toties centenas imò millenas Eccleſias everterunt, iis adhuc plures ſucceſſus precantur, quia gratiam ipſorum aucupantur. Quâ formula precum ſeſe miſeros tyrannorum adulatores oſtendunt, Deum tentant, & reliquiis fidelium, nec non tandem ſibi ipſis, oppreſſionem ac internecionem orant: *quo, quid deterius? cùm in Eccleſia primitiva verè Euangelica, preces aſſiduæ non pro Herode & ſucceſſu propoſiti ejus, quo Petrum adeoque fideles Chriſti necare conſtituit, ſed pro Petro ejuſque ac cæterorum credentium liberatione, fierent*, hodièque eadem ratione non pro ſucceſſu opprimentium, ſed pro conſervatione veri, & periclitantium fieri debeant. *Secundò*, ſpecioſi tales Euangelici, hypocritæ, ſecuri, conſilia & vires ſuas, cum aliis cordatioribus jam militantibus ad defenſionem Euangelii vicinorumque, ad repreſſionem propoſitorum, & conatuum Antichriſtianorum, adeoque ad pacem facilius ac citius procurandam, non conjungunt, nec interceſſionibus ſeriis Eccleſiæ aſſiſtunt, ſed vim tantam, tot ruinas Eccleſiarum, oppreſſiones vicinorum, imò fratrum, ocioſi abſque commiſeratione, & ſtudio ſuccurrendi ſpectant: prudentia carnis excellentes varia deliberant: *Bellum ſanè jam confratribus intentari, inferri, illos, ut vim vi repellant, arma defenſiva moliri & ordiri; verum eventum & aleam belli paſſibus ambiguis vagari: omnia periculoſa eſſe: piis cum Chriſto patiendum; ſeculo judicium ſubeundum, & quaſi non inveniant, quid faciendum! metuunt, ne ſi in ſocietatem belli veniant, & Euangelicos alicubi ſuperari, crucique cum Chriſto ſubjici contingat, tum ſibi cum aliis perſecutio vel moles belli communis fiat.* Eligunt igitur, non fide qua Moſes cum Chriſto & populo ejus perſecutionem pati, ſed carnis prudentiâ,

deſertis

Digitized by Google

deſertis fratribus & cauſa Euangelii, cum adverſariis, temporariam retinere peccati fruitionem, ac volutari in peccatis & deliciis vitæ hujus, quamdiucunque liceat. Nec ſapientiſſimum eſſe ducunt, ut Sancti, contra Beſtiam, dimicare, ſed ut incolæ terræ, eam ſequi admirari, cum eaque Draconem adorare dicendo: *Quis ſimilis illi? quis poterit pugnare cum ea?* nil curantes *talium nomina non eſſe ſcripta in libro vitæ*: Cogitant nimirum *Beſtiam eſſe magnam, eſſe formidabilem & fortem, ac vincentem, enumerant acta ſucceſſuſque illius*: Deſpiciunt Sanctorum adverſus eam bellum gerentium paucitatem, infirmitatem, frequentes occiſiones, clades, inde hæſitant ac verentur, ut Agnus Beſtiam vincere aliquando poſſit, eoque nolint ſeſe immiſcere incauti, *non putantes, hic jacturam electionis & ſalutis fieri, Eccleſiaque obnoxios eſſe, quorum culpa & deſertione ii, in quos primo Beſtia impetum facit, opprimuntur*: Credunt nihilominus etiamſi vicini plurimi optimi cædantur, exſtirpentur, ſe tamen poſſe conſiſtere, cum Antichriſto tutam pacem habere, genio ac voluptatibus indulgere, imò etiam deletis Chriſtianis, adhuc duas religiones Papiſticam & Lutheranam ad finem uſque mundi permanere oportere. At *quis non hac arguat? extra verè Chriſtianam Religionem non eſt ſalus. quo fundamento Religiones eſſe duas evincent? ab illa Catholico-Papiſtica Majeſtate hoc non obtinebunt: illa hos etiam non feret, quia, dicente illo: Flamines illi Babylonii ſoli regnare cupiunt, ferre parem neſciunt, nec poſſunt.* Quidam ſatis excuſatos ſe eſſe putant, ſi *Neutrales* maneant. Et quidem, ſi interea quod poſſent ad gloriam nominis Chriſti facerent, utque ille Marci cap. 9, verſ. 38. mala dæmonia ejicerent; veritas aſſereret: *Qui non eſt contra nos, pro nobis eſt.* Verùm cùm *inter Chriſtum & Antichriſtum neutrales non ferantur*, ut, qui neutri parti aſſiſtunt, & Chriſto omnibus viribus obligati ſint, qui ejus eſſe volunt, valde metuenda fuerit innodatio illius ſententiæ: *Qui non eſt mecum, contra me eſt.* Si excipiant: non tam apertè negotium Chriſti & Antichriſti agi, quia alia prætendantur, eoque ſe quodammodo excuſatum iri, tum ii qui malitiam & crudelitatem Papiſtarum experti ſunt, eorum Antichriſtianiſmum evidentioribus teſtimoniis oſtendent, quam ut imperitia illorum obtinere queat, quin timendum, ne error & ignorantia culpam aggravet, & mollities illa tot tantaque teſtimonia Sanctorum contemnens, altera ſententia perimatur: *Quoniam egelidus es, nec frigidus, nec fervidus, futurum eſt, ut*

evomam te ex ore meo. Quid ſi etiam proprii oris teſtimonio arguantur? *Dicunt & ſcribunt, Papam cum ſua elatione & oppoſitione, omnino eſſe Antichriſtum, & tamen nolunt ſe gerere tanquam contra Antichriſtũ, nec cum aliis arma defenſiva contra exercitus illius vibrare.* Quis acriori odio perſequitur Chriſtum, quã Antichriſtus? Quo ſpiritu dicitur ad Deum Pſal. 139. v. 21. *Annon oſores tuos ô Iehova odio habeo? Perfecto odio odi illos: inimicorũ loco ſunt mihi. Vbi talis Spiritus in his? Vbi jam illa Lutheri VVormatiam abeuntis ad ſuos valedictio: Impleat vos Deus benedictione ſua & odio Papæ?* Bohemi Papiſtas appellarunt Amicos ſuos dilectos, & tamen ab ipſis uti oves à lupis dilaniati ſunt. Iſtis ſapere & meliora optamus. *Tertiò*, tàm malè committunt, dum militiæ eorũ, qui Antichriſtum extollunt, contra Inſtitutionẽ Chriſti, nomina dant, atque ſub iis merentur. Quo, hypocriſi, vel affectata quadam cęcitate, vel imprudentia, vel impietate & contemptu diſciplinę Chriſtianę perducuntur: per mericuloſam illam Neutralitatẽ, ac ſi de Chriſto & Antichriſto non ſatis edocti eſſent, aut dubitent, nõ ſatis curant, cui potiùs adhærendũ & ſerviendũ ſit. Ut, à Deo, Spiritu ejus doceantur, regantur, verè Chriſtiana prudentia, Dei timore imbuantur, & bonã conſcientiam ſervent, huc non quo par erat ſtudio feruntur: quin etiam diſciplinę Chriſtianæ rationẽ quam oportuit, non habent, pro arbitrio vivere & agere ſe poſſe ſomniant, veluti malitię velamen ſit ipſis libertas, & non ad obſervandũ Dei verbum totum, rectum, honeſtum, decorumque aliquo jure aſtringantur. *Inde multi ſine deliberatione, ſine prudentia Chriſtiana, ſine conſiliis vel autoritate Præpoſitorum, adeoque ſine conſcientia cura, indifferenter, cui parti videtur, militant, atque excuſſo jugo Chriſti, potiùs Pontificiis quam Euangelicis ſuis, contra Deum, contra veritatem, contra afflictam Eccleſiam, contra Patriam, contra Fratres in Chriſto, & contra conſcientiam ac propriam ſalutem ſerviunt, & contra membra Chriſti, ejuſque puriorem doctrinam ac puſillum gregem, tam flagitiosè, tàm ſceleratè, tàm nequiter, tàm crudeliter, quàm amentes Papiſtæ, aut athei Turcæ bellum gerunt, qui ſanctiùs pro Euangelio conſervando, pro Chriſto, pro Fratribus, pro Patria, pugnare vel arma ferre, furori Antichriſtiano reſiſtere potuiſſent ac debuiſſent.* Hâc verò incogitantia, *& cæca perverſitate, non ſolum Adjuvantes adeoque etiam Efficientes, bellorum, & malorum tantorum cauſa ſunt*, ſed etiam, ut olim, gladium accipientes gladio pereant, ac bellatores hujuſmodi, aliunde excitis bellis vaſtentur, anſam Deo proximiſque prębent. Quod uti manifeſtè ſit, ita Euangeli-

Euangelici cogitent de culpa.

gelii

gelio & rationi veræ Chriſtianitatis nequaquã convenit, nimis contrarium eſt. *Hæreticos, Arianos, Eutychianos atque alios malos, cum Cæſaribus, vel Ethnicis, vel ad hæreſes ſeductis, adverſus Orthodoxos & veros Chriſtianos belligeraſſe legimus; verè Euangelicos & bonos Chriſtianos contra fidei ſuæ ſocios, ne ad placitum quidem Imperatorum feciſſe novimus.* Unde Auguſt. in Pſal. 124. ſcribit: *Milites Chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli. Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum qui in cœlo erat. Quando volebat Iulianus ut idola colerent, ut thurificarent: præponebant illi Deum.* Sic milites iſti, Cæſari ſervientes, ſi veri Chriſtiani eſſent, quando venitur ad Inſtitutionem Chriſti & coguntur omnes ad Papiſmum Antichriſtianiſmũ, non agnoſcerent alium pręter Chriſtum audiendũ, & ſemper pręponerent Deum. Jam centum annis agitata, & doctiſſimorũ virorum ſcriptis, aſſerta manet illa veritas: *Euangelicis contra Euangelicos, ubi Euangelii res agitur, illud oppugnatur, & Papiſmus ſtabilitur, arma geſtare nefas eſſe*: & contra naturã ac contra ſanam rationem furor fuerit, *id quod ipſe ſentias ac probes, in alio, armis opprimere.* At iſti nondũ animadvertunt, nec Doctorũ, nec naturę, nec rationis dictamen curant: imò nonnulli eo damnationis ruunt, ut vel diabolo ipſi ſervire, modo pecuniam det, promittant, jamq; faciant! *Sunt quidem hæ antiquæ Papiſtarũ artes & machinæ è diaboli Gymnaſiis petitæ, ut ſi quos ſibi non ſubjectos, religionis odio debellare, vel exſtirpare decreverint, iis rebellionem, hæreſim, turbas & alias cauſas affingant, eoq; publicè exoſos reddant, & plures à conſideratione veræ cauſæ ad ſuas partes pertrahant; ſed Euangelicos jam dudum hoc obſervare & circumſpectos magis ac cautiores eſſe decebat, ne irretirentur.* Sicuti animoſè factum à majoribus An. 1546, ubi Papiſtę autoritate Imperatoris abuſi, Euangelium, per Lutherũ, & alios tum annunciatum & creſcens, in herba extinguere, obruere, ac ſubvertere moliebantur. Etſi illi cauſas politicas varias, rebelliones & turbas prætenderent & multis imponerent: tamen Saxo Euangelii vel Lutheri defenſor, & Landgravius cum aliis Julii 15, ſcriptum publicum ediderunt, & demonſtrarunt: *Religionis cauſa ſuſcipi hoc bellum, & hoc eſſe conſilium Cæſaris, ut, obducta ſpecie quadam rebellionis, & tanquã paucos aliquot vindicare velit, ſocios fœderis divellat alios ab aliis, & tanto facilius paulatim poſt omnes evertat.* Quod certè unum tum verum fuit, non illa quæ à parte Papiſtarũ prodibant ac prętendebantur. At profectò eadem nunc tragædia acta eſt in Bohemia, & agitur adhuc, mutatis tantum perſonis, uti neminẽ ſapientium fugit.

In Euangelicis multa deſiderantur.

 Bohemi

Digitized by Google

Bohemi hoc ſcriptis oſtenderunt, & experientia manifeſtavit. cur non adhuc obſervatur? & cur non Euangelici docentur, hæc noſſe, & contra ſuos amplius non pugnare? Lutherus, eo tempore *Mandatum Ieſu Chriſti* è Scripturis concinnatum, publicè edi curavit: *Ne quis eorum qui Euangelium amplexi ſunt, & ſalvari volunt, contra alios Euangelicos & Fratres ſuos arma ferat, ac Papiſtarum conatum quibuſcunque prætextibus palliatum adjuvet, ſub pœna æternæ damnationis.* Quod Mandatum Lutheri, & alia Doctorum ſuper hac re ſcripta, præcipuè ac primariò Principes Germaniæ Euangelium amplectentes, illamque lucem ſalvificam extingui non cupientes, concernebant, maximè vero inferiores ſubditos & gregarios omnes ab ejuſmodi militiâ abſterrere debebant, *uti tum Saxo & Landgravius Albertum & Ioannem Brandeburgicum, qui ſuam Cæſari operam addixerant, monuerunt, ut diligentius expendant quid agant: contra immorigeros & ipſum Mauritium ejus culpa tum reum, præliabantur, etiamſi poſtmodum vi obrui contingeret.* Quantò magis etiamnum tales, quicquid ſequatur, diſciplina Chriſtiana & majorum autoritate moneri & coërceri conveniret? ac, ſi vera diſciplina Chriſtiana obſervetur, neutiquam talibus hic parceretur, nedum ut liceat. Verum, cum diſciplina abjiciatur, etiam nequiſſimi terminos vocationis atque obligationis ſuæ excedunt, & ſuperiores ſibi plus licere putant.

Quid Domini facient, audent cum talia fures!

Magiſtratus quilibet, & præpoſiti ſuos ab ejuſmodi militia domum revocare & retrahere tenentur.

Bohemi potius paſſi ſunt, quam cum Papæ contra Lutheranos pugnarent.

Bohemi illis temporibus etſi à Ferdinando Primo Rege ſuo ſollicitarentur, & urgerentur: ut contra Saxonem arma cum Papiſtis conjungerent, & bellum gererent; tamen eorum ſaniores, quorum melior ſententia cordi, *videntes obducta ſpecie quadam rebellionis exterminium Euangelicæ Religionis, quæ tùm in Germania illuxerat ac creverat, quæri, ut Papiſtarum mos eſt, hoc facere detrectarunt, Ferdinandum Regem orarunt, ne contra Saxonem bellum ſuſciperet, tum ratione fœderis, tum quod ille de cauſa cognoſci cupiat, habita. Sed & inſtaurato fœdere Chriſtianos ibi cum Euangelio potiùs ſervandos, quam bello, ſuis viribus, opprimendos ſtatuerunt.* In eoque caſu, exceptis Papicolis & quibuſdam reprobis, omnes Regem & Cæſarem hoſtes habere, belli molem experiri, una cum Chriſtianis premi, in exilia ejici, capitibus plecti, quam ſuis manibus ſanguinem Chriſtianum fundere maluerunt,

quem-

Digitized by Google

quemadmodum *ex Actis illorum temporum meliori fide quam Pontificii ſolent editis*, elucet: ita ut, quùm poſt aliquot urbium Senatum ſublatum, etiam Pragenſes Senatores, Ferdinandus victor ex bello reverſus, ſuppliciis afficeret, & Feciales ejus clamarent: *iſtos ceu rebelles & inobedientes ſubditos puniri, Primas quidam Pragenſis cum ſociis productus & mortem oppetens, reclamarit: Non eſt vera illa cauſa noſtræ mortis: ſed quod innocenti ſanguini Chriſtiano fundendo, manus admovere nobis religio ſit.* mox nihilo minus decollatus, veritatem ſanguine obſignavit. Alii ſimiliter cæſi, complures in exilia ejecti, ſpoliati, & dignitatibus ac juribus imminuti ſunt. *At nunc ecce quam gratiam Germani multi cum Saxone, Bohemis, eorumque poſteritati referant, Iehova videat & judicet!* qui Euangelium & Chriſtianos ex Germania exſtirpari noluerunt, potius hæc talia paſſi ſunt, & tantum non omnes occubuerunt, illi nunc eorumque reliquiæ, armis Saxonicis Ferdinando Secundo junctis, planè excidio traduntur, ſalvifica Euangelii luce privantur, cum poſteritate, damnabili Papatui mancipantur. O gratitudo! quid mirum, ſi divina vindicta, & meliorum Chriſtianorum virtus tales viciſſim bello perſequatur? meruerunt, & hoc ipſo, bellorum, & malorum omnium ſibi cauſa ſunt. Vittebergenſes quidem Admonitionem quandam ad Bohemos anno circiter 1625 ſcripſerunt, *qua hortantur ad conſtantiam, ut Euangelici potius exilia, mortem, martyria & omne genus afflictionum ſubeant, quam ad Papiſmum, qui Antichriſtianiſmus eſt, accedant. Quod ſcriptum ſanè, ſi cavillationes & improbæ accuſationes, quibus illi Reformatiores Chriſtianos jugiter pulſare conſueverunt, excipiantur, uti ex ſcriptis Orthodoxorum collectum, ita lectu dignum eſt, in primis quod Papam ſuis coloribus depingentes, aſſeverent, Pag. 219. Pontificiorum unicum votum eſſe, ut Proteſtantes univerſi & ſinguli ejiciantur, de medio tollantur & occidantur.* Verùm, cur non omnem lapidem movent, ut voto vel conatui tam diabolico Proteſtantes omnes conjunctis precibus & viribus obviam eant? Cur Bohemos, conjunctis cum Papiſtis viribus, Pontificiis manciparunt, ut illi ex voto miſeros ejicere ac de medio tollere queant? Cur adhuc potiorem Proteſtantium partem perinde atque Pontificii deleri in votis habent? Cur ſuos à precibus illis, pro ſucceſſibus Pontificiorum ex votis illorum, non deterrent aut dimovent? Cur non diſciplina & prudentia Chriſtianâ ſuos etiam proceres & gregarios corrigunt & coërcent, ne viribus ſuis Pontificios

Saxonicorum mira affectio erga Bohemos exules.

Digitized by Google

ſicios adjuvent, Chriſtianos affligant, & ad extrema omnia cogant? Cur ipſi vota, preces, arma, Pontificiis contra Religionis ſocios jungunt, eoque Chriſtianos ejici, de medio tolli & occidi faciunt? factaque cum Papicolis pace, in hoſce bellum convertunt, & non minùs quam Pontificii ſæviunt? *Haccine illa radix, materque Religionis, pietatis, prudentiæ & diſciplinæ Chriſtianæ, ſtudiorumque alma Academia!* Cur exilii ſubeundi autores ſunt his, quos in exiliis à ſuis malè tractari ſatis norunt? Nam ſi injuriæ, quibus affecti ſunt exules Bohemi, in illa Regione, non taceantur, ſed, *depoſita non reſtituta*, mutui nomine aliquot auri tonnæ poſtulatæ, *contractuum, maledictorum, & hoſpitiorum, iniquitates, contumeliæ, miſeris illatæ, edicta, Chriſtianos quaſi Calvinianos exules proſcribentia, hoſtiumque & prædonum mucronibus objicientia, enarrari deberent, mira viderentur: & appareret evocatos in exilium fuiſſe, non ut commiſeratio & charitas Chriſtiana erga miſeros exerceretur, ſed afflictis calamitas adderetur, & quod miſeri, poſt tot tantaſque direptiones, & hoſtiles contribulationes, poſt amiſsionem patriæ, forſan adhuc de facultatibus retinere potuerunt, eo ibi penitùs privarentur, & tandem proſcripti licentiæ militum traderentur.* Si meliora cogitarunt, doceant ſuos meliora. Si ne ſuis quidem Doctoribus paruerint illi, viderint quales Chriſtianos habeant: num omnibus præferendi, an verò ut impii & diſciplinæ contemptores, arguendi ſint? eoque etiam belli tanti culpam aliquam ſuſtineant. Sanè ſua potius agnoſcere, quam Bohemos malorum horum arguere & incuſare diſcant, *Prophetaſque ſortiantur, qui prorſus ignominia peccatores afficere ſciant, & faciant ut erubeſcant.* Jerem. 6. verſ. 15. aliâs hæc expiare videbunt bella. Ante centum annos Germani fuere viri, qui cùm Religionem peti intelligerent, non amplius Cæſari militandum duxerunt, ſed ut Mauritius in perſecutorem aſtutum, arma converterunt. Bohemi tales adhuc eſſe putarunt, & ab omnibus Euangelicis, maximè vicinis, aſſiſtentiam ſibi promiſerunt. Sed, hei, motos præſtat componere luctus! *Vbi nunc illa majorum pietas & virtus? relegant Acta ſub Carolo Quinto, & videntes eandem Comœdiam agi, mutatis tantum perſonis, eligant, & reſumant optima ad rem.* Ordines Proteſtantium Anno Domini 1541, etiam apud Regem Franciæ literis interceſſerunt, pro iis, qui per Galliam ob Euangelii profeſſionem erant, in vinculis, vel in exilio, vel in latibulis ærumnoſam vitam agebant, nedum ut vicinos vel imperii membra planè deſererent. At nunc, quid fit

Bohe-

Digitized by Google

Bohemis? quid Palatinis? quid aliis vicinis? tamen nemo ſeriò intercedit, nemo cauſam miſerorum agit, quamvis omnes qui aliquid poſſent, officiis & jure communi obligati ſint. *Maximilianus Imperator ejus nominis Secundus, etſi non apertè Euangelicus, tamen pro Chriſtianis in Belgio crudeliter tractatis, ad Hiſpanum interceſſit Anno 1569, quicquid obtinuerit*, tamen officium Chriſtiani Imperatoris fecit: non ut moderni ipſe eos afflixit, *& ille ſurget olim in judicio cum iſtis, & condemnabit utroſque*, quod idem non fecerint. *Angli fratrum exſpectationi non reſponderunt, ſpem miſerorum fefellerunt, cauſam Euangelicorum nunquam ſatis cognoſcere voluerunt, Papiſtis in Antonio de Dominis, impoſtori, fidem habuerunt: Aliquid aliquando, Legatis, & verbis, pro Palatinis egerunt, ſed ita frigidè, ut nihil effecerint. Nec huic cauſa & bello communi ſeſe immiſcere ipſis placuit, donec animadverſione Dei tacti, ipſimet inteſtino bello puniantur, atque in viſcera ſua ſævientes, in mutuas cædes ruant.* Hungari, Sileſii cum Betlemo, ſi conſtantiores & contra fraudes Antichriſtianorum prudentiores fuiſſent, multa præſtitiſſent. Saxo, debellatis in communi Bohemis, & compluribus in Germania Euangelicis, ſerò pro quibuſdam ſeorſim hinc inde, interceſſit, ne quidem hili apud Papiſtas fit, & tamen contra rationem iis aſſiſtit, à quibus nanci fit, ut magis rideatur, ac majori contemptu luat. Qui aliquid etiam armis in hac cauſa agere ſtatuerunt, ſi pientiores, & afflictis æquiores eſſent, cauſamque ſanctam, ſanctè aſſertum irent, feliciores eſſe poſſent. Imò ſummatim, ſi omnes qui veri Chriſtiani Euangelici eſſe volunt, atque ab Antichriſti operibus ſeparati ſunt, unum in Chriſto manerent, & contra hoſtes communes, alii pro aliis preces, interceſſiones, nervos & vires ſuas conjungerent, omninò faciliùs à Deo mitigationem calamitatum adeoque hujus belli, (*niſi quibus ad probationem fidei atque aſſimilationem Imagini Chriſti opus eſt*) obtinerent. Si quidem Naucleri ſententiâ *impoſſibile eſt, multorum uno ſpiritu Deum orantium preces, non exaudiri*: & Adverſariorum hoſtiumque animos etiam ſeriis interceſſionibus, ac denique conjunctis viribus & armis, fortiùs reprimerent, vel furores & impetus frangerent, vel ipſi Antichriſto magis formidabiles exſiſterent, omneſque mitiores redderent, atque ita bello huic finem imponerent. Sed dum contra agunt, contraria experiuntur, dumque nihil ad pacem veram faciunt aut quærunt, nullam habent. Quin etiam iſtâ ſuâ hypocriſi, ſecuritate, & verè Chriſtianæ pieta-

Angli tergiverſatio.

Euangelicorum vecordia.

tis, prudentiæ & diſciplinæ, turpi negligentiâ, precum inverſione, virium interceſſionum denegatione, diſtractione, vel *Neutralitate*, atque peſſima fortitudinis & armorum contra Fratres pro Antichriſtianis, adhibitione, *animos proximorum labefactant, Antichriſtianis addunt*, hos multos contra puſillum Chriſti gregem & exiguum Sanctorum numerum, potentiores reddunt, Propoſita hoſtium confirmant, gladios eorum acuunt, cœpta promovent, vires eorum augent, in flagitiis & omni tyrannide eos indurant, ad omnia denique mala audentiores & fortiores faciunt: *è contrario fidelibus ac fortioribus Chriſti Athletis plus negotii, ac difficultatis faceſſunt: omnibus afflictis Chriſti membris plus afflictionum & dolorum inferunt: ipſi verò ſibi, iram Dei veluti theſaurum recondunt, in diem iræ & revelationis juſti judicii Dei per illum quem nunc in membris ſuis vexant, ac pungunt ac cædunt: adeòque etiam bella hac, & mala omnia cervicibus ſuis attrahunt:* in Deum & Euangelium ejus ingrati, in proximos iniqui, in poſteritatem impii, exiſtunt, ſibimet ipſis turdi pernicioſi. *Nam Deus libertatem precio precioſiorem omni, quibus vult populis largitur, & Euangelium, ejuſque ſalvificam lucem ex magna miſericordia tanquam donum incomparabile confert, ea ipſe magni æſtimat, & magni facere docet, gratitudinemque ſummam requirit, nec non ſtudium ut ea nobis & poſteritati quam accuratiſſimè incorrupta ſervemus, poſcit.* Et majorum noſtrorum optimi, veritatis & libertatis aſſertores, jam ante centum annos obſervarunt, *Papiſtas, etiam Cæſares, in primis Auſtriacos, ſub prætextu rebellionis compeſcendæ exterminium Religionis Euangelicæ, quærere & ſub obtentu, quaſi in paucos aliquot animadvertere neceſſe ſit, omnibus idem intentare, omnes gentes ſua libertate, maximè Euangelicos Euangelio privare velle, eoque ſocios fœderum & confeſſionum alios ab aliis divellere, ut poſt facilius omnes & ſingulos, poſſint evertere:* At moderni tales Hypocritæ hæc præſtantiſſima Dei dona, tanti quanti oportuit, non faciunt, maximo ſtudio ſibi & poſteritati ſuæ ea conſervare non contendunt: Molitiones tantas Papiſtarum contra ſalutem publicam apertas non curant, non amoliuntur; Libertates Patriæ, Euangelii gratiam, adeòque omnia commoda & ipſam ſalutem, modo vicinis, mox ſibi ipſis, & poſteritati ſuæ, minui, violari, atque eripi ſinunt, quod Ethnici nuſquam committerent, quin amore Patriæ libertatis & virtutis alacres, pro aris & focis certarent, & ipſi Papiſtæ, *quia ſuas conſuetudines, ſolam ſalvificam Religionem eſſe, malè credunt, quid non ca-*

Germanorum prudentia.

rum

Digitized by Google

rum conſervandarum & propagandarum etiam ad omnem poſteritatem ergò moliuntur? Quid non agunt & patiuntur? Soli iſti ignavi, meticuloſi nimium mites ſcilicet Chriſtiani, cum, veritatem, ſolida Religionis & ſalutis fundamenta habeant, & libertatibus patriis gaudere queant, omnibus ſe privari, atque exui, paulatim ſuſtinent, tantummodo ne quid in defendendis ac conſervandis iis, fortiter agant, aut patiantur, ſed vita ocioſa turpi ſervili & voluptatibus quibuſdam carnalibus, aliquandiu ſub Antichriſto vel ejus Vaſallis, *ubi vita inauſpicacior morte,* frui queant. O prudentes! hi nimirum dicent ad proximos & poſteros, quod veri Chriſtiani: *irreptitii quidam falſi fratres, clam ingreſſi ſunt ad explorandam imò ſubruendam libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Ieſu, ut nos in ſervitutem adigerent; ſed nos ne ad momentum quidem, nos ſubmittendo iis ceſſimus, ut veritas Euangelii permaneret apud vos?* Nonnè Patres filiis Theſauros congregare decorum? at quos precioſiores hi ſuis conſervare poſſent, quam Patriæ libertatem, & Euangelii puritatem? Nonne hæc Dei dona maximi facienda? Nonne ſummis ſtudiis nobis fratribus & poſteris noſtris conſervanda? Num ſecuritate noſtrâ, vel una Eccleſia vicina, vel noſtra vel poſteritas, his & ſua felicitate ac ſalute defraudanda? *Num omnia Antichriſto ejuſque juratis, ad arbitrium permittenda, derelinquenda?* Hæccine erga Deum gratitudo! Siccine poſteritati conſultum! Si omnes in univerſum Chriſtiani tam ſegnes eſſent, ubi jam dudum eſſent? planè, de omnibus actum eſſet. Si proximi bovem, aut aſinum ſub onere jacentem, periclitantem, non ſubleves, contra apertum Dei Verbum peccas; quantò magis, ſi ipſum proximum ita jacentem aut periclitantem non adjuves? qui in latrones incidit, & ſpoliatus ac plagis affectus eſt, eum ſemi-necem præterire, non curare, ſed ita derelinquere, tàm inhumanum & indignum eſt, ut nomine proximi privet, etiamſi Levitæ & Sacerdotes id committant; quanto ſceleratius fuerit una cum latronibus miſerum inſontem bonum virum ſpoliare, plagis afficere, enecare? Quod nunc circa Bohemos & Palatinos illi deſignant, qui contra miſeros cum Papiſtis latronibus arma ferunt, *qui afflictiones iſtas & confractionem Ioſephi non curant, Levitæ & Sacerdotis inſtar, nomine proximi indigni ſunt.* Et grave illud Eccleſiæ veteris judicium incurrunt: *Si non paviſti, occidiſti. Utique ſi non defendiſti, occidiſti.* & quomodo *Chriſtiana charitate ſe præditos oſtendent, qui animas*

Euangelici vigilantiores ſint.

Digitized by Google

pro Fratribus ponere, aut parum difficultatis ſubire, iisque aſſiſtere nolunt? & quidem, pro Fratribus iis qui olim commodo ipſorum id fecerunt, aut adhuc facere poſſunt. quibus pari affectu non reſpondere, iniquum, contra eos pugnare, nequiſſimum. *Vnde plerumque judicio Dei fit, ut illi qui pro Chriſto & Fratribus animas ponere noluerunt, pro Antichriſto & hoſtibus eas deponant*: ubi malè pereunt, & damnatione Beſtiæ damnantur. Nam non refert, ſive in fronte, ſive in manu characterem ejus habeant, id eſt, apertè Papiſmum profiteantur, aut ſua manu propugnent, utrumque damnat: & aliud ex iſto contra fratres bello non referunt. adeòque ſibi ipſis & aliis calamitatum, belli, vel exitii autores ſunt. Verum Deus, *qui non delectatur morte peccatoris, ſed ut convertatur & vivat*, hanc talem oſcitantiam, hypocriſin, ſecuritatem, ingratitudinem, & veræ Chriſtianæ pietatis, prudentiæ ac diſciplinæ omiſſionem, *incogitantiam & alia peccata, bello hoc & iſtis malis viſitat, caſtigat, & omnibus anſam reſipiſcentiæ porrigit.*

XIV. *Theologorum diſcordia.*

Decima quarta bellorum & malorum horum *Cauſa* eſt, *Indecora diſſenſio & diſcordia Theologorum, imò nimiæ contentiones, & virulenta ſcripta, quorundam eorum.* Qui cùm talia vitare & removere debeant, atque è diametro omnes idem loqui, eadem mente, eadem ſententia impacti eſſe teneantur, ſicuti unum Deum, unam Scripturam ſeu Legem perfectam ac ſufficientem, adeòque unum principium, unum verum, habent, ideòque ad unum Deum, ad unum Servatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ad unum Caput & Ducem, uno Spiritu pacis omnes vocare, & omnia ſecundùm eandem regulam Verbi Dei, docere & agere in conſcientia, obligati ſint, tamen quaſi liberum ipſis ſit, & quaſi principia diverſa habeant, diverſa loquuntur, diverſa ſentiunt, & ſcribunt, inde diſſidia fevent, & diverſas vias tenent, unius Spiritus non ſequuti ductum, non ad unum Deum, & unum Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, unum Caput & Dominum, ſub eoque non ad unam Legem & Teſtimonium, omnes vocant, & ablegant, ſed diverſas commentati vias & regulas, quaſi divinâ meliores, aut ſapientiores, ita *diverſi Diſcipulos poſt ſe aut poſt alios quoſdam Epiſcopos & Doctores, ac poſt illas commentitias vias & regulas, imò jam opiniones abſtrahunt, & diligentiùs illa ſua quàm divina, populis proponunt.* Et quamvis aliquando phraſes, vel opiniones, vel quæſtiones, vel conſuetudines, hominum illorum, non adeò magni momenti ſint, ideoque in Spiritu lenitatis, & manſuetudi-

tudinis, per charitatem & Dei timorem, per prudentiam Chriſtianam, & debitum concordiæ ſtudium, autoritate vel Conciliis piorum illuminatiorum, illicò, antequam invaleſcant, reconcinnari poſſint, ac debeant: Tamen (*quam conſuetudinem non habuerunt Apoſtoli neque Eccleſia Dei*) jam dudum quidam elatiores & immodeſtiores ultrà modum ſuper his, pertinaces & contentioſi ſunt, adeoque contentionibus ſuis, è parvis majora, è favillis incendia excitant, ita ut progreſſu temporis in ſchiſmata & hæreſes erumpant, jamque à ſeculis, *diſſidiorum omnium, ſchiſmatum, ac hæreſium, inde turbarum, cædium, & bellorum, irrequieti ſuperbi Theologi, autores & noxæ eſſe deprehendantur, in iisque tum ſeducente, tum ſeducti ſemper in pejus procedant.* *Theologi ſuperiorum diſſenſioniū autores.* Quod & Pontificii Scriptores agnoſcunt: omnium hæreſium, & Alcoranorum autores fuiſſe, *Epiſcopos, vel Monachos, titulis Doctorum, vel fiducia linguæ ſuperbientes.* In diſſenſione & diſcordia Theologorum, maximè jam in ſchiſmatibus & contentionibus iſtis, non ampliùs fidei integritas, & Chriſtiana charitas, ſummo ſtudio & contentione colitur, non unitas Spiritus per connexum pacis ſervatur: neque omnia illa quæ ad rectum de Deo ſenſum & purum ejuſdem cultum pertinent, maxima diligentia & prudentia, prouti Chriſtianos oportuit, ubique traduntur, aut irremiſſâ diſciplinâ urgentur, ſed negliguntur, & non tantum inutilia, ſed & noxia proferuntur: *Theologi ita diſcordes & Philauti, non ea quæ ſunt Ieſu Chriſti, & proximorum in communi, ſed ſua quiſque ſpectant, agunt & quærunt: maximè neceſſaria vel ignorant cæci, vel eorum obliviſcuntur, ac ea non curant affectibus abrepti: quæ ſchiſmatum & ſuarum partium ſunt, etiam illicita & noxia tuentur, neſcimus quo Spiritu acti.* Qui ad charitatem illam veram, quam tota Lege Dei docet & præcipit, populos inſtituere ac urgere debuiſſent, *odia dira multorum animis inſtillarunt, ut, quos ſicuti ſemetipſos diligere tenentur, eos odio pluſquam Vatiniano perſequantur.* Papiſtæ enim toti ſeducti, Chriſtianos veros ſe meliores tantoperè oderunt, ut eos omnibus viribus, omnibus artibus, bellis & carnificinis obruere & exſtirpare annitantur. *& jam ferè nihil ſcire videantur, quam Euangelicos & omnes à ſe diſſentientes, meliora ipſis tenentes, Hæreticos appellare, ſemetipſos ut Ariani olim, Catholicos vocitare, adeoque in utramque partem falli.* Nec enim Carbonaria illa fides plus novit, *quam ignota laudare, incertis animam committere, falſa profiteri*, & ea tantum agere quæ ipſos non Eccleſiam Chriſti, ſed factionem An-

 tichriſti

Digitized by Google

tichriſti manere, apertiſſimè oſtendunt. Lutherani noſtri, ut cautiores labe hac & noxa eximantur, omnino quidam, etſi ab erroribus quibuſdam Papiſticis receſſerunt, tamen multum adhuc de affectibus & moribus ipſorum retinuerunt, adeò ut Miſnenſium unus in præfatione Catecheſeos ſcripſerit: *Quod Lutheranorum doctrina plus affinitatis habeat cum doctrina Papiſtarum, quam cum doctrina Reformatiorum.* Unde tales, eodem faſtu ſibi arrogant, eos qui à ſuis opinionibus vel in minimo diſſentiunt, quibuſvis odioſis nominibus conſpurcare, & hæreſeos condemnare. Sed & potiorem Euangelicorum reformatiorum, Chriſti ſervorum, partem, nomine *Calvini*, commaculantes, tantis odiis & furoribus inſectari, non verentur, ut indignis quibuſvis nominibus inditis, omnibus maledictis, virulentiſſimis calumniis, rabidis invectivis, injurioſis accuſationibus, è cathedris, & prælis ſuis, velut obrutos, è medio tollere cupiant. *ubi dominantur, cœtus illorum inhibeant, diſturbent, eos regionibus ſuis proſcribant, malis eorum effuſè gaudeant*, cum Papiſtis ad exterminium eorum conjurent, & arma conjungant, ita ut *aſſumpto nomine humano, Chriſtianum amiſiſſe, & proprietatem Chriſtianiſmi exuiſſe videantur.* non in obſcuro nec in uno loco hæc committuntur: & horum, Theologi noſtri contentioſi, audacter calumniando, duces & autores ſunt. *Si quando Reſponſiones ſuis convitiis dignas reportant,* magis ſæviunt, cùm uſitatum ſit, ut, *qui quæ vult dicit, quæ non velit, audiat. Et Papam non declaraſſent Chriſtiani Antichriſtum, niſi eos tanquam Antichriſtus in Chriſti Inſtitutione perſeverantes, Hæreſeos condemnaret, atque omnia Antichriſti opera patraret.* innodantur enim tales ſententiæ ſummi Judicis: *Ne judicate, & non judicabimini: Ne condemnate, & non condemnabimini.* Præpoſteris enim ejuſmodi condemnationibus & perſecutionibus, ac miſerorum animorum exacerbationibus, non poteſt non peccari, quia Verbo Dei prohibentur, & veris Chriſtianis in uſu non fuerunt. Sæpius modus judiciorum exceditur, & in lucta utraque Pars vulneratur. injurioſam judicabit Dominus: & procul dubio per hoc bellum judicium jam à domo ſua inchoat, ſicque ea res non minima nec ultima hujus belli & malorum horum Cauſa eſt. *Norunt iſti calumniatores, cauſas tumultuum & bellorum in Reformatiores Chriſtianos conferre*, verùm, *ſicuti Phariſæi in Chriſtum, & Tyranni in Chriſtianos, Hæretici jam dudum cum Papicolis in Orthodoxos, falsò, cùm ipſi culpa non vacent.* Et niſi Magiſtratus quidam

dam

Digitized by Google

dam Politici æquiores & moderatiores, atque Theologi & Chriſtiani Reformatiores; tot calumniis impetiti, patientiores & ſapientiores eſſent, neſcimus quibus jam bellis non arderet Chriſtianus orbis? *Sed & niſi hi magis, pro grege Chriſti vigilarent, & Antichriſti technis prudentiùs ac fortiùs obviam irent, jam Papiſtæ Germaniam Sacram reſtauratam cantarent: & frequentiores rogi ſanguine piorum fumarent!* Ex *Hiſtoriis Eccleſiaſticis ſatis novimus: Veteres Chriſtianos agnoviſſe, & ſuſpirando deploraviſſe: Perſecutiones & bella cum omnibus malis ab Imperatoribus Ethnicis, aliiſque Tyrannis ſibi illata fuiſſe, quum Doctores & Epiſcopi ipſorum inciperent eſſe diſcordes, ambitioſi & contentioſi, cumque neglecta inſtitutione, ardore precum, & ſtudio boni exemplaris, ſuperbia rixis contemptu proximorum ſcaterent, alios alii condemnarent, ejectarent.* adeòque propter peccata & exorbitationes eorum bella miſeris, imo optimis quibuſque eveniſſe. Nunc quid aliud ex moribus & contentionibus iſtorum exſpectemus? Monitionem Apoſtolicam nolunt curare: *Si alii alios mordetis & exeditis, videte ne viciſſim alii ab aliis conſumamini.*

In Bohemia profectò, etſi cum unica Scriptura, una Confeſſio, & in ea Conſenſus, autoritate Ordinum, & Literis Majeſtatis, ſingulorumque jurantentis confirmatus eſſet, adeoque cum Eccleſia Chriſti unitas & concordia haberetur, *tamen quia non integerrimè obſervabatur, ſed Satanæ machinationibus, Ieſuitarum ſuggeſtionibus, & Miſnicis præſumptionibus, quidam diſſidiorum ſemina inter unitos ſpargebant, Reformatiores, veluti Balamitæ Iſraëlitas, maledictis obruebant, & odia in ipſos excitabant, ea res tandem belli imò debellationis Bohemorum atque horum omnium malorum cauſa prægnans, exſtitit.* Papiſtæ enim, maximè Jeſuitæ, frigidam ſuffundebant, & multorum animis inſtillabant: Hic Calvinianorum talium reformantium, non aliorum, nedum Lutheranorum ſibi affinium, excidium quæri, cum iſtis nullum conſenſum poſſe haberi, debere pacta abrumpi, & tutiùs eſſe Papiſtis, quam Calvinianis jungi. Cùmque jam multos diſtractos haberent, & calumniatores ejuſmodi ſtrenuè pergere viderent; aſtuti Papicolæ ad bellum diſcordibus inferendum, animoſiores redditi ſunt, quippe qui Ducem tùm Symbolo tali: *Divide, & regnabis coruſcum,* adſciverunt. Iſti vero nondum ſapuerunt, ſed vel à Conſenſu illo perjuri reſilientes, vel Miſnenſium Papiſtis jam tum obligatorum & Jeſuitarum dolis obrepentes, ſeducti ad exci-

Bohemi Theologi diſcordes non poſſunt excuſari.

excidium Chriſtianorum & emolumentum Papiſtarum omnia egerunt: *Dominos Defenſores, Ordines, & fideles Eccleſiarum Doctores, qui Ceremonias Papiſticas omittebant, & puriorem Dei cultum introducebant, iniquiſſimè cujuſdam Calvinianiſmi, quaſi hoc, non vi Verbi Dei, ſed placito cujuſdam hominis Calvini facerent, inſimulabant: de abrumpendo illo Conſenſu clandeſtina conſilia agitabant, & ſcriptiones ſupponebant, atque ita Chriſtianos in Bohemia alios ab aliis divellebant:* maximè cum conſentientibus Provinciarum Coronæ Bohemicæ incorporatarum ſuffragiis, *Fridericus Palatinus Elector Imperii, quem Papiſtæ & calumniatores Calviniani nomine omnibus exoſum reddere ſtudebant, in Regem Bohemiæ electus eſſet: tùm reprobi illi, Conſenſus & juramentorum violatores undecunque conducti ac ſubornati, animos multorum, Baronum, Nobilium & Civium pravè informarunt, quaſi Fridericus & cum ipſo Calviniſtæ quidam, Religionem Chriſtianam cum quadam Calviniani commutare, Lutheranam prorſus opprimere velint, ideòque Conſenſum illum, Fridericum Regem, & Ordinum conatum, non in precio habendum, non optimo affectu proſequendum, ſed metuendum, ab eo recedendum, & potius alium Regem Papiſticum recipiendum eſſe.* Quibus calumniis, etſi poſt Conſenſum Ordinum, ejuſque tenorem, Rex Proteſtationem expreſſam oppoſuiſſet: *ſe nullius conſcientiæ dominari, aut vim inferre cupere, ſed ex præſcripto Legum regnare velle.* Et per Jura, Statuta, ac Privilegia Regni, ſine conſiliis & aſſenſu omnium Ordinum aliud Regi non licere, in aliis etiam, levioribus, nihil Regem innovare poſſe, prouti Papiſtæ, etſi toties voluerunt, tamen ad Papiſmum omnes adigere non potuerunt, nedum ut ante oppreſſerint. *Attamen multi, ferè major pars Ordinum, à calumniatoribus illis corrupti, ſeducti, ſubſtantialia ſua, Defenſorum fidelem curam, & illum legitimè electum Regem, non magnopere dilexerunt, non tanquam Regem honorarunt, non planè totis viribus defenderunt, neque ſub eo capite ſatis fortiter atque omnibus nervis pugnarunt, ſed, conjecto onere belli in humeros ſolius Regis, & paucos è Conſiliariis ejus, ipſi remiſſius omnia egerunt, ſpectatores ejus tragædiæ eſſe voluerunt, cujus pars præcipua fuerunt.* Nam ob Lutheranorum duo templa diruta, Ordines arma defenſiva induerunt, eoque non tam Reformatiorum, quam Lutheranorum cauſam, ſuſceperunt. Nihilominùs infidi, præposterè Lutheranę Religioni metuentes, quidam, hoſti plures quàm Regi milites ſubmiſerunt, eoque hoſtes audentiores & potentiores ad debellandam patriam, & cauſam bonam, maximo ſuo malo fecerunt;

Lutheranorũ res in ſpecie cauſa defenſivi belli.

ceerunt;

cerunt; Hoc enim pacto, quicquid ſibi promiſerint Papicolæ, perinde atque alii fideles cum Rege ſuo, hi cum iſtis calumniatoribus, ſive Parochis ſuis, ſive aliunde obreptitiis, victi, ſuis armis cæſi, & omnibus bonis privati ſunt: & aliis ſimiliter diſcordibus, in ſchiſmata ruentibus, odia populi in Fratres acuentibus, ut eos Papiſtæ Ligati, unanimiter bellis petant, invadant, & omnibus malis afficiant, cauſa non minima exiſtunt. *Serò tandem Phryges ſapiunt*, & per Hoëos ad Lichtenſteinios ſcribunt, ne Lutheranos ſuos perinde atque alios affligant, in exilia ejiciant, hoc non reſpondere promiſſis, & facere Calvinianos verè Prophetas, qui quæ ipſi patiuntur, eadem Lutheranis prædicant. Sed ne tantillum quidem obtinent. *Eho ò Hoë! quàm veri fuerint illi, Prophetæ! quàm vos turpiter decepti! Si non exempla remotiorum, in Belgio, fidem facere potuerunt, ubi quidam Lutherani cum Papiſtis conſpirantes Reformatos urbe ejecerunt, & poſtmodùm ipſimet debiliores à Papicolis Hiſpanis crudeliùs tractati ſunt, ſaltem hæc vicina, & mox domeſtica moveant.* Antwerpia. Maximè, cùm in Imperio, idem quæratur, & fiat: Papiſtæ diſſidia Euangelicorum, tanquam fortunam ſuam aucupantur, ubi dormitur, zizania ſerunt, frigidam ſuffundunt, calumniatores autem ſtrenuè agunt, Euangelicos unum eſſe non ſinunt, nec pati poſſunt: animos Proteſtantium diſtrahunt, *Vnioni contra Ligam accedere nolunt*, imò unionem ſuam in gratiam Ligiſtarum quidam viciſſim diſſolvunt: Falſis Papiſtarum promiſſis faſcinati, fideles Proceres, Sympatriotas in iiſque communem cauſam Religionis, & Libertates Patriæ deſerunt: periclitantia imò oppreſſa Chriſti membra & conſortes ocioſè ſpectant, à fraternitate Reformatiorum, ut Papiſtis magis placeant, minuſque ab illis patiantur, diſſiliunt: *Hoſtes verò his animati, exultabundi variis prætextibus ſuis, modò hanc modò illam civitatem, ditionem, provinciam, adoriuntur, nullo habito diſcrimine, Lutherani tales an Reformatiores ibi fuerint, deſertos ac diſcordes faciliùs frangunt, ac debellatos iterum ſub jugum Antichriſti mittunt, ſuis partibus adjunctos ſuæ poteſtatis faciunt, ex iis indies validiores exercitus acquirunt, & reſiduis magis formidabiles imminent*: imò ſucceſſibus elati omnes ad unum Chriſtianos exſtirpare nituntur, eoque bella continuant, ſibi dulcia bonis amara reddunt, *ac nulla re magis quam diſcordiâ illâ Euangelicorum creſcunt, cujus certè diſcordiæ & creſcentis hoſtium potentiæ, non reformati qui pacem, conciliationem, ac conjunctionem veluti ſyncretiſmum jugiter quærunt, ſuadent,*

dent, orant; ſed qui ſuperbè detrectant, cauſa ſunt. Deus etiam, ut olim deletione Antichriſti potentis, nomen ſuum glorificet, calumnias & deliria horum in capita autorum reducat, bellorum incentores igne bellorum comburat, pientiores Chriſtianos probatiores efficiat, ea diutiùs permittit & adducit. *Atque hoc quoque hujus belli & malorum horum cauſam eſſe quis negarit?* cùm è contrario, ſi omnes in Bohemia, ſicuti unum erant in Confeſſione, ita retuſis iſtis, unum manſiſſent in Defenſione, Papiſtæ eos vix aggredi fuiſſent auſi, & ſi maximè aggrederentur, ii non tam facile frangi, debellarique potuiſſent, nec bellum in vicinos converſum eſſet. Ita pariter in Imperio, ſicuti omnes Proteſtantes unum ſunt in Chriſto, ſi ejectis contentionibus & calumniatoribus, unum ſic maneant in reprimendo Antichriſto, non tantopere vexarentur, nec alii poſt alios, uti Francia Orientalis, Auſtria, Stiria, Carinthia, Donaverda, & jam complures, Papæ manciparentur, aut debellarentur, ſed omnino, quemadmodum Papiſtæ ſemel Ligati ſtant, ita Euangelici uniti ſtarent, vota, conſilia, actus, fortiter & tempeſtivè conferrent, conatus Antichriſti retunderent, eum ab invaſionibus deterrerent, aut victos ad pacem cogerent, adeoque bellum penitus profligarent, ne ad vicinos omnes pervagetur, quod jam aliquoties poſt prælium commiſſum, & hoſtem campo depulſum, fieri potuit, ne quondam ſerò illud fatuorum alias repetere cogerentur:

Hem! quo diſcordia cives
Perduxit miſeros!

Verum quia contra imprudenter diſcordes agunt, bellorum & malorum ſuæque fortunæ ipſimet fabri ſunt.

Videmus jam *in Edictis Imperatorum, in Literis Regum*, oſcula pedum Papæ deferentium, *Cauſam diſſidiorum & bellorum conferri in eos*, qui à Papa & illius ſtatutis, contrà vel præter Dei Verbum obtruſis, ejus ſuperbiæ vel avaritiæ ſervientibus, recedunt ac diſſident, ut non alii quàm uni Chriſto, atque illius inſtitutioni, ac exemplo adhæreant. *Caraſa* Legatus Papæ, *omnem horum culpam in Lutheranos apertè conjicit.* Verùm hæc omnia falſa hypotheſi & principio, ac fundamento controverſo, nituntur. quia *non à Papa, ſed à Chriſto diſcedere, diſſidia & mala graviſſima parit. Et hìc non qui à ſervitute Papæ diſcedunt, culpandi ſunt, ſed ii qui ab uno Deo & Servatore noſtro Ieſu Chriſto,*

Non à Papa ſed à Chriſto diſſidere, cauſa malorum eſt.

Chriſto, ab unico ejus Verbo puro & ſimplicitate, quæ eſt in ipſo, recedunt, non *toti ipſius Legi, cum analogia fidei inſiſtunt*, ſed *ſolummodò quædam Scripturæ verba* ſibi obſervanda ſtatuunt, vel quædam extra analogiam fidei arripiunt, indeque novas erroneas opiniones, & novas breviores vitæ Regulas, aut Religioſi cultus Ceremonias ſibi comminiſcuntur, aut aliis præſcribere audent: neque cum doctrina & vita Chriſti & Apoſtolorum ejus, atque Primitivæ Eccleſiæ, concordant; ſed ab his alieni, vel his contrarii deprehenduntur, ne totam doctrinam Chriſti obſervare curent, una quadam phraſi aut ſententiâ ac regulâ, omnia ſe præſtare, atque aliis omnibus anteferri poſſe, mordicus tenent. Quales à principio fuerunt Hæretici, Ebion, Cerinthus, Utricularii, Arius, Macedonius, Neſtorius, Eutyches, Monotheletæ, & alii multi, quos Chriſtiani Doctores & Magiſtratus uni Chriſto & doctrinæ ejus integræ ac ſufficienti adhærentes, coarguerunt, repreſſerunt, & reliquiis ipſorum in ſpem reſipiſcentiæ parcentes in communi, populum ad unum Chriſtum, & unam ejus Eccleſiam reduxerunt, ac revocarunt, *donec cum Mahumede Papa oriretur, qui inſtar Numæ Pompilii, Diabolico faſtu præſumpſerunt, novas Religiones, novas Ceremonias, novas Leges & Traditiones, Alcorana, Legenda, ritus, Ordines, Extravagantes, & innumeras etiam blaſphemas fabulas præſcribere, totumque Chriſtianiſmum corrumpere*: & quidem variis prætextibus, quaſi illi ſupra omnes Eccleſiarum Doctores à Deo veniant, quaſi Novi & Veteris Teſtamenti ſoli Domini & Interpretes ſint, *qui melius Religionem & Fidem tradere, exornare, quam in utroque Teſtamento tradita vel adornata ſit, poſſint. Quaſi omnes jam non tam Verbo Dei, quam ipſorum Traditionibus & Libris addicti eſſe debeant: qui variis impoſturis & Monachorum aſſiſtentiis, in dies potentiores Patronos, Tyrannos jamque Cæſares, ille Orientales, hic Occidentales, adepti ſunt, & Reliquias Hæreticorum animarunt, conſervarunt, quorum multitudine & potentia freti ac muniti, hactenus Eccleſiarum Chriſtianarum in Oriente & Occidente peſtes incorrigibiles & bellorum faces permanſerunt.* uti de Mahumete ne ipſi quidem Papiſtæ ambigere poſſunt. Papam verò quomodocunque tueantur aut excuſent, tamen ille *titulo* VNIVERSALIS *elatus*, toto Dei Verbo, & exemplo Chriſti, & Apoſtolorum, ac Primitivæ Eccleſiæ ſimplicitate, pietate, humilitate non contentus, ſed omnia ſancta ſpernens, *multa præter & contra Verbum Dei in Eccleſiam invexit,*

Digitized by Google

& non tam Doctrinam & Inſtitutionem Chriſti, quam ſuas traditiones urget, jamque ſuâ elatione & oppoſitione, falſa Scripturarum expoſitione, oppreſſione, erroribus, idololatriâ, ceremoniis, avaritiâ, Sodomiâ, traditionibus, & impiis actionibus, totus ab illo Chriſto diverſus & ei contrarius, veris Chriſtianis immenſo offendiculo factus, cum eos hæc talia reprehendentes, iniquiſſimè Hęreſeos condemnat, & crudeliſſimè perſequitur, iis omnino cauſam dedit, ut ipſum pro Antichriſto agnoſcant, & neceſſario ab ipſo diſſentiant: adeoque prælustres Aulæ & Cancellariæ, *non his, qui Inſtitutionem Chriſti, cum toto ejus verbo ſervant, ſed illi*, qui abjecto hoc, omnia in contrarium pro libitu agit, & ipſis Magiſtratibus ſeſe præponit, *diſsidiorum & bellorum cauſas imputare debent.* Sic omnes juſti Judices agnoſcent, in cauſa eos eſſe, qui Papæ placita, contra Chriſtum, & Scripturam, ſtylo & armis aſſertum eunt.

Quod judicium ut ſolidius agnoſcatur, & Magiſtratus arbitrio non fallatur, tenendum diligenter, *Sicuti Deus non eſt niſi unus, & veritas ejus non niſi una, ita Religio & Fides non poteſt eſſe niſi una, & illa profecto, non quam homo, vel Dæmon, vel Angelus aliquis excogitarit, ſed quam Deus Verbo ſuo, & Chriſtus Inſtitutione ſanxit.* Hanc unam qui ſummo ſtudio puram cuſtodiunt, veri Chriſtiani ſunt; qui eam ſpernunt, vel quaſi non ſatis benè inſtitutam ſuis inventionibus exornare volunt, eoque ei addere vel demere quid audent, vel ab ea diverſi, vel ei contrarii aliquid ſtatuere præſumunt; *illi, qualescunque eſſe videantur, veri Chriſtiani non ſunt, nec jam religionem exercent; ſed corruptores & hoſtes Religionis idola cerebri ſui, vanas hominum phantaſias, & Diaboli placita colunt.* Sicut Ethnici vel Judæi quondam immemores unius Dei, & Legis ejus, *novos quiſque ſibi Deos, effinxere, colentes animi ludicra ſomnia, imo planè dæmonia:* & ſicut ibi quicquid præter unum Deum & Religionem ab eo inſtitutam excogitarunt, non erat Deus verus nec Religio, ſed Idolum, & Idololatria, Pſeudodii & Diabolorum cultus: ſic omninò hodie, *Quicquid à quocunque præter unum Deum, præter & contra ejus Verbum atque Inſtitutionem Chriſti excogitatum, & quibuscunque ceremoniis cultum fuerit, non Religio, ſed Idololatria & Diabolorum cultus eſt*, & ex eo diſſidia exoriuntur. Dum igitur, ſive Papa, ſive alii Doctores vel Epiſcopi, atque homines, præter & contra Verbum Dei atque Inſtitutionem Chriſti, aliquid excogitare, vel inſtituere audent, & illas inſtitutiones

Non Euangelici, ſed Papiſtæ bellorũ cauſa ſunt.

aut

aut conſuetudines ſuas, vocant Religiones, *mendacium loquuntur, & non minus peccant ac blaſphemi ſunt, quam qui Dii eſſe affectant, aut Dei & Chriſti Thronum invadunt, cujus ſolius inſtitutio eſt verè Religio: Dumque ab ea recedentes, alios à puro Dei Verbo & ſimplici Inſtitutione Chriſti poſt ſe abſtrahunt, & non tam Chriſti, quam ſuos ſectatores ac diſcipulos eſſe volunt, tùm maximè diſſidiorum & bellorum ac malorum omnium cauſa ſunt.* Nam Deus hoc ipſum bellis & omnibus malis ſemper punivit. *Nec enim digni ſunt ſacci vermium, ut eorum doctrina vel inſtitutiones vocentur Religiones, aut filii Dei ab ipſorum cognominibus aut placitis denominentur.* Si hoc ambiunt vel non prohibent, quoad ejus poſſunt, malorum rei ſunt. Sic Papa ſplendidè quidem ſuam totam diſpoſitionem vocat, *Catholicam Religionem ſolam ſalvificam*, verùm quia Scripturis & Juſtitia ac Inſtitutione Chriſti, atque ratione primitivæ Eccleſiæ non contentus eſt, nec ea verè tenet, quæ omnes electi Chriſtiani, ſemper, ubique, conſtanter, uno conſenſu tenuerunt, ad ſalutemque neceſſaria crediderunt, *quæ ſola verè Catholica ſunt*: ſed ea omnia violat, Scripturas tantùm ad libitum ſuum interpretatur, illis plurima addit, juſtitiam operum ſupra Juſtitiam Chriſti ſtatuit, totamque ſimplicitatem Eccleſiæ Chriſti meretricio nitore obſcurat, imò Catholica illa primitiva, & ipſam manifeſtam Inſtitutionem Chriſti damnat, Hæreſin appellat; & multa, Ethnica, Judaica, Idololatrica, Hæretica, & ſui cerebri figmenta, ſuperbiæ luxui ſervientia, quæ olim verè Catholicis in uſu non erant, introducit, *eo profecto ipſius diſpoſitio & œconomia nec Catholica eſt, nec Religio dici meretur, nedum ut ſola illa, contempta Inſtitutione Chriſti, ſalvifica ſit.* Apage blaſphemias. Chriſtiani Euangelici Theodidacti ab eo diſſident & diſcedunt, non quatenus aliquid Catholici adhuc retineret, ſed quatenus Catholica temnit, & ea quæ non ſunt Catholica, nec ad ſalutem neceſſaria inducit: ſic non ab Eccleſia Catholica, ſed ab homine peccati, ab erroribus, idololatriis & malis actionibus Papæ, ſecedunt: & hoc pacto non diſſidiorum & bellorum culpam incurrunt, ſed unitati Eccleſiæ veræ aſſiſtunt, à mali ſpecie cavent, depravationi Religionis & abominationibus pluſquam Babylonicis, non communicant, ne quondam de plagis ejus accipiant. Eccleſia vera Catholica, ab initio mundi, *& per annos à nativitate Chriſti magis quam ſexcentos, talem univerſalem non habuit Papam, aut Caput præter Chriſtum*: nec Gregorius Magnus, nec alii verè fideles unquam ta-

lem Univerſalem ferendum in Religione Catholica cenſuerunt, ſed Antichriſtum agnoverunt: Quis nunc eum cum factione ſua faciet Eccleſiam Catholicam? Quis vel Imperator eum faciet Eccleſiæ Catholicæ caput? *Cùm Deus Chriſtum conſtituerit ac dederit ſuper omnia Caput Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius & complementum ejus qui omnia implet in omnibus?* Ephe. 1. verſ. 22. 23. Non Politici alicujus vel Imperatoris erat tale ſuppoſititium caput Eccleſiæ Catholicę contra Dei Verbum imponere aut fovere, nec Phocas, nec alii hoc impune tulere. Nec Eccleſia univerſalis unquam potuit aut debuit recipere: *Nec unitas aut vera pax univerſalis Catholicæ Eccleſiæ conſiſtit in aliquo Papa, ſed in uno Chriſto.* Nec Magiſtratus vel Imperatores tenentur, omnes ad alicujus Papæ vel Epiſcopi obedientiam cogere, ſed ad Legem Dei & Inſtitutionem Chriſti manu ducere. Dum contra faciunt, ſi quos dicto minus audientes reperiant, non illico tales *rebelles* ſunt: *nec bona conſcientia eos ceu rebelles condemnare poſſunt: nec juſta eſt cauſa tales bello premere, excidio tradere*: dum porrò fit: *non illi fideles bellorum cauſa ſunt: ſed qui eo nomine bella inferunt.* Nam ſi Romanus Epiſcopus maneret in terminis illis in quibus Apoſtoli & eorum ſucceſſores primitivi, *ubi quod erat Petrus, utique erant cateri Apoſtoli, & ſub uno Capite, ſub uno Patre, ſub uno Duce ac Domino Ieſu Chriſto, omnes alii manſerant Fratres, non uti dominantes Cleris, ſed uti exemplaria gregis, omnes viciſſim in timore Dei ſubjecti, ſubmiſſione animi ornati:* Et ſi prę̨ter Scripturam & Inſtitutionem Chriſti nihil in Eccleſiam inveheret, ſed ſincerè puram religionem retineret, omnino cum omnibus Chriſtianis veris pacem haberet. Verùm cùm contra agat, ſupra omnia ſeſe efferat, omnibus ſeſe opponat, & omnes ſuæ poteſtatis facere, aut internecione delere vult, hęreſeos condemnat, urit, aggreditur, exſtirpat, *utique cauſa dux & autor bellorum exiſtit,* monitus, nulli paret, non ut Frater, ſed ut Antichriſtus à ſapientibus ac Theodidactis cenſetur. Et Magiſtratuum aulæ tales, atque communitates, quæ talem adorant, promovent, abjecto Chriſti jugo, ejus jugum cervicibus omnium imponere, aut minus obedientes exſcindere volunt, nec innocentiam & fidem eorum reſpiciunt, *ipſiſſima bellorum & malorum horum cauſa ſunt.* Utinam verò Politici, quemadmodùm in aliis rebus moderati & zelotę prudentiores plerunque exiſtunt, ita quoque hic maneant: qui cum Salomone norint ſibi inprimis ſapientiâ & rerum omnium, maximè Divinarum

Aulæ viderint, ne ipſæ bellorum cauſa ſint.

Legum

Legum præ cæteris uberiori cognitione opus eſſe: ut ipſimet populos in æquitate judicare, & veritatem Religionis intelligere, falſitatem ſubolfacere queant, non ab Epiſcopo vel Doctore aliquo aut hominum relationibus, pendeant. ideoque ipſimet, veluti Moſes ſupra Aaronem, David, Ezechias, Joſias, *Conſtantinus Magnus ſupra Epiſcoporum placita & contentiones ex Lege Dei agant!* Chriſtiani eos tanquam Magiſtratus honorarent, & cum Scriptura judices ſuarum controverſiarum ſive moderatores conſeſſuum admitterent; Verùm, *dùm neglecto Legis Divinæ ſtudio, vanitatibus mundi & luxui dediti ſunt, uni Epiſcopo, aut alicui Doctori, aut parti citra veritatis lucem, aſtipulantur, alteram partem non auditam, cauſam non ſatis cognitam, eoque forſan veritatem ipſam, damnant*, jam ſuam reputationem ipſi amittunt, pars tantum altera vel partis membra fiunt, & amplius rerum tantarum judices eſſe nequeunt: ideoque ipſorum edicta & decreta, quicquid velint, illegitima & inania ſunt: *Dumque ipſi ne culpam agnoſcant, bella ſua adverſæ parti inferunt, illicò in cauſa propria actores, Iudices & executores, contra jura gentium deprehenduntur, quod aliis improperant, ejus ipſi rei, & bellorum ac malorum omnium cauſa ſunt:* adeoque hinc nihil emolumenti, prȩter quàm quòd turpiter ſeducuntur, innocentibus injuriantur, & vindictæ divinæ obnoxii redduntur, accipiunt. Si veri & juſti Judices eſſent, non eos qui ſua placita vel humanas traditiones omnibus obtrudunt, ſeque omnibus prȩferunt, ſed qui Legem Dei & Inſtitutionem Chriſti manifeſtè ſervant, abſolverent, & defenderent. *Fruſtra bonum malum, & malum bonum vocant, lucem tenebras, & tenebras lucem eſſe ſcribunt, atque eos hæreſeos poſtulant, in quibus hæreſis legitimè non invenitur, illoſque Catholicos appellant, qui ea, quæ non à Chriſto, non ab Apoſtolis, non ab Eccleſia verè primitiva Catholica veniunt, Eccleſiæ moderna inſerunt.* Nam in æternum non probabitur, nec armis obtinebitur, talia omnia, & *quæ non ſemper non ab omnibus, non ubique conſtanter obſervabantur, quæque ad ſalutem neceſſaria non ſunt, eſſe Catholica*: nedum ut ſocietas quædam res verè Catholicas ſuſque deque habens, & rebus novis elata, Catholica Eccleſia ſit. Tamen ſic volunt, ſic mandant. O deploranda ſecula! quibus talia ſcripta & mandata ſub nomine Magiſtratus Chriſtiani prodeunt! Sed eſt qui dicat: *Væ decernentibus decreta iniqua, & ſcribentibus moleſtiam miſeris.* Iſa. 10. v. 1. Chriſtianis veris quid ſperandũ ab iis qui non ſolum talia ſcribunt, ſed etiam bellis, igne, ferro, contra veritatẽ aſtruunt?

En

En quo manſuetudo Religioſorum, ſanctiſſimi Patris, & inſtitutio Jeſuitarum perduxit indignùm ſuos Patronos & Beneficos! Sequemur regulam Chriſti Matth. 15. verſ. 14. *Omittite illos: duces ſunt cæci cæcorum, ambo in foveam cadent.* O reſipiſcant!

Hæreſes jaceant. Veterum Hæreſeôn Interpollatores NeoAriani, Sociniani, Macedoniani, Antitrinitarii, Pelagiani quibuſcunque nominibus veniant, etſi à Papa in quibuſdam diſſentiant, tamen *quia Myſterium Trinitatis, & Chriſti naturas, ac negotium redemptionis abnegant*, nomine Chriſtiano indigni ſunt, & omnes Hypocritæ recentes phantaſtici, qui ſe aliis omnibus Chriſtianis doctiores, & ſanctiores eſſe, jactant, adeò ut ſciſſa unitate Eccleſiæ, ſub uno Capite Chriſto militantis, alias ſibi Unitates, Sectas, Regulas, & Religiones comminiſcantur, meritam cenſuram ferant, atque extra unitatem Eccleſiæ jaceant. Illorum certè non poſſumus non mirari & deplorare

In Euangelicis nonnihil deſideratur. affectus, qui cùm à Papatu pleniùs abhorreant, & Euangelio Chriſti ac ſimplicitati primitivæ Eccleſiæ puriùs adhæreant, tamen inter ſe concordiam & charitatem veram ſervare non poſſunt, imò nolunt. Velint: *Noli me tangere; at omnino quæ tangenda & taxanda ſunt, non nulli eorum committunt.* Quæ obſecro, impietas & ingratitudo erga Deum & Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum eſt, dum qui doctrinam vel Euangelium Chriſti profitentur, ſpreto nomine Chriſti, quo nihil auguſtius vel excellentius, non ab eo Chriſtiani nominari volunt, ſed à ſuis Doctoribus, meris hominibus, denominantur, eoſque hac ratione Chriſto præponunt? & tamen ſubrepunt, qui potiùs Lutherani à Luthero contra ipſiuſmet cenſuram qua eos fatuos vocat, quam Chriſtiani à Chriſto dici geſtiunt: & Religionem quandam Lutheranam magis fingunt & crepant, quam Chriſtiana contenti eſſe volunt, quia forſan plus ex affectibus & opinionibus Lutheri, quam ex virtutibus, & mente & Spiritu Chriſti, habent. Sed *& Confeſſionem illam Auguſtanam, Proteſtantium communem, jam Lutheranam* appellare audent, cùm talis ſchiſmatica eſſet, nec à Magiſtratu bona conſcientia confirmari poſſet. Sicuti in Bohemia, ſi Confeſſio & Religio Bohemorum, quędam nova Huſſitica eſſet, nec vetuſtiſſima Chriſtiana exiſteret, indigni fuiſſent Bohemi, quibus illa Literis Majeſtatis confirmaretur, neque hoc bona conſcientia Imperatores potuiſſent. Sed *cum Chriſtiana vera antiquiſſima, licet in Bohemia exhibita, ſit, ſalva ſunt omnia*: Magiſtratus

eam

Digitized by Google

eam bona conſcientia confirmavit. Idem in Germania & aliis Regnis, valet. Qui autem, quod commune eſt Proteſtantium, illud Lutheranum vocare, potiorem Fratrum partem ab eo excludere, adeòque pace ſpoliare, nituntur, ipſimet ſibi excluſionem pariunt, & grave judicium veteris Eccleſiæ incurrunt, quo *nomen Chriſti exuere cenſentur, qui nomina humana induunt: & qui non à Chriſto, ſed à quoquo alio, Valentiniani, &c. denominantur, eos ſciendum decernitur, non Eccleſiam Chriſti, ſed Synagogam Satanæ vel Antichriſti eſſe.* Neque hoc judicium, ſicuti & Pauli Apoſtoli, atque ipſius Lutheri, vanis exceptionibus, *& Phariſæorum ac Saducæorum exemplis, pudendis*, elidi poteſt. *Quæ etiam, iniquitas, injuria, & ſuperba Tyrannis in Fratres, & humiles ac veros Chriſti Diſcipulos eſt!* ſi quis eos præter ipſorum aſſenſum, *Hæreticos, Calvinianos vel Lutheranos vocet?* ac multorum quorum revera non ſunt rei, accuſet? quaſi illi non Chriſtianæ Religionis, ſed Hæreſeos alicujus aſſeclæ ſint? quaſi non ea quæ ſunt Chriſti, ſed quæ alicujus hominis, Calvini, Lutheri, Zwinglii, vel cujuſcunque pro Religione habeant, qui tamen uni Chriſto adhærent, in unico illo ſalutem, quærunt, & doctrina ac jugo ipſius reguntur; homines nullos, nec Doctores ſuos huic præferunt, neque tanti faciunt, ut ab ipſis denominari velint. Et tamen quam multis hæc injuria non à Papicolis tantum, ſed & ab Euangelicis illis etiam infertur!

Sanè ſi hoſtes Euangelii, ſic præter aſſenſum & voluntatem noſtram, nos hæreticos vocent, aut quibuſcunque nominibus mundo exoſos reddere non ceſſent, hæc non noſtra, ſed ipſorum culpa & pœna fuerit: patienter nos oportet ferre. Verùm cùm Euangelici Fratres, idem faciunt, utrique falſum teſtimonium contra proximum loquuntur, *& ſibi ipſis theſaurum, iram in diem iræ & revelationis juſti judicii Dei recondunt.* Quod eo turpius eſt, & acriùs vindicandum, quòd minùs reformati, reformatiores, adeoque miſeri, ſe meliores ita calumniantur, & condemnant. Et quicquid agant, aut quomodocunque ſeipſos commendent, tamen adhuc ſub Judice lis eſt: ubi, *non qui ſeipſum commendat, is probandus eſt; ſed is, quem Dominus commendat.* 2. Cor. 10. verſ. 18. Illi autem qui voluntariè ac ſponte nomina præter Chriſtianorum uſurpant, iiſque gaudent, omnino Chriſto ingrati, ſchiſmatum & bellorum cauſæ ſunt. Phariſæi & Ariani, nomina ſibi optima arrogare, Chriſto & Diſcipulis ipſius veris Orthodoxis ſubtrahere, odioſa

Samaritani vel Homouſianorum affricare, perverſi, non veriti ſunt, donec à Chriſto & Diſcipulis ejus, viciſſim larvæ illis detraherentur, & illi vivis coloribus depicti, nominibus, quibus digni erant, inſignirentur, ac judicio Dei & Eccleſiæ, redarguerentur, atque omnibus bonis exoſi redderentur! hi non mirentur, ſi quando pœnâ talionis corripiantur, ac pro meritis etiam, cenſeantur. Nam *vix Diabolus accuſator Fratrum noſtrorum, qui accuſat eos in conſpectu Dei noſtri die ac nocte, pluribus audet agere, pioſque conſpuere, quàm iſti Semipapiſtæ & Lutheri nomine tecti, zelotæ, in puriores & reformatiores Chriſtianos agunt:* quos impiè, iniquè & tyrannice Calvinianos, Zwinglianos, Judæis, Turcis, imò omnibus Pſeudoprophetis, Hæreſiarchis, pejores vocant, eoſque deterrimorum errorum & peſſimarum doctrinarum accuſant. Si quid in ſcriptionibus alicujus hominis à ſe diſſentientis inveniant, aut minùs probatum legant, id per putidas calumnias & abſurdiſſimas conſequentias, in univerſum omnibus adſcribunt; quod viris gravibus, maximè Theologis, planè indignum, eo ita furunt, ut eorum ora, cathedræ, libri, & cætus iſtis calumniis ac falſis accuſationibus jam deterius, quam putria cadavera vermibus ac mortifero fœtore, ſcateant: *auditores hoc veneno infecti, loco charitatis, peſſimo odio, in fratres, in cives, in vicinos, in amicos, in bonos viros, iniquiſſimè ferantur & accendantur. ita ut niſi Divino terrore, ac legibus & diſciplina politica Magiſtratuum contineantur, jam in cædes proximorum, ſicuti veri hæretici Eutychiani, & alii, in orthodoxos, ruerent.* Hæc nimirum eſt Chriſtiana Euangelica affectio. Negant apertè Reformati, & iis nominibus immerito in odium adducti, reſpondent ſolidiùs, confutant omnia, dictis, ſcriptis, concionibus, diſputationibus, & ipſa converſatione ac factis oſtendunt ſuam innocentiam, ſententiam, veritatem, accuſatorum fallacias, calumnias, iniquitatem, quæ à veris Chriſtianis longè abeſſe debeant; ſed Senatus juſtus ad dijudicandum non poteſt impetrari vel exorari. Proteſtantes à Carolo Quinto Synodum Eccleſiaſticam legitimam, liberam vel generalem requiſiverunt: illa ſi Chriſtianitati data fuiſſet, longè in meliori ſtatu nunc res Chriſtiana cerneretur, Euangelium latiùs propagaretur, Papiſmus ipſe corrigeretur. Sed quia legitima non erat inſtituta, ſolummodo Tridentina, Papæ placitis impiè celebrata, ſequuntur ea, quæ ex Conciliis olim partium Phariſæorum, Arianorum, Eutychianorum, Hæ-

Invectivæ Theologorum iniquæ.

Digitized by Google

Hæreticorum promanarunt, nimirum quæ Nazianzenus breviter annotavit: *Omne Concilium parit bellum.* Nihilominus in Eccleſia priſca ad annum uſque 680, legitima Concilia, Hæreſes & controverſias compoſuerunt, ac compeſcuerunt. *Tale nunc Concilium vel Synodum legitimam Reformati vel à tota Chriſtianitate, vel è ſolis Euangelicis, in Europa, poſcunt, urgent, tali ſuam cauſam cognoſcendam offerunt, tali cum Scriptura ſuas partes ſubmittunt, ab aliis idem orant.* Sed iſti accuſatores ſemper detrectant, contemnunt, irrident, quaſi æſtro malæ conſcientiæ perciti, & certo malæ cauſæ indicio proditi, contra ſcribunt, calumniis pergunt, *ac ſi nihil uſquam tempeſtivum eſſe queat, niſi ipſorum accuſationes, & calumniæ, coram iis, qui non ſunt legitimi Iudices.* Cuperent ſine legitima rerum cognitione, omnes ſuis partibus adhærere, Reformatorum ſententiam non audiri, ſed odio, bellis opprimi, ex Imperio Chriſtiano ejici, ita ut niſi leges ac jura gentium, juſtitiæ patrocinarentur, Politici moderatiores & Reformati patientiores eſſent, hi calumniatores & accuſatores, infinita bella, ſeditiones & turbas, in populis excitarent, uti Dreſdæ, Lipſiæ, Anno 1591, & aliâs alibi exempla dedêre: eoque pacto attritis vel oppreſſis Reformatis, jungendo ſe Papiſtis, jam prorſus Euangelium & ſemetipſos perderent, Papiſmo locum cederent, uti Antuerpiæ quondam, & hoc fervente bello Pragæ, & in multis locis à fatuis factum, ſerò deploratur. Utinam verò Deus in occurſum excitet animos Proteſtantium Magiſtratuum, ut rei tantæ curam gerant, & contentioſis ejuſmodi Senatum idoneum & legitimum, è medio ſui, & omnium Eccleſiarum Euangelicarum, virorumque doctiſſimorum & pacificorum, conſtituant, à quo Senatu, autoritate ac tenore Sacræ Scripturæ, controverſiæ ac cauſæ utrorumque expendantur, cognoſcantur, & juxta analogiam fidei examinatæ, tandem decidantur, & omnia dijudicata tempeſtivè ad pacem Eccleſiæ diſponantur, omneſque contentioſi huc adigantur. In ejuſmodi Senatu, ac Synodo Chriſtiana, omnia ab utraque parte producerentur, & judicibus ſubmitterentur: hic mirabilia viderentur: *hic ex collatione rerum, & ex ea occupatione plus animi, voluptatis, millies caperetur, quam ex vanitatibus, venationibus, Muſicis, ludis, conviviis, aut aliis ſpectaculis, quibus Domini Beneſici ut plurimum delectantur.* Hîc animi zelotarum, qui domi in privatis muſæolis ſcribere quidvis audent, & in ſuggeſtibus publicè, ubi nemo reſpondet, aut ſaltem

Digitized by Google

tem coram iis, qui ſuarum ſunt partium, effutire nihil verentur, hic inquam coram Magiſtratu & oppoſitæ partis excellentia, adeoque coram judicibus ęquis, coram venerando Senatu, & gravitate Chriſtiana, facile miteſcerent, & de fervore contentionis vel furore condemnationis, multum remitterent, ſicuti in conſpectu olim Philippi Landgravii, & nuper in conventu Lypſiaco, apparuit: Quæ nunc putantur verè dici, aut ſancta eſſe, ibi comperirentur aliter habere, & per calumniam fieri: qui odio habentur, ibi charitati reſtituerentur, ſenſimque in amicitiam coaleſcerent, qui aliâs ſtatum controverſiæ de quavis re, aut partis accuſatæ argumenta, aut ea de quibus agitur, myſteria, vix ſatis intelligunt. *Si qui furere auſi fuerint, jam ſpiritus Hæreticorum ab Eccleſia & Chriſtiana ſanctitate alienus deprehenderetur: aperta & analogiæ fidei atque charitati convenientes reſponſiones, valerent: cætera paci, & tranquillitati publicæ concederentur: occulta cordium Deo committerentur.* Nam hoc quoque Tyrannidis in Calvinianos calumniatores exercent, qui quandiu puriores Chriſtianos, vocant Calvinianos, tamdiu, non alio quam calumniatorum nomine digni ſunt, ut etiamſi confeſſiones & ſententias eorum, audiant, & condemnare amplius non poſſint, tamen eo ſuffugii reſiliunt: *illos benè loqui vel ſcribere, ſed aliud in corde ſovere. Cùm conſcientiarum judicium Deo ſit relinquendum, &, De occultis, non judicet Eccleſia.* temerarii & Tyranni ſunt, qui corda ſcrutari, ac conſcientiæ vim inferre audent: retorſioni obnoxii manent: *quis ſcit, quid tales ipſi in corde foveant, aut gerant!* Scrutari Scripturas, colloqui de rebus Theologicis, bonum eſt; diſputare, & contentioſius agere, non Eccleſiis, ſed Scholis & Academiis in uſu eſt, quibus tamen ipſis à Præfectis meta præfigitur, & pax ſervatur. Quod ſi quid in exceſſum veniat, illud convenientiùs coram pluribus, doctioribus, Senioribus, autoritate præditis, omninò coram Synodis, quam in particularibus Scholis vel cætibus componitur, quia hoc in timore Domini certis legibus ac regulis gravibus & juſtis rationibus fieri neceſſe eſt, alibi verò per temeritatem aut infirmitatem hominum, non tàm ſeriò aut ſanctè, quàm in Synodis, coram iis, qui Eccleſiam & beneficos ejus repræſentant, fieri poſſe, in confeſſo eſt. *In Republica benè morata*, ſi quid diſſenſionis inter cives oriatur, qui modeſtiùs agunt, prudentiores habentur, & favore ac protectione foventur; qui vehementiùs contendunt, & proximos convitiis proſcindunt.

Digitized by Google

dunt, reprehenſionem incurrunt; qui accuſant & criminantur, probare omnia clariſſimè & evidentiſſimè tenentur; ſi non poſſunt, jacturam exiſtimationis & honeſtatis fecerunt: ſi hoc in propatulo fit, & alios alii ita perſequuntur, ut tumultus aut turbæ ſint metuendæ, tùm Senatus habetur, & rerum tantarum curam gerit, imo tale negotium ad Senatum legitimè defertur. Ibi non tantum accuſatores audiuntur, tanquam una pars, ſed etiam illi qui accuſantur, tanquam pars altera. Expenditur & cognoſcitur cauſa, ponderantur utriuſque partis argumenta, obſervantur & indagantur geſta, diſquiritur rei controverſæ ſtatus, & honeſtè ac tranquillè acta vita. Si actor deficiat in probatione, & rei negando ſibi objecta, ſe bonos eſſe oſtendant, ac juſtitiæ & protectionis adminiſtrationem petant, adeoque innocentia partis eluceat, tùm omnino innocentium ratio habetur; accuſatores, calumniatores, quod proximis intentaverunt, ipſimet ſubire coguntur; inſontes & modeſtiores proteguntur, atque ita pax & ſalus Reipublicæ conſervatur, rixis, & bellis inteſtinis anſa præciditur. *Hoc etiam in Eccleſia Chriſtiana tanquam Republica ſanctiſſima omnino fieri debet.* Diſſenſio nefaria inter Euangelicos orta eſt: Senatus & Judex dari poteſt Synodus, apertâ Lege Dei, analogia fidei & charitate judicans. Accuſatores iſti nimium progrediuntur. Reformati uti jam dictũ negant, & innocentiâ vitæ refutant, atque confeſſionibus publicis exhibent omnia. Probent accuſationes Adverſarii, cõpareant in Synodo, ne detrectent: ſi nolunt aut ſatis lucidè non poſſunt, moneantur, reconciliationem quærant: aut, uti calumniatores judicentur: innocentes & boni cives hujus Reipublicæ, protegantur, adeoque pax & ſalus publica conſervetur, & cuiq; ſua laus relinquatur, aliis timor injiciatur. Hoc Deus ipſe in Eccleſia & populo ſuo ſancivit, Deut. 19. verſ. 16. 19. *Hoc Chriſtiani veri contra multos hæreticos & calumniatores aliquot annorum centuriis obſervarunt. Etiam poſt annum 400, ubi Donatus quidam in Africa ſchiſma, & è ſchiſmate hæreſim fecit: eam tantum Eccleſiam veram dicens, quæ omni macula & peccato careret, & vim Sacramentorum à dignitate perſonæ adminiſtrantis ſuſpendens, ſeipſum cum aſſeclis ſuis laudare, alios Chriſtianos omnes variis cõvitiis inceſſere conſuevit.* adeò ut ad Donatiſtas illos, Optatus Milevitanus, inter refutationes eorum hæc ſcripſerit: *Nullus veſtrum eſt, qui non convitia noſtra ſuis tractatibus miſceat: Lectiones Dominicas incipitis, & tractatus veſtros ad noſtras injurias explicatis:*

Cõvicia & calumniæ faceſſant.

profertis Euangelium, & facitis abſenti fratri convitium: Auditorum animis infigitis odia, inimicitias ſuadendo docendo ſuadetis: aliqui veſtrûm in perfunctoria ſalutatione oſcula denegatis ſolita: & docentur multi ne Ave dicant cuique noſtrum. quocirca Chriſtiani ſeptem Synodis, ibi ad annum 410 eos repreſſerunt, & compeſcuerunt. Eadem verò nunc eſt multorum zelotarum erga Reformatos civilitas, eadem calumniatorum erga Chriſtianos aſſidua convitia. Ergo hîc Spiritus hæretici mos, & Chriſtianorum juſta exprobratio obſervari poteſt, & officium Judices peragant. Maximè cùm iſtæ calumniæ Eccleſias Diabolis oppleant, ſecundùm veterum grave judicium, quo dixerunt: *Calumnias qui loquitur, Dæmonium gerit in lingua, qui audit, idem gerit in auribus, qui credit, ille fovet in corde.* Plorandum profectò, quod in tam multis Eccleſiis tam egregii viri, & numeroſi populi, hoc non curent, ſed ejuſmodi calumnias ferant, cum Veteres ampliùs aſſerant: *Calumniatorem triplicem eſſe homicidam: quia uno ictu tres occidat, nempe ſeipſum, proximum, & eum qui ipſius calumniis delectatur.* Quin & homicidis ac furibus pejores eſſe cenſent, *quia damnum animæ, famæ, ſpiritualibus rebus, illatum, pejus eſt eo quod corporali vitæ, & fortunæ bonis, infertur.* Hoc genere ſceleris, ac tyrannidis, omnes Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, & optimi quique, *quibus indignus erat mundus*, ſed & horum omnium caput ipſe Chriſtus, videlicet ex calumniarum fundamentis, morti objecti ſunt. Unde liquet: quam gratiam Chriſtianitas, imo Chriſtus Judex, debeat iis Collatoribus & Senatoribus, qui talium Patroni & fautores ſunt, in cædes Fratrum, ſi non corporales certè ſpirituales, nimirum quod ſimilibus minatur; *ut vaniat ſuper eos omnis ſanguis juſtus, effuſus ſuper terram à ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem ultimi fidelis, qui horum culpa occidetur.* Matth. 23. verſ. 35. Tam diu enim Phariſæi & Hæretici, adverſus Chriſtum & fideles ejus Orthodoxos ſævierunt, ac calumniis egerunt, donec cædes perpetrarent, ac malum cervicibus ſuis attraherent, *idem judicium de ſimilibus: niſi forſan his adhuc deteriùs, eo quod hi agant in Fratres, inter quos non inimicitiæ poſitæ, ſed dilectiones præcepta ſunt: illi contra eos cum quibus ipſis inimicitiæ.* Nam ſi, quodcunque otioſum verbum locuti fuerint homines, de eo reddituri ſunt rationem in die judicii, quanto magis de tot accuſationibus, ſcriptionibus & debaccationibus, atque calumniis, quibus tot membra Chriſti condemnant, exoſa reddunt, & injuria afficiunt, reddere

tenen-

Digitized by Google

tenentur rationem, una cum iis, quorum patrocinio nituntur. Putant ſe diligere Deum, & ſervare Legem, etiamſi Fratres in Chriſto oderint, eoſque niſi ex eorum arbitrio vivant, condemnent: *verùm hic judicio Scripturæ, mendaces & damnatores Legis ſunt, & talis lingua Deum colere non poteſt, quæ homines ad ſimilitudinem Dei factos, in Chriſto Fratres, execratur.* Viderint quem colant! quam veraces eſſe queant! Conqueruntur de injuriis & tyrannide Papiſtarum, quâ omnes qui ab eorum figmentis diſſentiunt, damnare præſumunt, & exſtirpari cupiunt. *At ubi rerum potiuntur: iiſdem artibus & argumentis contra Fratres, in paucioribus à ſe diſſentientes, agunt.* Adeò ut more Arianorum & Antichriſtianorum, in ordinandis Magiſtratibus, & eligendis Senatoribus, omnia ſuæ parti arrogent, Chriſtianis reformatioribus, paulatim templa & ſubſellia adimi, ſuis tantum ſubjici conentur, & ſua placita juri communi & Senatorum autoritati præponant: eoque ipſo Theodidactis ſe magis ſuſpectos exhibeant; nam & hi ex veſtigiis quæ premunt, agnoſcendi ſunt.

Diſſidia & contentiones Euangelicorum, curſum Euangelii ſufflaminarunt.

Euangelium, lætiſſimum illud nuncium, & ſalvificum Myſterium, quo Deus, tanquam luce Solis amœniſſima, tenebras Papatus diſcutere, orbem Europæum colluſtrare, populoſque ad ſalutem veluti poſtliminio recreare voluit: miſeri vix annunciare, & Antichriſtum manifeſtare cœperunt, quo omnium ſaluti ſervire debuerunt, illicò Satanæ technis irretiti, ad contentiones & damnandos Fratres converſi, in ſchiſmata iverunt, remiſſiùs egerunt, odia, lites & diſcordias ad contriſtandos populos ſeverunt, Antichriſto parcentes, in mutuas impeditiones ruerunt, multis undiquaque, ut minùs de Euangelio ſentirent, offendiculo fuerunt: &, deplorante Melanchthone, *Periclea pars, vociferando & inſectando cives atque interim abſtinendo ab hoſtibus, exſtiterunt*: pacem quærendo cum hoſtibus, adverſus domeſticos furentes fuerunt: *plus acerbitatis contra collegas, quam contra hoſtes habuerunt.* eoque curſum Euangelii ſufflaminarunt: illud ad vicinos & remotiores quoſque propagari, uti oportuit, non curarunt, *ſed ac ſi aliquot tantum locis in Germania prædicari Euangelium ſatis ſit, ab ulteriori reformatione turpiter deſtiterunt.* Cùm tamen, ſi majori ſtudio, & concordia rem tam ſanctam egiſſent, Chriſtum prædicaſſent, Antichriſtum detexiſſent, Regnum Chriſti longè latèque ampliùs propagatum, & Regnum Antichriſti magis in anguſtias redactum fuiſſet, nec jam tantas vires ad tanta bella gerenda, contra

contra plures Chriſtianos haberet. *Verùm cùm in contraria ſtudia rapti, diſcordes & contentioſi eſſent, hodièque calumniatores, magis quam concionatores agant, jam lux Euangelii non currit, populi offenduntur, multi retrò feruntur, & pluris Papiſmum quam Chriſtianiſmum faciunt. E multis locis Euangelium ejicitur, Antichriſtianiſmus reducitur. Inde hoſtis communis robuſtior exiſtit, hi plagis bellorum emendari merentur.* Nec jam tanti ſunt, ut aliquo pacis deſiderio, quantum in ſe ſit, cum omnibus teneantur, aut veram pacem intelligant; Sed *uti Formulas concordiæ, ita Formulas pacis adeo ineptas cudunt, ut plus diſcordiarum & bellorum ſibi & aliis indies procudant. Pudeat aut pœniteat eos Formularum, Inferos carne Chriſti, & Imperium bellis, opplentium, alii eos repudiare & compeſcere, neceſſe habent.* Sicuti Conſtantinum Magnum Anno 326, in Synodo Nicęna feciſſe, *& libellos Theologorum contentioſorum improbos aboleviſſe,* teſtantur Hiſtoriæ: & Theodoſium Imperatorem anno 383, *in Synodo Conſtantinopolitana reprehendiſſe ac dilaceraſſe Formulas Arianorum & Eunomianorum, ſolam Orthodoxam homouſianorum ſtatuiſſe,* legimus; *Idemque Regem Daniæ cum iſtorum Formula concordiæ egiſſe,* meminimus. In *Formulam vero Pacis Saxonicæ hodiè ſanorum gladios ſtringi cernimus.* Si omnia ſcripta & conciones, & illæ accuſationes, zelotarum, eo acumine atque ea dexteritate fiunt, uti *iſta Formulæ, Concordiæ, & Pacis,* certe à Deo docti norunt, quo loco haberi mereantur. Non equidem conceſſerim, omnia ſcripta de controverſiis Theologicis, ab hac vel illa parte ſeorſim edita, ac diſſentientia, prorſus abolenda vel contemnenda eſſe, quemadmodùm Papiſticus furor in Concilio Tridentino & aliâs, non ſolum lectione librorum omnium à Papa diſſentientium omnibus interdicit; ſed etiam omnia, ut pravè cenſent, quaſi hæretica, per Magiſtratum incendio aboleri debere imperat, & idem Lutherani fatui de libris Reformatorum judicium ferunt. Sed qui *judicio ſano totius Chriſtianitatis atque Eccleſiæ planè impii Magici ac hæretici ſunt, qui manifeſtè falſum aſſerunt, & verum oppugnant, illi vitandi & abolendi ſunt, aut omnino confutandi.* Verùm qui ſine maledictis & conviciis ſtudio illuſtrandæ religionis unius, à quocunque ſcribuntur, ſententiam ſuam apertè confitentur, de ſententia adverſariorum candidè judicant, *ſtatumque controverſiæ ritè formant, illi non incendio abſumendi, ſed legendi ſunt, inprimis ab iis qui ſenſus habent in religione exercitatos.* Nam inexhauſtus quidam fons eſt Theologia vel

Sacra

Digitized by Google

Sacra Scriptura, poteſt hinc ille vel hic quiddam utile ad commune bonum in lucem proferre; judicium eſt non invidentis aut ſuperbientis partis, ſed poſt Deum totius Chriſtianitatis,& cujuſvis moderati, docti, diſcretione ſpirituum ornati Chriſtiani, qui non ſchiſma inanemque gloriam, ſed charitatem & communem ædificationem, quærit. *Vera & pura Religio vel Fides*, unico fundamento nixa Chriſto, *eſt incomparabile Dei donum & beneficium* maximi faciendum, quia nos Deo unit & ſalvos facit. Eſt præſtantiſſimum illud depoſitum bonum, quod ſummo ſtudio & vigilantiâ incorruptum atque intactum cuſtodire & ſervare, tenemur, nedum ut pro libitu tractare, corrumpere, ei addere vel demere quidquam, *uti Papa*, præſumamus, *ne, ſi minus fideliter à nobis cuſtodiatur & ſervetur, ejus auferendi, alioque transferendi cauſam habeat Dominus, ſine quo periremus, & hoc nihil pretioſius, nihil utilius, nihil magis neceſſarium habemus.* Noſtra imbecillitas, caro, mundus, valdè nos hic impediunt, Diabolus & complurimi fures, adminiſtri ejus, Hæretici, Impoſtores, & omnes laqueo illius captivi facti, ad libitum ipſius aſſiduè obambulant, & irremiſſis ſtudiis hoc agunt, ut nobis hoc tam præclarum depoſitum, ac theſaurum, toto mundo cariorem, vel prorſus auferre, vel certè corrumpere ac inficere ſuis venenis queant, *adeò ut non malè agant, qui contra ejuſmodi pro veritate & puritate fidei vigilant, ſcribunt & docent, cùm jubeamur acerrimè decertare pro fide quæ ſemel tradita eſt Sanctis.* Verùm zelus hic, vel decertatio hæc, non contra Fratres, vel infirmiores, vel illuminatiores, ob exiguam ſententiæ alicujus diverſitatem, analogiam & fundamentum fidei non evertentem, non corrumpentem, quæ vel ab alterutro minùs intelligatur, vel incerta & Scripturis non definita ſit, exerceri debet, ſed contra quos oportet.

Vera Religio cuſtodienda & propugnãda cum diſcretione.

Nam profectò, *ſicuti ſcandala venire, ita verè hæreſes internas eſſe oportet*, & jam Papiſtæ variorum hæreticorum affectibus conſpicui, Jeſuitæ Antichriſti miniſteriis inſignes, Sociniani, & complures alii Sophiſtæ, Phantaſtæ, Enthuſiaſtæ, Schiſmatum & hæreſium interpolatores, hypocritæ in veſtitu ovium vel lupi, vel cæci, neſcientes quid agant, omni acumine veram Religionem, purum Dei cultum, & ſalvificam Euangelii lucem, ſuis traditionibus, conſuetudinibus, ſcriptionibus, calumniis ac venenis inficere, obſcurare, imo gladiis planè exſtirpare, audent, ac nituntur,

Digitized by Google

adeoque jam Diabolus ſi unquam aliâs ſuum opus per eos agit. *Contra hos igitur, ſi quis dono ſcribendi, concionandi & diſputandi excellit, ſtrenuè pro fide certet, ac vires exerceat*: boni ipſum juvabunt: & militia Eccleſiæ procedet: *ut omnino, qui probati ſunt, manifeſti fiant, Eccleſiæ his veluti cote acuantur, igne perpurgentur, & magis excitatæ, probataque, quoad doctrinam & patientiam, illuſtrentur: Cùm, ſi ejuſmodi oppoſitiones ac certamina non eſſent, multo pigriùs veritas quæreretur; cùm jam ſint, magis fidelium conſtantiam exercent, negligentiam, torporem & veternum excutiunt, ad ſeriumque Divini Verbi ſtudium & examen; ut expertus teſtatur Auguſtinus, inflammant.* Utinam certè *habeamus Theologos, quales jubet eſſe Apoſtolus, innutritos in ſermonibus fidei, & præclara doctrina Chriſti, non ſibi pertinaciter placentes, ſed tenaces fidelis illius ſermonis, qui ad doctrinam facit, ut poßint & exhortari doctrina ſanâ, & contradicentes convincere.* adeoque qui non ſint pars aliqua, ſeu alicujus ſchiſmatis aut hominis ſectatores; ſed uni Chriſto, uni Eccleſiæ univerſali integerrimè adhærentes. Illi poſſent officium facere, & pro veritate contra doctrinas alienas certare, ſcribere. *Qui ſe tales eſſe putant, illi probandi ſunt, ita ut non niſi debito modo agant, & non niſi contra quos oportet, & quouſque.* Nam ſi in controverſiis modus non ſervetur, ſed excedatur, & controverſiæ, contentiosè, non ſolum contra veros adverſarios, ſed & contra fidei ſocios, etiam de non neceſſariis, aut exigui momenti rebus, ſine intermiſſione fiant, ac multiplicentur, facile animi gentium, extraneorum & domeſticorum Magiſtratuum, & plebejorum à Religione alienantur: contradicentes, Tyranni, & errantes magis exacerbantur, Eccleſiæ ſcandalizantur, quotidiana vileſcunt, crambe bis cocta mors exiſtit, multi omnia vera falſa ſuſque deque habere, de veritate dubitare incipiunt, aut contra veram charitatem odio in Fratres accenduntur, & fit, ut *nimium altercando veritas & charitas amittatur*, falſa & inimica progrediantur. Si quæ diſſona in Doctoribus Euangelicis habeantur, *quemadmodùm operæ precium faciunt, qui conciliationem locorum Sacræ Scripturæ in ſpeciem pugnantium inſtituunt, ita melius facerent, ſi inter ſe conciliationi, aut tranquillæ compoſitioni, operam darent, quam ſi tantis calumniis, clamoribus & condemnationibus atque ſcriptis virulentis agant. Ne quoque nimium juris ſibi & ſuis affectibus in Fratres arrogent, ſed terminis & cancellis ſuis contineantur memores ſuæ imperfectionis.* Nam quid Victori Papæ, Anno Domini 192 juris erat in Eccleſias Orientales, ut eas

Digitized by Google

ut eas ob diverſum modum celebrandi Paſcha, impotenter excommunicaret? Quid aliis Romanis, ut omnes ad ſuas traditiones undique ſervandas adigant? Quid Miſnenſibus noſtris, ut omnibus Euangelicis *Formulas concordiæ* & pacis præſcribere præſumant? *& reformationem templi Pragenſis, ubi iſtis nec ſerebatur, nec metebatur, tantopere calumnientur? & veluti malum factum ſeditioſiſſimè exaggerent?* Reformatores Orthodoxi, non ab Inſtitutione Chriſti ad ſua placita, ut Papiſtæ reformando traducunt, ſed à corruptelis humanis, ad Legem Dei revocant. Quis bona conſcientia culpare poteſt? Si quid etiam infirmi aut à placito alicujus diverſi agant: *Tu quis es qui condemnas alienum famulum? proprio Domino perſtat, aut cadit, ſtabilietur autem: poteſt enim Deus eum ſtabilire. Paſcite gregem Dei qui penes vos eſt, illius inſpectioni vacantes, reconcinnantes Fratres offendentes. Conſidera unusquiſque temetipſum, & ne tu tenteris.* Temporibus Patrum, Auguſtini, aliorum, non nihil diverſi in Eccleſiis his vel illis obſervabatur, *tamen invicem non condemnabant, ſed unitatem Corporis Chriſti ac pacem Eccleſiæ ſervabant.* Si nunc idem ageretur, multæ controverſiæ quieſcerent.

Si quid, adhuc dubiorum & arduorum ſupereſt, Theologi noſtri non affectibus, aut partium ſtudiis agant. Turpe norint, reperiri in Concionibus aut Libris Theologorum calumnias, mendacia, rixas, bonorum condemnationes, infamias in Fratres, &c. adeoque enormes exceſſus; ſed in timore Domini hocce modo ac hiſce viis conferant, & diſquirant ac componant: *Non propria laus & ſuperioritas in Fratres, ſed gloria Dei, & ædificatio Eccleſiæ quæratur: Affectus & Præconceptarum opinionum pertinacia faceſſant: Veteres jam olim confutatæ hæreſes ſine interpolatione & nova mentione ſepultæ relinquantur: Autoritate humana, teſtimoniis, aut conſuetudinibus humanis in rebus divinis non agatur, nec certetur: Verbo Dei aperto, lumine naturæ ſano, & conſenſu omnium Orthodoxorum univerſali res agatur: Analogia fidei in omni doctrina, in locorum Scripturæ expoſitione & quæſtionum deciſione ſervetur: eorum qui in uno Chriſto juxta Verbum Dei ſalutem quærunt, etſi in aliquibus infirmi ſint, nemo facilè hæreſeos accuſetur, odioſis nominibus conſpurcetur aut condemnetur. Sed etiamſi quædam non intelligat, & in quibuſdam ſine obſtinatione erret, judicium charitatis adhibeatur: Si quis contra fundamenta Religionis errare deprehendatur, non niſi poſt unam & alteram admonitionem ſeparetur, nec diverſæ circa adiaphora vel minora opiniones, legi cha-*

Quomodo cōtroverſiæ tractandæ.

ritatis aut humanitatis obſtrepant: Controverſia ſtatus ritè in quovis puncto enodetur, ne cui falſo teſtimonio affricetur, quod non ſentit, nec calumniæ locus relinquatur: Legis talionis, & quod nobis fieri nolimus, ne aliis objiciamus, memoria teneatur: Eccleſiarum vel partium ſententiæ, non ex privatis perſonis aut unius viri erratis atque opinionibus, ſed ex publicis ſcriptis, Confeſſionibus, Catechiſmis & Synodis cognoſcantur, ne quando per unum plures inſontes injuria afficiantur. Si quidem vel Cornelio Martino in Analyſi Logica, pag. 261, teſte: *Nihil ſceleratius in eum qui cum diſputas committere potes, quam ſi opinionem vel ſententiam ei affingas, quam is neget eſſe ſuam: nam & illius famæ & tuæ animæ periculum creas: præſertim ſi negotium Religionis agatur, in quo ſycophantiam exercere non licet. Ratum habeatur: pulchrum eſſe in paleſtra veritatis cœleſtis non ſolum vincere, ſed & vinci: imò judice Auguſtino, præſtare vinci à vero, quam velle verum ipſum per falſa vincere: non quibus vis, nec tantùm numeroſis argumentis aut parergis, ſed maximè urgentibus & tenentibus, veritas quæratur & fulciatur: Nec aliqua ſophiſtica, clamore, vel fallaci ambiguitate, & multiloquiis partium, ſed tribus terminis lege ſyllogiſmi aperti doceatur*, cum Tertulliani ſententiâ: *Certa ſint in paucis, in tribus: Nec de inutilibus topicè diſceptetur, nec de occultis & rationis captum ſuperantibus ſtatuatur, cùm tacere de occultis, quàm litigare de incertis*, Auguſtino teſte *præſtet: Quos nodos ratio ſolvere nequit, fides perimat: nemo ſupra id quod ſcriptum eſt, ſapiat, nedum ut quod ſcriptum non eſt, mordicus tueri præſumat.* In totaque controverſiarum tractatione, non tàm perſonæ, quàm errata caſtigentur, & non, maledictis, calumniis, virulentia, contemptu & condemnationibus aut aſperioribus vocibus, rixatorum forenſium, vel morionum, vel ſcurrarum, ſed ſpiritu placido, verbis modeſtis, gravitatem Theologicam decentibus, procedatur. *Nam quod extra & ſupra hæc eſt, à malo eſt.* Hunc modum & haſce vias ac regulas, ſi noſtri Theologi merito obſervarent, & ſe in conſpectu Dei agere cogitarent, majori in exiſtimatione eſſent, & minùs certaminum, plus tranquillitatis Eccleſiæ haberent. Sed cùm extra pomæria in contraria ferantur, enormiter peccant, honorem Theologorum, exiſtimationem, ac ſemetipſos perdendo, diſſidiorum motuum, bellorum & malorum horum, quicquid contradicant, tubæ faceſque ſunt.

XV. Politicorũ ineptitudo. *Decima quinta* bellorum & malorum horum *Cauſa*, eſt, *Politicorum ac Magiſtratuum quorundam inter Chriſtianos, incuria, oſcitantia, & tergi-*

tergiverſatio. Qui cum officiorum ſuorum rationem ac ſeriem ad amuſſim expendere, & Spartam, quam quiſque nactus eſt, ornare debeant, multa negligentiùs, & remiſſiùs agunt, tum in *Genere*, tum in *Specie*.

In Genere, cùm utriuſque tabulæ Decalogi cuſtodes, & bono cum Deo vindices ſint, adeoque curare teneantur, ut ſecundum primam tabulam Legis Religio procedat: Ne præter unum verum Deum Cœli & terræ creatorem, alius quis habeatur, colatur, invocetur, adoretur, eoque Religio una, Lege Dei ſancita teneatur, alia non invehatur: Ne ſculptilia vel ullæ imagines atque idola Deorum ac eorum quæ ſunt in cœlis ſupra, aut quæ in terra infra, aut quæ in aquis infra terram, fiant, aut aliquis ea adoret ac colat in populo Dei. Ne nomen Domini Jehovæ Dei noſtri in vanum aſſumatur, adeoque dicta pacta hoc nomine firmata, violentur, eleventur; ſed dies ſeptimus aut dies Dominica ritè integrè ſanctificetur: *tamen eorum incuriâ, conniventia, aut tergiverſatione plurima contra fieri videas. Deorum, Religionum ceu Deaſtrorum, qui coluntur, vix numerabilis numerus: ſculptilibus, imaginibus, idolis & ſimilitudinibus monſtrorum & creaturarum omnia plena, eaque in locis religioſis honorantur, adorantur: Mortui invocantur: Nomen Dei viliſſimè uſurpatur, blaſphematur, doloſis pactis & violatione fidei, contaminatur: Die Dominica, talia committuntur & tolerantur, qualia magis eam prophanant, quam ſanctificant. Illi interea dominantur, rerum potiuntur, nec Miniſtros, nec populum compeſcunt. Quæ omnia ſemper bella, excidia, calamitates immenſas regionibus, populis, urbibus, attulerunt, & extra cauſas hujus belli minimè poni poſſunt.* *Magiſtratus officia non expediuntur, ſed multifariam negliguntur.*

In Specie quoque cum ſcuta terræ, cum rami inumbrantes, cum Dii, cum Nutricii, Defenſores, Benefici & Patroni, non peculiarium factionum, & ſuperborum Prælatorum, ſed veræ Chriſtianæ Eccleſiæ, & membrorum Chriſti humilium, afflictorum, verè piorum, Verbo Dei nominentur; tamen, oſcitanter, negligenter, & ſæpe contra rem adminiſtrant: Eccleſiam Chriſti diſtrahi, traditionibus humanis, conſuetudinibus Idololatricis, erroribus, calumniis contaminari, diſſidiis, & contentionibus fatiſcere, externis & internis hoſtibus ac bellis laborare, & ſumme periclitari videntes, ut iſta everrantur, evertantur, Eccleſia vero cum membris Chriſti ſervetur, tempeſtivè & ſumma induſtria non curant *Mali in negotiis ſuis magis induſtrii ſunt, quam hi in bonis.* Ne quid de tabula Legis

 ſecunda,

ſecunda, eorumque honeſta & ſubditorum vita, dicatur. Certè cùm intelligere & palpare queant, *Papicolas aſſiduè deliberare, omnibus nervis intendere, armorum induendorum neceſſitatem ad Chriſtianos exſtirpandos fingere, Ligas fœdera inter ſe ferire, confirmare*, ex omnibus clauſtris ſuis atque è diverſis etiam remotioribus locis confluere, vires Cyclopicas conjungere, bella externa quibuſcunque prætextibus, Eccleſiis Chriſti inferre, & ſummis ſtudiis ac conatibus hoc agere; ut populum Chriſti, cum ejus Inſtitutione, in factiones diſtrahere, mox faciliùs opprimere atque penitus exſtirpare queant: imo jam plurima vicinis & conterraneis damna dent, & ſuum fortiſſimè agant. Iſti tamen Politici noſtri, multi, contra audentiores non eunt: *Vnionem ſuam, quam prudentiores ante faciendam & talibus opponendam cenſuerunt, non tuentur*, quidam etiam huic non accedunt: nonnulli eam ſolvunt: diſſidiis, calumniis, impoſturis, in ſuis ditionibus locum concedentes, etiam patrocinantur, Papiſtarum acta utut ſibi pernicioſa admirantur: vel omnia hæſitanter, quod in caſu conſcientiæ peccatum eſt, tractant ac remiſsè agunt: ſemper ſibi meliora vel modeſtiora à communi hoſte pollicentur. *Chriſto in membris ſuis afflicto, caſo, Ioſepho confracto, non compatiuntur, nec condolent, nec id ſanctè curant*, aut avertendum ſuſcipiunt, ſed etiam recuſant, & qua poſſunt tergiverſantur: etiamſi omnes alii exſtirpari debeant, modo ipſi vivere qualicumque ratione cum hoſtibus queant: *Hoſtem non offendendum, nedum reprimendum, aut irritandum ampliùs cenſent*: quia nimirum adhuc in ſuis bonis, aut perſonis, non ſint offenſi, vel læſi, quia Religio ipſis nondum eripiatur, nec cauſa armorum ſumendorum ſit data: Ergò ſibi etiamnum quieſcendum: & his ſimilia argutuli prætendunt, ac in cauſis ignaviæ ſuæ fovent: interea perverſè, humaniores erga communes hoſtes, quam erga domeſticos fidei, exiſtunt, Religionem, & ſubſtantiam totam non adhuc ſalvam, defendendam, ſed amiſſam demum olim, ſi Diis placet, immani cum tentatione Dei, recuperandam, exiſtimant. *Nempe ſicuti milites, ſi in acie contra hoſtiles exercitus ordinati ſtarent, ſocios hinc inde vulnerari, trajici concidere viderent, tamen ſuos gladios, è communi Phalange, in hoſtem accedentem vibrare, aut ſcloppeta exonerare detrectarent, eo quod ipſi nondum telis aut gladiis hoſtium vulnerati, aut trajecti ſint, quaſi poſt lethale vulnus, aut amiſſam vitam, demùm incolumitas & vita noſtra, defendenda, ac recuperanda ſit. Sic iſti ſapiunt.*

Quidam,

Digitized by Google

Quidam, nec de iſtis amplius cogitare, nec cauſas veras belli, atque incendii tanti, accuratius ſcrutari, nec de iis audire, aliud volunt, præterquam quod incogitantes ſemel malè præconceperunt, aut uti à parte fraudulenta, vel imperitis rerum, audiverunt: neque aliud ſibi jam, etiamſi ipſum verum ſit, perſuaderi ſinunt indignantur, oppreſſorum & afflictorum ſpem Dei Verbo non contrariam, irrident, & ſuperbè contemnunt, oppugnant, quam erigere potius aut ſolari deberent. *In communi non ſatis apertè & parrheticè, de hoc bello, de practicis, de rebus partium, de conatu & ſcopo Antichriſti, vaſallorumque illius, loqui vel pronunciare audent, ſive affectatione laudis, moderationis politicæ, ſive magis metu vel adoratione Beſtiæ, problematicè & mimeticè tantum diſſerunt, enunciant: afflictis injuriam fieri porrò ſinunt, nec tandem ſuccurri, aut juſtitiam meliùs exerceri, atque adminiſtrari, quantum in ſe, curant.* Quam oſcitantiam, incuriam, tergiverſationem, & imprudentiam Deus inter eos graſſari permittit, quorum puniendorum tempus adeſſe novit, & quos bellis caſtigare aut deſtruere, ſtatuit. Neque exempla in Utopia quærenda ſunt: *In Bohemia profectò notum eſt, & quid non alibi? Iſtic enim Ordines Regni, juſto diutiùs, Papicolas ſua libertate & patientia Defenſorum Chriſtianorum, abuti ſiverunt, ita ut tandem bello reprimere improborum attentata, neceſſe fuerit, cùm aliâs ſi tempeſtivè & ſeverè, conatibus proditorum patriæ, & calumniatorum Eccleſiæ obviam iviſſent, innocentiam & jura ſua fortiter vindicaſſent, apertiùſque omnia egiſſent, ſine dubio citra belli tanti molem, in eos animadvertere licuiſſet.* Ultimo jam ferè conſilia & remedia malo defuere: & cum omnes unanimiter concluderent: *aliter fieri non poſſe*, quam vim vi repellendam, bellum bello retundendum eſſe, *tamen ne tum quidem omnes ingenuè aut qua decebat integritate, & heroica mente, rem geſſerunt: prætextu deliberationum hæſitantiam & ignaviam foverunt, timiditate & metu Beſtiæ quoque cor fratrum liqueſcere, hoſtes audentiores ire fecerunt: eoque ipſi ſuccumbentes bellum hoc & mala ulterius ſua politica affectione promoverunt*: ſi tacendum eſt quod nonnulli magis proditores, quam propugnatores Patriæ & ſanctæ Cauſæ fuerunt, certè diu nimis tergiverſati, malum cervicibus ſuis attraxerunt: ac multi ingentia bona, vim haud pœnitendam æris, quæ ſi tempeſtivæ rei gerendæ impendere voluiſſent, vix debellari potuiſſent, Antichriſti ſatellitibus potius reſervarunt, quam Eccleſiæ & cauſæ optimæ defendendæ impenderent. Tales Politici erant! alibi utinam meliora!

Politici tergiverſantur.

Digitized by Google

liora! *In Polonia Ordines liberi Bohemorum cognati*, iiſdem tentationibus Antichriſti & mutationi libertatum ſuarum obnoxii, non nihil vexati, *nulla Bohemis vicinis fratribus auxilia tulerunt: aliquam multa equitum millia è ſua gente conſcribi, & contra Bohemos mitti, Papicolarum in gratiam, permiſerunt, qui in Bohemos, igne, ferro, rapinis, crudeliùs quam unquam in Tartaros aut Turcas audent, ſævierunt*, quibus vel interceſſione vel aliis rationibus in cauſa communi fortiter aſſiſtere debuerunt, officium non fecerunt. *Vngari varii & mutabiles*, nonnulli ſubvenire voluiſſent, à Polonis & ſuis conterraneis impediti emanſerunt, qui venerunt, in prælio fugam corripuerunt, cæteri tardè venientes, parum præſtiterunt, & poſtmodum cum multa poſſent, cum hoſte pacti ſunt, afflictos in manu hoſtis communis deſeruerunt: *nec confœderationum ſatis memores fuerunt: quo genere peccati, & Sileſii complures politici, cum quibuſdam ex Moravia excelluerunt*, donec eodem jugo cum Bohemis innodarentur. *Bavarus acta Bohemorum ſua pace mittere potuiſſet; verùm Politicus* utcunque vicinitatis monitus, *tamen promiſſione Palatinatus illectus, Papiſtas Bohemorum hoſtes fulciebat, in cauſis motuum horum pro & contra quadam literis diſſerebat, pacificum animum ſimulabat*, interea vires acquirendo, ac cum hoſte jungendo vicinis bellum ſine omni juſta cauſa inferebat, *mille quingentos currus, prædis onuſtos, unica Praga evehi ad ſuos curabat.* hoc nimirum vicinis afflictis, auxilii Papicolæ præſtant. Saxo verò jam ante cum Ferdinando & Matthia contra libertatem Bohemorum conjuratus, *neutralitatem præ ſe ferebat*: In Directorio Bohemico plurimùm ſibi autoritatis arrogabat: ne ſanguis Chriſtianus Bohemorum armis fundatur, admonebat; hoſtem, ubicunque poſſet, immaniter ſævire ſine admonitione ſinebat: à tempeſtivo conflictu, quo Bohemi ſemper victores exiſtere poterant, importunè & dolo malo dehortabatur: Interpoſitionem quandam ſuam, quæ nunquam in animo fuit, nec per conjurationem ante factam, eſſe potuit, ſemper obtendebat, revera autem fervorem exacerbatorum Bohemorum diſtinebat, donec hoſtis majores vires acquireret, ac tandem innocentes, atque aliud exſpectantes, opprimeret. Idem ipſe moliens contra vicinos, contra Religionis ſocios, contra illos qui tantopere eum venerati ſunt, ut in Regem ſuum eligere cogitarint, niſi conjurationis iſtius cum Auſtriacis moniti fuiſſent. *Vix putaviſſent, Bavarus & Saxo, talibus artibus bella ſuis cervicibus & ditionibus*

Nemo ingenue cum Bohemis egit.

nibus

nibus attrahi, ſeque in ſequuturas anguſtias conjici. at nunc dicant, pacem an bellum habeant? & quid conſultius fuiſſet? Bohemos cum Auſtriacis ad pacem juſtam ſalvis libertatibus eorum diſponere? an ita ex vexatione & oppreſſione vicinorum Chriſtianorum bella, & vindictam Dei ſibi conſciſcere? alii qui his aſtitêre, viderint quid ſibi exſpectandum ſit. Saxonis acumen & dexteritas, cum primis hic emicuit! qui obtentu pacis, oppreſſioni Bohemorum, & Dominio Luſatiæ inhiabat, cùmque Provinciam, maximè Budeſſinum, igne ferroque crudeliſſimè vaſtaret, quo Bohemorum vires, in confœderatis ipſorum, in Provincia incorporata Regno, diminueret, mercedem operis tanti, vaſtatam Regionem quæſivit, & nunc in poſſeſſionem miſſus eam magis depopulatur: Pacis nomen crepabat, & Cæſarem in ſpeciem ut victoria benigniùs uteretur, monebat; ſed *fruſtra*; cùm prorſus non audiretur, *& pacem aliam, quam cum Antichriſtianis humilem conjunctionem neſciat: ſub illa namque legiones adverſus Mansfeldii reliquias in Bohemiam mittebat: alium Mansfeldium cum tot millibus in Italiam amandabat.* Torgavienſibus Comitiis ſuos omnes ad pacis cum Cæſare conſilia invitabat, eoque contra omnes Euangelicos in prælia vocabat. Ut verò derideret piorum monitiones, qui Saxoniæ idem quod aliis à Cæſare intentari monebant, ſuperbia quadam *in propoſitione jactabat: etiamſi omnes vicini debellari debeant, ac ſibi tandem idem intentetur, ſe tamen unum ſatis virium & protectionis divinæ, ad vincenda omnia habiturum: quaſi jam, non Dei, ſed ipſius arbitrio, pax aut bellum gubernentur.* Cum experientia diſceret, Epiſcopatus ſuos peti, demum ſuis viribus diffiſus, Proteſtantium conventum Lypſiæ inſtituit, eorumque Directorium ſuſcepit, ſed nihil memorabile vel laudabile præſtitit. *Quin & Regem Sueciæ tergiverſatione ſua nimium diſtinendo, excidii Magdeburgenſis horrendi culpam contraxit. Initio ſtatim è prælio Lypſiaco fugiens victoriam hoſti cedere, Suecis intervertere voluit:* & feciſſet, niſi Deus aliud conſtituiſſet, *mox à prælio contra Suecum clandeſtinè cum hoſtibus conſpirabat: Bohemorum liberationem præoccupatione Pragæ, & ceſſione VValſteinio, exinanire non dubitabat: tandem violato Suecis juramento, cum hoſte communi, contra omnes bonos, pacem privatam ſibi & Imperio, maximè Religioni Euangelicæ, poſt annos paucos, exitioſam iniit*, eam arbitrio & deciſioni ſolius Cæſaris ſubjecit. *Magdeburgum ſua culpa exciſum, alteri familiæ iniquè ablatum, quaſi mercidis loco pro tantis actis, filio ſuo Epiſcopatum accepit, adeoque*

Digitized by Google

que illa Pirno-Pragenſi pace, Religionem Chriſtianam, & libertates Imperii, ſi tam proditoria pax ſibi conſiſteret, perdidit. Quæ omnia quam politica ſint, ſapientes intelligunt, & judicium in promptu eſt. Nihilominus aſtiterunt ipſi Politici plerique & Reſpublicæ, in quibus Conſules vel Officiarii quidam ſuperbiunt, *Hiſpanico auro corrupti.* Qualibus Politicis, omnia talis pacis eventa, omnia belli incommoda, & ipſa Theologorum diſſidia tanquam belli hujus interiores cauſæ, de quibus ſuperiori capite actum, debentur. Quippe qui talia acceptant, non ſapienter prævident, nec compeſcere volunt aut norunt, cum eorum ſit. Quia *poſt Deum intra propria dominia, etiam reſpectu defenſionis & conſervationis, tranquillitatis in Eccleſiis & Rebuspublicis, ſunt ſupra omnes perſonas & cauſas, ipſi Magiſtratus Politici, eoque talia compeſcere aut ejicere poſſent, modo officium facerent.* Nunc ubi officiis deſunt, omninò bellorum & malorum cauſæ ſunt. *Si Bohemi ante ducentos annos, tam meticuloſi & ignavi Politici fuiſſent, non cum Ducibus ſuis, contra Sigiſmundum Imperatorem, contra Papam & omnes ferè vicinos Europæos à Papa ſeductos, tot tantaſque victorias ad miraculum uſque, & una libertatem Religionis obtinuiſſent, omnia ut moderni jam tum perdidiſſent.* Si Proteſtantes, Principes Imperii, ante centum annos cum civitatibus Imperialibus, non meliores ac vigilantiores Politici, quam hodierni exſtitiſſent, omnem Euangelii lucem per victorias Caroli Quinti, & per alios patriæ Heluones, cum libertate Germaniæ amiſiſſent. O quantum mutatus Mauritius Heſſiæ Landgravius, ab illo Heroë magnanimo Philippo Haſſiæ Landgravio! O deteriùs adhuc Hons Girchius, ab illo magno Lutheri Patrono Joanne Friderico! ille Electoratu potiùs quam luce Euangelii ceſſit. Mauricius Elector Euangelium propugnaturus Magdeburgum ſervavit, Tyrannos Imperio pepulit. Hic poſthabita Euangelii cura, tergiverſatione ſua Magdeburgum Imperii Primatem perdidit, & huic filium, Patriæ vel Imperio Dominos potentes, impoſuit. *Ipſi Magdeburgenſes, ſi majorum ſuorum politicorum veſtigiis inſtitiſſent, & Religionis ac Patriæ libertatem cum aliis fortiter propugnare voluiſſent, vix ac ne vix quidem tanto excidio periiſſent. Reliquæ urbes Imperiales, neſciunt, quid ſua tergiverſatione mereantur! quo diſcriminum Eccleſiam Euangelicam adducant!* & quid ſerus veſper vehat! Maffæus certè docet, *non aliud conſilium eſſe vindicandæ libertatis & autoritatis Eccleſiæ Romanæ, quam ut urbes hæreticorum funditus primum evertantur*, in Commentar.

ſuper

Digitized by Google

ſuper Epiſtolam Judæ. Jacobus Angliæ Rex, nonnihil Salomoni ſapienti, *& deliranti ſimilis, qui ut & Saxo, in hiſce bellis, plurimum peccaſſe creditur*, ſi quod verè Regium & Politicum eſt, heroico animo egiſſet, Eccleſiæ periclitanti, ſuorum votis, & preſſorum ſuſpiriis, attendiſſet, Antonio de Dominis & hujuſmodi impoſtoribus, aurem non prębuiſſet, cauſæ Euangelicorum & propriæ affinium conſanguineorumque ſuorum aſtitiſſet, Legationes ſuas à Papiſtis irrideri, naſo ſuſpendi, ac circumduci, non paſſus fuiſſet, bellum hoc dudum reprimi, & Eccleſiæ in Germania & Anglia meliori ſtatu gaudere poſſent. *Verùm quia tergiverſabatur, cauſam Bohemorum & ſuorum non agnoſcebat, Seminarios multiplicari per comiventiam ſinebat, ac voluntati Papicolarum & Hiſpanorum ſua ignavia commodabat & gratificabatur.* Eo bella & mala hæc ad ſummum creverunt, eo lacrymas ſuorum, qui antea oculos in ipſum convertebant, adverſus ſemetipſum, & poſteritatem ſuam, provocavit: & à quibuſdam traduci forſan meruit hoc verſu:

Rex erat Elizabeth, tandem Regina Iacobus,
Reginæ Charles ſubditus hicce ſuæ.

Sed & indignationem Dei & inteſtinorum bellorum mala incurri fecit, qui potius luxu diffluere, quam virtutibus exerceri ac fratribus preſſis ſuccurrere gentem Anglicanam voluit, adeoque hoc lucri Angliæ peperit, quod Livii dicto comprehenditur: *Luxum populi expiare ſolent bella.* Nec ſcio profectò, *nec facile dixerim, utrum Appaima illa Rabſaci filia, meretrix, Regem Babyloniæ pluribus vexarit, ac pro libitu tractare auſa ſit, cùm Regi magnificentiſſimo, ad dexteram aſſedit, & Diadema de capite Regis auferens, ſuo capiti impoſuit, Regem ſiniſtra manu feriit. Ille autem aperto ore eam intuebatur; ea ſi arriſerit ipſi, ille ridebat; ſi indignata fuerat, is abblandiebatur, donec reconciliatus fuerit in gratiam*, ut eſt Heſdræ lib. 3. cap. 4. verſ. 29. 31. O viri! *An moderna Meretrix Babylonica hunc Regem atque complures Politicos modernos, etiam per mancipia ſua vexet, ac pro libitu tractare præſumat? dextram certè omnibus præripit, Diademata deponit, etiam multipliciter ferit. At hoc videas aperto ore ſtertere, ejus indignationem vitare, officia negligere*, ut etiamſi omnia proſtituenda ſint, cùm ea poſſint ridere. O Politici! Niſi meliores meliùs agant, & ſuam dignitatem tueantur, meretricem & inſtrumenta ejus repellant, ſanis conſiliis accedant: Euangelium, & liberta-

bertates Patriæ defendentibus accurrant, & diſſipatis aliquando hoſtium caſtris victoriam unanimiter & fortiter eo uſque perſequantur, donec tuta & honeſta pax ubique obtineat, *Certè tam ignavi nunquam pacem comparabunt, bellorum & vaſtationum cauſa erunt, quamdiu tales erunt: ſed & maledictioni cum Merozo obnoxii manebunt.* Deo tamen ad liberandum populum ſuum, & cædendos hoſtes, nunquam Baraci, Deboræ, & Jaheles, deerunt.

Politici nolunt hæc ſcrutari.

Jam verò hæc omnia talibus ingrata ſunt, nec cogitare, nec audire, nec legere de his volunt, opinionem dubiam aut falſam de cauſis & eventis omnium mordicus retinent, ſe tantum ſapere, & omnia ſcire credunt, eoque adhuc tergiverſantur, aut ea tantum loquuntur & agunt quæ hoſti commoditatem & ſpem faciunt, amicis obſunt, & obicem ponunt. Paulò poſt plures una deſperant, & aut aliquid boni Sanctis, & ſibi incommodi ultimò evenire poſſe ex tantis bellis & vicinorum oppreſſionibus negant, vel non putant, aut ſi idem ſibi quod jam proximis evenire velit, ſe tamen ſolos & ſingulos tale auxilium Dei illico obtinere, & Antichriſti viribus reſiſtere poſſe ſomniant, ut illi ſoli ab his malis immunes futuri ſint: uti Saxo in ſuis Torgovienſibus Comitiis propoſuit, & uti ruſtici illi in quodam non inamæno pago fecerunt: *Cùm in arce pulchra in meditullio pagi extructa, incendium oboriretur, & ii omnes ad extinguendum concurrere tempeſtivè deberent, non poterant huc pertrahi; ſed ſive ex conflagratione arcis nihil ad ſe damni pervenire poſſe rati, ſive ea prudentia imbuti, ſi maximè proximus ardeat Ucalegon, ſe tamen ſuis defendendis & flammis averruncandis ſingulos ſufficere, urceolos quilibet aqua aſſumentes, confidenter tuguriolum quiſque ſuum conſcenderunt, & conflagrationem arcis ocioſè ſpectarunt. At ſubitò auctis flammis, gliſcente incendio, excitatus ventus ignem mirificè agitavit, & deflagrante ac corruente arce, velociſſimè vicinis tuguriolis injecit, adeo ut attoniti ſinguli ordine ſuis tectis, nequicquam ſufficiente urceolo aqua, deſcendere, & omnia ſua bona, miſeri ignis arbitrio permittere coacti ſunt. Cùm tamen ſi tempeſtivè ex officio concurriſſent, & principiis obſtando, ad extinguendum allaboraviſſent, malum ſuffocare, & arcis maximam partem & ſua quiſque bona omnia, conſervare potuiſſent.* Ita profecto cùm incendium ſeu bellum hoc vaſtiſſimum in Bohemia exoriretur, & diu ſatis paulatim gliſceret, ſi omnes vicini ad ſuffocandum illud, tempeſtivè evigilaſſent, & ſuis viribus ac urceolis concurriſſent, potuit in favilla extingui. Sed cum vicini

Poli-

Digitized by Google

Politici maximam partem noluiſſent, nec preces, nec interceſſiones, nec virium promptitudinem, adhibuiſſent, putantes ex conflagratione Bohemorum, & Palatinorum ſibi nihil incommodi evenire poſſe, vel nolentes in gratiam illorum tantillum laboris aut periculi ſubire, vel præſumentes ſe ſingulos in ſuis ædibus, ſatis defenſionis habere, ita in utramque aurem dormiverunt, aut ſecuri domi vixerunt. Inde factum, ut auctæ vehementer flammæ, Bohemorum & Palatinorum, Vicinorum ſubſtantias abſumerent. Verum ardor ignis ſimul ita calore invaluit, & longè latèque ſcintillas ventus jactavit, ut jam multi ac fere omnes vicini, eo tacti, afflati, ſuis caſis &换 tuguriolis flammas concipientibus, ipſis tectis decedere, cogantur: nec jam ardorem tantum extinguere, nec quidquam ſalvum ſartum tectum ſervare poſſunt: nec calamitatum tantarum imminutionem urgere, nec gravaminum memorabilium mentionem facere audent. *Sed attoniti omnia hoſtium Hiſpanorum & bellatorum militum arbitrio permittere diſcunt, ſed & deciſionem litium forenſium, controverſiarum Religionis, & cauſarum Imperii, placito Imperatoris, Papæ filii, diremtionem ſua pace ante pedes deponunt. In pace Saxonica, qua de die in diem in pejus ruunt, & termino præfixo ſuæque finali oppreſſioni appropinquant. ab hoſte non niſi ridentur, & pro libitu illius tractantur.* Ruſtici illi incendio vaſtati, poſtquam arci maledixiſſent, & inter ſe lamentando rixati ſatis eſſent, culpam ſui mali non niſi ignaviæ & imprudentiæ ſuæ imputare potuerunt. *Sic hi cuicunque imputarint, tandem in propriam vecordiam & indiſcretionem, culpam malorum horum transferent.* Populus autem Chriſti ſibi dictum putabit, Pſ. 146. v. 3. *Ne fiduciam habetote in ingenuis, in ullo filio hominum, vel: nolite confidere in Principibus in quibus non eſt ſalus.* Hæc de Cauſa iſta.

Decima ſexta, belli hujus & malorum iſtorum, *Cauſa* eſt, *malitia Papiſtarum, qua ſoli omnia poſſidere, alios omnes, maximè Chriſtianos veros exſtirpare volunt*, quod ut obtineant, omnibus artibus, conatibus, & ejuſmodi bellis, agunt. Hæc malitia execrabilis, in Eccleſiaſticis & Politicis eorum, tam altas radices egit, & ad tanta faſtigia crevit, ut nullo modo ſatis deſcribi, atque enarrari poſſit, objectis armis accidi vel evelli meretur. hic ſaltem paucis attingetur: *Quod derelicto uno ſummo Deo, uno Capite Eccleſiæ, & uno fundamento Religionis, Chriſto, alium ſibi Deum, aliud Eccleſiæ Caput, & Religionis fundamentum, effinxerint, Papam Romanum, qui uti ſupra omnia ſeſe effert, & nomen* XVI. *Papiſtarũ malitia.*

men Dei ſibi vendicat, ita illi in Gloſſa Iuris Canonici Dominum Deum ſuum nominant, & fatente Blondo, Omnes Principes orbis terrarum Papam illum ut Deum ſummum honorant & colunt, & ipſe Papa cum Steucho Bibliothecario ſuo gloriantur, quod Conſtantinus Imperatorteum appellaverit Deum, habuerit pro Deo, & adoraverit ut Deum, divinos ei honores conferens; Caput vero Eccleſiæ omnes paßim nominant, & Religionem non niſi ejus arbitrio, quaſi fundamento, niti docent. Quamvis verò hic, perinde atque in conjugio, & vinculo ſacratiſſimò, alius non feratur ſubordinatus, *vel Vicarius Deo, Capiti, Fundamento, Sponſo, Omnipræſenti nullo modo detur*, tamen hi pertinacius quam impudentiſſima adultera ſubordinatum, Deum & Vicarium, contra maritum ſibi aſſerere audent. Quod quam malitioſum ſit coram Deo, indicatur Jerem. 2. verſ. 12. 13. *Obſtupeſcite Cæli de hac re, & horreſcite, deſolemini valdè, dictum Iehovæ: Nam duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt, ſcaturiginem aquarum perennium, & effoderunt ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non capiunt aquas.* Neque ſuis exceptionibus hoc judicium Dei eliſerint, magis quam adultera, ſi maximè dicat ſe à marito legitimo non deficere, ſed tantum ſubordinatum Vicarium habere: aut alii idololatræ mæchi, perfidi, uxores quidem non abjicientes, ſed tamen concubinas habentes. *Delictum in pacta vel obligationes cum homine grave & inexcuſabile habetur, adulteræ vel adulteri jure divino & humano morti traduntur: quanto magis talia delicta, in obligationem cum Deo commiſſa, gravia ſunt, & ſtipendia, mortem habent?* Unde quoties Veteres ita derelicto Deo, aliquid humani complexi ſunt, bella ſuis humeris attraxerunt. Accedit huic Papiſtarum actioni, quo magis à Deo recedere probantur, reprobus quidam maximè damnandus zelus & perverſus ſenſus, cum magis zelo afficiuntur pro Papa & ejus traditione, quam pro Deo & ejus inſtitutione. *Nam ſi quis contra Deum & Legem ejus peccet, ſuſque deque habent; ſed ſi quis contra conſuetudines Papæ quid agat, ad morte afficiendum illum parati ſunt:* Quæ ſummi unius Dei, unius Capitis Chriſti, ac Sponſi cœleſtis, & veri fundamenti Religionis ſunt, Scripturam & Inſtitutionem Domini, non adeo diligunt, amant, verſant, nedum ex toto corde, & tota anima; ſed facile contemnunt, abjiciunt, tranſgrediuntur. *Verùm quæ iſtius ficti Dei, vel adulteri Vicarii ſunt, conſuetudines, traditiones & inſtitutiones, etiam grandi ſacrilegio contaminatæ, ea, vel eas, nimis amant, maximi faciunt, coram oculis Domini retinent, obſervant, earum ergò moriuntur.*

Papiſtarũ perverſio.

Digitized by Google

-riuntur. Neque Legem Dei, Scripturam Sacram, & Inſtitutionem Chriſti quicquam ſenſus certi aut rationis habere perſuaſi ſunt, niſi quatenus adulter ille vicarius eam ita vel aliter interpretetur, mutilet, ac pervertat: neque jam puro Dei Verbo, & apertæ Inſtitutioni Chriſti, ſed iſtius Papæ interpretationi ac diſpoſitioni, *vocantes eum Eccleſiam*, ut Eccleſiæ vim, & Domino ægrè faciant, adhærent. *Et planè ac perversè, Eccleſiæ plus quam Deo, creaturæ plus quam Creatori, maritæ quam marito, imò corruptæ meretrici plus quam Domino Sancto Sanctorum, tribuunt. Quinimò ſuæ factioni, adulteræ corruptiſſimæ, & hominibus peccati, plus autoritatis, quam Dei Verbo & Capiti Chriſto, & aliis fideliſſimis Chriſtianis arrogare non dubitant.* Mox, abjecta Scriptura & Cynoſura veritatis, lenonum Miſſificorum ſuorum temeritate docti, vel inverſi, eodem perverſo ſenſu ebuccinant, clamant, ſcribunt, *Se*, vel illam multitudinem, quæ Papæ in ſolidum adhæret, & ejus conſuetudines obſervat, *eſſe citra dubium illam unicam ſanctam Catholicam veram Chriſti Eccleſiam; & ſibi ſolis competere ac propriè deberi omnia illa ſancta, beata, quæ in Scripturis de vera Chriſti Sponſa Eccleſia pura prædicantur: quia nimirum Papa ſuis tantum hæc applicet, vel ita eum ſenſum Scripturis aſſignet, quaſi tam polluta corrupta factio, adultera, Chriſti Sponſa vera, maneat, aut illa ſancta ſemper talis fuerit, aut tantum audeat*; Alias verò omnes particulares Eccleſias & communitates piorum, etiamſi integerrimè & inculpatè Dei Verbo atque Inſtitutioni Chriſti, adhæreant, veræ Eccleſiæ notas habeant, adeoque Catholicæ Eccleſiæ partes ſint, modo aliquas Papæ traditiones & conſuetudines negligant, aut arguant, non niſi Hæreticos execrabiles, igne, ferro delendos, iniquo blaſphemo ore clamant, & ſenſu perverſo, mali, ſtatuunt. Ubi quanquam ipſum Deum cum ſuo Verbo, & Chriſtum cum ſua Inſtitutione, blaſphemè hæreſeos, ipſi ſacrilegi, condemnare non vereanter, tamen iniqui mendaces, ſe non errare, ceu Phariſæi credunt: porrò ſoli cum ſuo Papa optimi eſſe, ubique honorari volunt; Chriſtianos & omnes ſe meliores, Cainico affectu de medio tollere nituntur. Utque hæc malitia evidentior ſit: *Quicquid Papa cum exercitibus ſuorum Sacerdotum è proprio dicunt aut ſtatuunt, etiamſi aperto Dei Verbo & Inſtitutioni Chriſti, ac toti analogiæ Fidei & veræ Religioni contrarium ſit, id omne hi merum Dei Verbum, Legem Chriſti & Religionem Catholicam ſolam ſalvificam eſſe putant. Ideoque ſolos Papæ cultores, illam veram Catholicam Eccleſiam exiſtere, & ſe ſolos*

ſolos veram Religionem Chriſtianam, qualitercunque à Papis variatam habere, impotenter aſſerunt; Qui à Papa diverſum quid ſentiunt, ac docent, etiamſi rectè cum Dei Verbo, Inſtitutione Chriſti, & Forma Eccleſiarum Primitivarum Apoſtolicarum conveniat, id totum uti jam dictum, iſti, Hæreſim damnabilem eſſe, taleſque omnes ceu Hæreticos bellis opprimi & comburi debere, inſana malitia coaxant. Et licet hic in utramque partem turpiter errent, fallantur, & mentiantur; *tamen corrigi vel revocari ab errore nunquam volunt.* Sed nec ſeipſos noſſe vel probare, nec de via religioneque ſua ampliùs cogitare, nec Legem Dei legere, nec Scripturas ſcrutari, nec veritatem atque ipſam rei ſubſtantiam, accuratiùs cognoſcere, dignantur: Præconceptis ac perverſis opinionibus ſuis, *viliori quam Carbonaria fide inhærendum, & ſerviliter moriendum, miſera Papæ mancipia putant. Nec Laici ſuum eſſe norunt, Scripturas Sacras viam veritatis legere, legendo intelligere, omnia probare, quod bonum ſit retinere, ſanam & rectam Articulorum Fidei de Deo, de Chriſto, de Eccleſia, deque tota Religione cognitionem habere.* Somniant, hæc omnia ad Sacerdotes tantum pertinere, quos tamen ipſos non norunt in his rectè illuminatos eſſe. Tandem ignari, cęci, duces cęcos, quocunque eatur, ſequuntur, ſub nomine diſcipulorum Chriſti, ſuſtentant ſatellites Antichriſti, conſcientiæ nullam rationem habendam didicerunt, quod Confeſſarii ſuperbi impuri innuunt, aut proponunt, ſerviliter amplectuntur: De Antichriſti notis & moribus, de Satanę machinationibus, de mundi vel carnis tentationibus, parum vel nihil inſtructi, eorum laqueis circumducuntur, & hoc tantum Religionem eſſe credentes, hæc miſeri in deliciis habent. *Veræ pietatis, ſpei, charitatis ac fiduciæ de remiſſione pecatorum, de certitudine ſalutis, nulla his cura.* Si quis eos de his omnibus fideliter docere, iis rectè Chriſtum prædicare, Antichriſtum manifeſtare voluerit, illum majori furore, quam Ethnici Idololatræ, & Judæi Phariſæis mancipati, olim Chriſti Diſcipulos, perſequuntur. Interim, ut porro malitia iſta notior ſit, in utramque aurem ſecurè dormientes, ac ſibi blandientes, quicquid laudabile, bonum, ſanctum, magnificum, in Sacris Literis, de Deo, Chriſto, Eccleſia pœnitente habetur, illud totum ſuo Papę, & ſibi deberi exiſtimant, eo ſe efferunt; è diametro quicquid mali, ignominioſi & damnabilis in Diabolum, Idololatras, veros Hęreticos, & impœnitentes paratum eſt, id totum in Chriſtianos veros, qui Papæ non adulantur, inaniter

Digitized by Google

inaniter & ridiculè vibrant, *in utramque partem, ut iterum dicatur, errantes, cæci perverſi.* A mundi progreſſu, *quoties aliqui ſimplici inſtitutione Patriarcharum de uno Deo purè colendo, non contenti, aliquid ſibi ex hominibus quaſi in Deum, aut in Religionis pulchritudinem erexerunt, eique ceu Deo adhæſerunt, toties à Deo averſi in idololatriam lapſi ſunt, & Diabolum coluerunt, unde bellis attriti, æternâ damnatione perierunt.* Quid cum iſtis aliud agatur? Iſraëlitæ quoties Legem Dei, & purum ac ſimpliciorem Religionis modum ſpernere, atque aliquid ex aliis falſorum Deorum cultibus, quaſi lætiorem & pulchriorem Religionem, aſſumere auſi ſunt, toties accuſati, quod Deum deſeruerint, & Idola coluerint, bella captivitates meruerunt. *Hi ſpreta Lege & Inſtitutione Chriſti, aſſumptis Ceremoniis, ab Ethnicis, à Iudæis & Hæreticis, quid agunt, niſi à Deo uno avertuntur, ad Idola, Dæmoniaque colenda delabuntur, & quo plures his corruperunt, eo plurium cervicibus bella & omnia mala attrahunt, adeo ut malum ſit eos multitudine gloriari.* Alii, quotquot à Deo deficiebant, & alios ſibi Deos aut modos colendi eos inveniebant, *plerumque ſuis figmentis, & numeris non ita multis, contenti erant, alios omnes poſt ſe trahere, ab eorum bonis, vel ipſo verò Deo omnes avertere non laborabant.* Unde qui voluerunt Deo, ejuſque Legi adhærere, liberum habebant. Si quædam tempora excipias, quibus Antiochus, Arius, & alii typi Antichriſti tumultuati ſunt. Iſti jam non contenti ſe ſolos defeciſſe, volunt planè omnes, maximè Chriſtianos, ſecum trahere, aut non tantum cœlis, ſed & toto habitabili orbe excludere, dum ſuperbè non modo cœleſtia regna ad ſe ſolos pertinere jactant, ſed etiam orbem terræ cum omnibus bonis ſibi rapere conantur; adeò inſigni malitia ut neminem vita, neminem luce Solis, *neminem aqua, neminem aëre, neminem cibis & potibus à Deo generi humano conceſſis, frui ſinerent, ſi omnes interficere poſſent, niſi ipſis omne ſubjectum ſit.* Et quanquam manſuetudo Chriſtiana, cum deplorata & deſperata jam ſint in iis meliora, eos ſuo ſenſu abundare ſinat, eos toleret, & bonis communibus frui non prohibeat, nec ut olim Arianos atque alios horum ſimiles, à fide vera & Euangelio degeneres, communi autoritate, orbis, majori urbis, compeſcat, ſed judicio Dei relinquit, & ferè ubique primas tenere permittit, *quo contenti & grati eſſe deberent*; tamen hoc illi non expendunt, nec aliis tantam humanitatem probant: *ſed quo plus licentiæ, eo plus malitiæ retinent*, ea ingratitudine & arrogantia contra naturalē & univerſalem charitatis legem;

Quod tibi non vis, alteri ne feceris, & , Quod tibi fieri velis, alteri facias, tendentes, omnibus ubique gentibus bellorum cauſas præbent. Summa iracundia negant ſe à Deo & Chriſto recedere, ſed ajunt, *ſe per illum ſubordinatum Deum & Vicarium, tanquam Pontificem maximum, etiam maximè Chriſto adhærere.* Verùm quid valet proteſtatio contraria facto? Negatio illa eſt, *mulieris ſcortantis, quæ comedit, deinde abſtergit os ſuum, & tum dicit, non ſum operata iniquitatem.* Prover. 30. verſ. 20. Num pacto & fide jugali marita per vicarium mariti adhęret? Deo per Chriſtum, Chriſto per Spiritum Sanctum fide adhæremus, eoque fruimur, non per tale monſtrum in terris. Nam Deus Chriſtum dedit Eccleſiæ Caput: Chriſtus Spiritu ſuo nos ſibi unitos ſervans, Eccleſiæ *dedit Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, Paſtores & Doctores, quorum miniſterio ædificemur omnes in unitatem fidei, in corpus Chriſti, in virum adultum, ad menſuram plenæ ſtaturæ Chriſti.* Nullum autem talem univerſalem Papam, per quem ipſi adhæreamus. Cùm aſcendiſſet in Cœlum humanitate, Deitatem ſuam non abſtulit, ſed ea ſe nobis ſemper præſentem eſſe declaravit, inſuper Spiritum Sanctum Conſolatorem dedit, cujus operatione fidem habeamus, eaque ita ei adhæreamus, ut tali Vicario carnali Romano planè non opus ſit, nec per eum tale quid fiat. *Quæ iterum malitia eſt, ut per quem à Deo & Chriſto avertuntur, per eum ſe Chriſto adhærere dicant?* Iſraëlitæ credebant ſe à Deo non deficere, ſed cum ſummo ejus Sacerdote Aharone ei adhærere, Feſtum Jehovæ celebrare, quando vitulum fuſilem, præter & contra Dei Legem coluerunt, & illum *Deos Iſraëlis vocantes, utique Deum verum ſic repræſentari exiſtimarunt. nihilominùs corruptionis, à Deo averſionis & idololatriæ convicti, graves pœnas luere coacti ſunt.* Exod. cap. 32. Similiter in Palæſtina quis putet omnes adeo dementes & bardos fuiſſe, ut prorſus repudiato Deo cœli & terræ, toto corde falſos fictos gentium Deos, toties coluerint? Sed habuit ſcelus iſtud haud dubiè prætextus, quaſi non illicò à Deo deficerent, ſi ei ſoli & puro ejus Verbo intenti non eſſent, ſed aliquid tantum ex moribus & conſuetudinibus idololatricis, in gratiam quorundam, vel quaſi his Religionem meliùs aut ornatiùs exercerent, adhibere vel committere auderent. *Verum prætextus qualeſcunque nihil valuerunt, ſemper idololatriæ, averſionis à Deo convicti, per Prophetas accuſati, & bellis ac plagis variis, emendati ſunt. Idem de Papiſtis iſtis in communi verum eſt.* Cur Scriptura ac Dei Verbum ipſis

Excuſationes Papicolarum frivolæ nec apud Deū receptæ.

inſuffi-

inſufficiens? Cur Inſtitutio Chriſti,& ſimplex adminiſtratio Primitivæ Eccleſiæ, non ſatis bona? non ſatis pulchra? Quamobrem ea non contenti, tot monſtra religionum, ac traditionum, à variis Idololatris, ab Ethnicis, à Judæis & Hæreticis, aſſumpſerunt? tot ceremonias veluti religionem ornaturi, re autem ipſa ſuæ libidini, vel lucro conſulturi, introduxerunt? *Cur Inſtitutionem Chriſti mutilarunt? Calici benedictionis maledicunt?* & eos qui Dei Verbo atque Inſtitutioni Chriſti fideliter inhærent, adeò perſequuntur, ut ſi hodie Petrus, Paulus, vel alius Apoſtolus, imo ipſe Chriſtus, veniat, & non ipſorum conſuetudine, ſed ſua ſancta integritate ac ſimplicitate, in Eccleſia docere, & Sacramenta adminiſtrare velit, non tam diu ut Phariſæi tolerarent, nec tantum crucifigerent, ſed crudeliſſimè tractarent, igne comburerent, & cineres ipſos in aliquod flumen projicerent. *Nempe non ſunt ab eo averſi*, quem ita exſcinderent profecto, ſi poſſent! Ac confer obſecro, vel cogitatione, vel pictura, vel Scriptura, & horum praxi, *Papam, cum Chriſto & Apoſtolis, iſtam eorum Hierarchiam & meretricium nitorem, Templorum ædificiorum divitiarum faſtus, cum ſimplicitate illa Eccleſiarum primitivarum, actiones, vitas cum actis Sanctorum, quid videbis?* omnia non tantum diverſa, quantum mutata, ſed & immediatè planè contraria; ibi ſancta, hic prophana; ibi humilia, hic ſuperba; ibi candida, hic fucata; ibi optima, hic peſſima. Sic cum Deo manent: ſic Chriſto adhærent! Quis vero tam ſtupidus & infatuatus eſt, ut *videns alicubi Heram omnia contra præſcriptum Mariti ac Heri diſpenſare, Vicarios ſucceſſivè innumerabiles habere, citra legem mariti eorum placitis regi, aut ſervum, quem Dominus alicubi præfecerit famulitio ſuo, ut det illis alimentum in tempore, Domini partes & vices ſibi aſſumere, Lege Domini neglecta vel violata, eam ſuæ interpretationi mancipare, omnia pro libitu ad luxum vel avaritiam ſuam invertere, non ſemper inſtituere, vel edendo & bibendo cum ebriis, conſervos verberare, &c.* hoc inquam videns, quis, aut eam uxorem, aut talem ſervum ſervorum fidelem, atque à Domino planè non averſum eſſe putet: aut adhuc tali uxori vel heræ, atque tali ſervo hera abutenti, potius quam Domino ipſi perendum eſſe cenſeat? Hoc verò Papiſtæ propriè agunt. Servus ille ſervorum ſe Heræ, Eccleſiæ, Sponſum vocat, & ea abutitur, Eccleſia illa oblita Chriſti, iſto delectatur. *Cùm venerit Dominus, quid dixerit, ac fecerit nequiſſimis, videbitur.* Cùmque defectio à Deo, ſit à Creatore ad crea-

Voces Papiſtarũ nequitiæ coarguunt eos.

Digitized by Google

ſturas averſio, & illa tota Eccleſia cum ſuo Papa, non ſit niſi creatura, quicquid ſibi arroget, quid aliud faciunt, qui à Papa vel ficta Eccleſia ita dependent, ut Deum, *quaſi nihil ſit*, contemnant, niſi *quod à Creatore ad creaturas convertantur, atque ita omnino à Deo deficiant?* Nam cum Stapletono ſuo blaſphemare non verentur: *Nec Deo credimus niſi propter Eccleſiam.* de autor. Script. lib. 1. c. 10. Quicquid adhuc verbis, de Deo, & Chriſto garriunt, factis omnino negant. Sicuti prodromi & typi Antichriſti, qui ſub nomine Chriſti, legalem fidei doctrinam, & flagitioſam vitę licentiam cum inveherent, judicio Pauli Apoſtoli, *Verbis profitebantur ſe Deum noſſe, ſed factis negabant; quod in Antichriſtum quadrare, Hilarius & Auguſtinus*, cum aliis Chriſtianis, *jam dudùm obſervarunt.* Et quemadmodum ipſe Diabolus, ſi quem decidere conatur, non ſeipſum indicat, ſed in Angelum lucis commutatur, & Pſeudo-Apoſtoli transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti, *ita omnino tales non apertè dicent, quales ſint, ſed ſub nomine bono, malas res fovent: ſub nomine Eccleſiæ, Meretricẽ Babylonicam; ſub Vicario Chriſti, Antichriſtũ; ſub nomine ovium, lupos, occultant, eoq; pacto ſeducunt.* Nam ſi dicerent, hic eſt Antichriſtus, nemo ipſum ſequeretur, ſed ſub nomine Chriſti, & prætextu Eccleſiæ, obtinuit Antichriſtus, & Synagoga ejus. *Cum omni fraude iniquitatis adventus Antichriſti factus eſt, unde aſtu & prætextu profeſſionis Chriſtianæ, fraudulenter, communiter Chriſtianos oppreſſit, dum eo ipſo Chriſtũ oppugnavit, quod Chriſtum prædicare creditus eſt, & ſub nomine Chriſti, Chriſtum; ſub nomine fidei fidem, factis abnegavit, ut Patres, Hilar. & Auguſt.* prænoverunt, Papiſtę verò externis titulis, & nominibus decepti ſunt, aliàs Antichriſtum tanquam diabolũ fugiſſent; Qui enim unum Deum invocare, unum Mediatorẽ agnoſcere deberent, nunc Myriadas Mediatorũ confingentes, creaturas invocant, & ad ſtatuas provoluti clamant, *S. Maria Regina Cœli, exaudi nos: in te Domina confido: S. Maria, S. Petre, S. Nicolae, S. Magdalena, &c. miſerere noſtri, ſalva nos: ora pro nobis, &c.* Nonne hoc modo etiã à creatore & verò Mediatore Chriſto, ad creaturas & mortuos abducti jacent? & quidem tanta malitia, ut hoc agnoſcere, & omittere nolint. Judæi cum Phariſæis, etſi primarios Epiſcopos, Principes Sacerdotum, Templum cum Ceremoniis, & Lege Dei haberent, & in Cathedra Moſis ſedentes, & multa benè docentes audirent, eoq; quaſi Catholica Eccleſia eſſe viderentur, tamen quia medullam & ſcopum Legis, *Chriſtum*, non curarunt, ſuperficie tenus, tantum

Papiſtæ Phariſæis ſimiles.

Præ-

Præcepta Dei expoſuerunt, eo non contenti, mandata & traditiones humanas majorum ſuorum obſervarunt: fruſtra omnia hęc egerunt, zelo quodam perverſo ducti, Phariſęos & conſuetudines, tantum Religionem eſſe crediderunt, hos defenderunt, & Chriſtum ac Diſcipulos ejus, nominibus odioſis à Phariſæis confictis ceu rebelles ſeductores, & hæreticos, oderunt: *Crucifige, crucifige, etiam ad Pilatum clamarunt, & ſanguinem ſuper ſe & filios ſuos vindicari, perverſi, infideliter popoſcerunt*: Ideo non Eccleſia Chriſti, quod *putaretur, erant, ſed adulatores & mancipia Poporum, hoſtes Chriſti & fidelium, quo ſibi meruerunt & attraxerunt à Deo rejectionem, à Romanis vaſtum bellum, & tandem horrendum illud cum damnatione excidium*. Idem metuendum Papiſtis, etiamſi Epiſcopos primarios ac ſuperbiſſimos Principes Sacerdotum, Templa, Ceremonias habeant, Cathedram Petri, Scripturam, Vicariatum Chriſti, Eccleſiam Catholicam ſe eſſe crepent; tamen, quia vim & nucleum Verbi Dei Chriſtum probè non norunt, nec eo contenti Myriadas mediatorum, traditionum humanarum, uberius quam Phariſæi obſervant, non modo fruſtra his impendunt, ſed etiam zelo & ſenſu perverſo ſuos tantum Sacerdotes, & ritus Religionem eſſe credunt, hanc mordicus retinent, *Chriſti verò fideles ſervos Euangelicos, & in iis Chriſtum ipſum, nominibus Hæreticorum, rebellium, &c. traducunt, ac ad necem uſque perſequuntur: ideò certè non Eccleſia Chriſti Catholica, ſed Synagoga malignantium ſunt, miſerrima Paparum mancipia & adulatores manent, quo, quod deterius Chriſtum in ſuis membris quam Iudæi perſequuntur, eo deteriora bella & excidia ac damnationem cum hoſtibus Chriſti merentur, & ſibi conſciſcunt*. Mahometus reprobus, quia contemptim habita Religione Chriſtiana, à Deo inſtituta, ipſe quaſi eam corrigere, aut meliorem inſtituere poſſet, ex Judaiſmo & Chriſtianiſmo, & ex erroribus, fabuliſque Ethnicis, & è cerebri ſui dæmoniaciſque phantaſiis, opera, & auxilio Monachorum, Alkoranũ quaſi legem divinam perfectiſſimam, ac religionis regulã confingere & conſarcinare auſus eſt, populoſq; Orientales, etiam multos è communi, Chriſtianitate partim fraudibus, partim vi tyrannica à Lege Dei ad ſuã traxit, non ampliùs illi qui relicto Dei Verbo, ejus Mahumeticæ factioni adhærent, populus Dei reputantur, *ſed execrabiles, uti blaſphemi, à Deo averſi, etiam à Papiſtis ipſis condemnantur. Sic quia Papa idem quod Mahometes auſus eſt*, & abjecta ſimplici Religione, ac Inſtitutione Chriſti, quaſi illã ornare,

Digitized by Google

aut meliorem efficere poſſet, multos traditionum libros & acervos confingi curavit, & ad ſua omnes cogit, qui potius Dei Verbo puro adhærent, eos crudeliùs quam Mahometus perſequitur. Ideo jam à Theodidactis non Chriſtianus, ſed *Antichriſtus eſſe agnoſcitur, convincitur, & Papiſta qui jam non Chriſto, ejuſque Inſtitutioni, ſed huic Antichriſto adhærent, ejus placitis gaudent, prorſus à Chriſto averſi, Antichriſtiani malitioſiſſimi, non minus quam Mahometiſtæ in Oriente, hi in Occidente, bellorum & malorum horum omnium cauſa propriæ ſunt.* Chriſtiani ut in Oriente contra Mahometiſtas, ita hic contra Papiſtas ſibi excidia machinantes, bella legitima & juſta gerunt. Maximè cum tantas vexationes, contumelias, injurias & perſecutiones, ab iſtis Antichriſtianis patiantur. Nam, ut progrediamur, *potentiores Papiſtarum politici, ſervitores illius Antichriſti, Papæ veſtigia adorantes,*

Cæſar & aurato veſtiti murice Reges,

Malè dominantur. *Vbi rerum potiuntur ac plenis velis navigant, ibi non Legibus Divinis & humanis, ut boni Patres, Magiſtratus, Paſtores, Benefici, uti vocantur, gubernant & diſpenſant: ſed ſenſim omnia Regnorum & gentium jura, ſtatuta, privilegia, libertates, tanquam hoſtes, invaſores, Tyranni, malefici, tractant; ad placitum ſuum vel ad libitum Papæ deformant; ſuperbè, iniquè, inhumaniter, crudeliter dominantur, populos bona conſcientiâ, libertatibus & commoditatibus juſtis privatos, Pharaonico ſervili jugo & bellis non neceſſariis potius premunt & perdunt, quam in pace & æquitate gubernarent, & conſervarent: Improbos, inhoneſtos, blaſphemos, provehentes, bonos honeſtos, ſi modo Euangelici ſint, ferre in ditionibus non poſſunt, exterminant. Nuſquam autem non gentium, Imperia, Regna, Principatus, ac gubernaturas, ambiunt, affectant, ſeipſos ad ea digniſſimos, alios omnes Magiſtratu, gubernationibus, & officiis prorſus indignos reputant, & hoc ipſo bellorum & omnium horum malorum cauſa ſunt.* Imò cum pace divites eſſe queant, *neceſſitates armorum induendorum confingunt*, ut omnes bonis exuere, ad ſummam paupertatem redigere, & in univerſum miſeris pro arbitrio dominari queant: ubi obtinuerunt & prævaluerunt, non uti Moſes, Joſua, Samuel, David, Ezechias, Joſias, & alii boni Reges & Imperatores, in populo Dei ſeſe gerunt, ſed ut Tyranni Babylonii, Aſſyrii, Ethnici, Romani Imperatores, perſecutores, à Deo & Chriſto alieni, rem adminiſtrant, & omnia vaſtant. *Qualiter enim Hiſpani novum orbem obtinuerint, qualia ibi patrarint, quam innumerabiles*

myriades

Digitized by Google

myriadas miſerorum nudorum ibi hominum crudeliſſimè excarnificarint, & neci tradiderint, quis enarrare poterit? nullos unquam populos, aliorum victores & invaſores tanta malitiâ egiſſe, ac talia deſignaſſe legimus; & quid illos è remotiori orbe commemoremus! etiam domi ſatis horum videmus: neque ſuis mancipiis humanitatem aliquam probant, aut parcunt, ſed jugo intolerabili omnes prementes & affligentes, *cum Ferdinando Duce Albano, nec ullis fidem ſervant, nec ſupplicibus & ſe quoque Papiſtas eſſe fatentibus gratificantur, quia mandata & placita ſua multo longius ſe extendant, quam ut fidem illis datam ſervare, & miſerorum rationem habere poſſint.*

Si verò Chriſtiani qui à Papa diſſentiunt, & eum Antichriſtianiſmi arguunt, alicubi in poteſtatem iſtorum veniant, væ miſeris! Ibi malitiæ & ſæviendi in inſontes nullus modus, nullus finis. Libertates & Privilegia Nationum & Rerumpublicarum iſti, *latibula Hæreſium vocant*, artibus vi & dolis exinaniunt, *Vrbes & fortalitia Hæreticorum ad fundamenta uſque diruenda ſuis conſiliis ſtatuunt*, ut nimirum omnes radicitus exſtirpare vel opprimere queant. Qui ipſorum conatibus reſiſtunt Chriſtiani, Heroës, Juſtitiæ Patroni, eos iſti perverſo ſenſu, ore blaſphemo, & peccato irremiſſibili, *nominant Hæreticos, Rebelles, Seditioſos ac Perduelles, hos bellis truculentiſſimis petunt, invadunt, & quos ſuæ poteſtatis faciunt, eorum Proceres, Primicerios, Optimates, horrendis ac execrandis executionibus enecant, ſuper reliquos crudeliter dominantur, & doctos atque in veritate conſtantes, Satanica malitia vexant, carceribus excarnificant, & omni genere ſuppliciorum è medio tollunt, reliquos inferiores ad obedientiam Papæ*, ad idololatriam multiformem, ad Beſtiæ adorationem, adeoque ad æternam damnationem diabolorum exemplo pellunt, ac cogunt, aut radicitus omnes exſtirpant. Cùm ipſi, in rei veritate, ſeducti, Idololatræ, Hæretici, Tyranni, ſcelerati, Deo & Chriſto rebelles, Thronum ejus & dominium in conſcientias ſibi rapientes, ubique ſeditioſi & mali, bonorum carnifices, Beſtiæ adoratores, Antichriſti & malorum fautores ac mancipia ſint. ut Franciſcus Petrarcha jam Anno Domini 1370, Epiſt. 19, ſcripſit: *En populum non modo Chriſti adverſarium, ſed quod eſt gravius, ſub Chriſti vexillo rebellantem Chriſto, militantem Satanæ: Chriſtum vendunt, vepribus coronant, impuriſſimi oris ſputis inquinant, illuſum, nudum, inopem, flagellatum, iterum in Calvariam trahunt, & nefariis aſſenſibus cruci iterum affigunt.* hæc & complura ibi Petrarcha, in eos

Crudelitas Papiſtarũ in Chriſtianos.

eos quorum Roma caput eſt, quid hodie diceret ? ubi trecenties ferè nequiores ſunt! Phariſæi & eorum devoti, nonne Cathedrâ Moſis, Sacerdotibus, Epiſcopis ſummis, Lege, Templo Dei, ſuperbierunt: & ſemetipſos pro optimo Dei populo tanquam pro una Catholica viſibili Eccleſia venditarunt ? ſucceſſionem, Patres, crepitarunt: *& tamen, cum ſerpentes, progenies viperarum, ex patre Diabolo mendaces, latrones, fures, cæci cæcorum duces facti eſſent, ſanctos à Deo miſſos fideles Doctores, perſequerentur, flagellarent, lapidarent, & ad necem uſque cruciarent, in eos ſævirent, Chriſtum revera ignorarent, eum in cruce agerent, ut veniret ſuper eos omnis ſanguis juſtus effuſus ſuper terram: quomodo effugere poſſint condemnationem gehennæ ?* Et iſti Papiſtæ, quicquid crepent, & ſibi videantur eſſe, ſanè Catholici, tamen cùm tam malitioſi ſint, & quemvis fidelem Chriſtianum, qui ipſorum ſocietatem devitat, arguit, ad Myriadas uſque perſequuntur, omnifariis ſuppliciis afficiant, flammis comburant, adeoque Chriſtum ipſum in membris ſuis tam malè tractent, & toties crucifigant, nonne veniret in iſtos quoque omnis ſanguis juſtus quandocunque effuſus ſuper terram ? & *quomodo iſti effugere poſſint condemnationem gehennæ?* O ſi ſaperent, & boni eſſent, aliter agerent, ea quæ pacis ſunt, quærerent, non tantis bellis contra Chriſtum, & puſillum gregem ejus furerent.

In Bohemia profectò, quia de Papiſtis *judicium* non ſolum *veritatis*, quo niſi reſipiſcant omnes omnino peribunt, ſed etiam *prudentiæ*, quo non omnes pari gradu malitiæ teneri, ſed quidam etiam ex ipſis electi, & ſalvandi innocuique eſſe poſſe videantur, & maximè *Charitatis*, quo de illis uti proximis adhuc nobis perſuademus meliora, & ſaluti adhærentia, etiam ſi ita loquamur, vigebat; illi tranquillè degere & regnare, pace libertatibus & communibus bonis frui potuiſſent, ſi tanta malitia & perverſo zelo ac ſenſu præditi non eſſent. *Bohemi* enim Chriſtiani moderati *eos dilectos amicos & dominos appellabant*, iis una ſecum ſalubritate aëris, fertilitate ſoli, & commoditate rerum frui integrum relinquebant, imo priores partes in omnibus ferè deferebant, *& ex illis Magiſtratus ſibi eligebant, quamvis per jus antiquorum bellorum nihil ipſis deberent.* At illi, Juda perverſiores amici, ab Epiſcopis corrupti, captivitatē & oppreſſionem Bohemorum cogitabant, omnibus Euangelicorum rebus & bonis inhiabant, eos patriis bonis conſcientiarum libertāte, ac Religione Chriſtiana tranquillè frui non ſinebant; ſed variis modis tentabant, inquie-

Digitized by Google

inquietabant, & cum omnibus bonis etiam Patria & vita ipſa privare, imò totam gentẽ, tot Eccleſias Chriſti exſtirpare, in nihilum redigere, aut in ſemetipſos quaſi tranſſubſtantiare, ac totum ſuo Papæ ejuſq; libidini mancipare conabantur. In ſumma, quod jã an. 1240, in Concilio Principũ & Epiſc. Germ. perorabat, Eberhardus Saliſb. Archiepiſcopus: *Flamines illi Babylonia (ſic nominat Papas Romanos) ſoli regnare capiunt, ferre parem non poſſunt: nec ceſſabunt, credite experto, donec Imperatore in ordinem redacto, Romani Imperii honore ſoluto, Paſtoribus veris oppreſſis per hunc morẽ omnia extinguant, omnia pedibus ſuis conculcent, atque in Templo Dei ſedeant, extollanturq; ſuper omne id quod colitur. Qui Servus ſervorum eſt, Dominus dominorũ, perinde ac ſi Deus eſſet, eſſe cupit. Quem Antichriſtum vocare ſolent, in cujus fronte ſcriptum eſt: Deus ſum, errare non poſſum. Hoc ipſum in Bohemia agebant, ſoli tantum Papiſtæ ibi vivere & dominari, Euangelicos planè exſcindere moliebantur*, quod & in Polonia & Germania, & ubique gentium diabolica & Antichriſtiana malitia intendunt. Quicquid obtinuerunt, nõ ut amici vel boni vicini, neque ut boni Patres, aut æqui Judices, aut veri Paſtores adminiſtrabant, ornabantq;, ſed ut echini, ſimulatores, oppreſſores, hoſtes & tyranni ſeſe gerebant: Amicos, vicinos, libertatibus, privilegiis, officiis & omnibus cõmodis occultè & apertè ſpoliabant; templa reditus Eccleſiaſticos omnes ad ſe pertinere dicebant; jugo ſervili, contemptu, novis exactionibus, injuriis variis, vexabant, irritabant, cõtriſtabant, & non pacis vel ęqui cuſtodes, ſed iniquitatũ diſſidiorũ & bellorum autores erant: maximè reformatiores Euangelicos, pura Inſtitutione Chriſti contentos, nullius unquam hæreſeos reos, nedum convictos, aſſiduè, iniquè, miſera principii petitione, imo peccato irremiſſibili, contra ſpiritum veritatis, contra Regni ſtatuta, pacta, & juramenta propria, *Hæreticos, Hæreticos nuncupabant*, ſubſelliis movebant, cum immunitatibus omnem Chriſtianorum honorem pientioribus auferebãt, eos magis ac magis exhauriendos, ac deinceps executione quadam bellica ad fundamentũ uſque exinaniendos ſtatuebant; ubi potuerunt, à Chriſtianiſmo ad Papiſmũ invitabant, ſeducebant, aut ſeorſim in odium Magiſtratui adducebant, aut calumniis obrui, atq; adeo exacerbari faciebant, ut tandẽ bellum hoc immane conflarent, quo mox ſuperiores facti, Bohemos ſemper meliora ſperantes, ſuiſq; libertatibus & religioni veræ, non tam fortiter ac ſolerter, uti oportuit attendentes aut conſulentes, nunc demũ pro more ſuo tractant,

Omnia malè agunt.

Digitized by Google

curribus, corvos in turribus, columbas in ſterquilinio, liberos lupos, agnos in vinculis, Chriſtum denique exulem, Antichriſtum Dominum, Beelzebub Iudicem. Quantò magis hodiè execrandi ſunt, cùm hæc omnia evidentius, maximè in Bohemia cernantur, mox alibi metuantur; & illi jam trecentis ferè annis trecenties pejores appareant! Neque eſt, ut dicat quis, *Bohemos hæc talia ſpecialiter meruiſſe, & iſtos bello laceſſiviſſe, irritaviſſe, ſibi infeſtos reddidiſſe.* Nam illi ubique omnibus hæc intentant, & idem cum aliis agunt. Si quando ſentiant ſe non poſſe omnibus in mundo prævalere, & idem inferre, ideoque alicubi ad tempus differant, & à Turcis nonnunquam pacem redimant, certè ſaltem eos, qui Dei Verbum & cum Inſtitutione Chriſti totam Religionem puriùs ſervant, planè de terra viventium delere conantur, imo jam dudum in hoc opere ſunt, tanta malitia & crudelitate, ut Herodes, Nerones, Domitiani, Antonini, Severi, Maximini, Juliani, & ſimiles generis humani peſtes, ac Tyranni, *videantur fuiſſe, modeſti* præ his. Nam nullum ferè genus ſuppliciorum, quod excogitari potuit, omiſerunt, quo non in ſervos Chriſti ſævirent: & nulli unquam perſecutores fuerunt, quos inventione cruciatuum acumen Papiſticum, non ſuperârit, ita ut jam omnia Europæ Regna, *quatenus ultra ſævire non datur*, innocentiſſimorum hominum ſanguine conſperſa ſint, nulla vel ſexus vel ætatis habita ratione: & quidem hinc inde tanta copia: ut immaniſſimorum Tyrannorum crudelitatem explere, & diabolicam ſitim reſtinguere ſanguis queat, quales antiquis temporibus fuiſſe memorantur, *Cyclops, Buſiris, Sciron, Phalaris, Titan, Gyges.* Verum hi nullo unquam ſanguine ſatiari queunt: Nec uno ſeculo tantùm, ſed aliquot jam ſeculis iſtorum malitia ſævit, uti Bernardus jam ſuo tempore circa annum Domini 1120 conqueritur, ſermone ad Paſtores congregatos: *Multa eſt hodiè & longè gravior quàm credi poſſit perſecutio Eccleſiæ ſanctæ: & talis incumbit, qualis à principio non fuit. Multis modis Eccleſiam perſecutus eſt Diabolus, ſed nunquam gravius quam hodie: quia nunquam fuit major perditio Chriſtianorum, nec liberior aut ſecurior tranſgreſſio divinorum præceptorum.* Quod, ne de alia quam Papali perſecutione accipiatur, alibi Serm. 1. in Converſ. S. Pauli addit: *Heu, heu Domine Deus! ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua Primatum diligere, gerere Principatum. Arcem Sion occupaverunt, univerſam civitatem tuam incendio tradunt.* & alibi lib. 2. de Conſid: ad Eugenium:

Sævi Papiſtæ.

nium: *Eccleſiæ filii, qui Chriſtiano cenſentur nomine, proſtrati ſunt in deſerto, aut interfecti gladio, aut fame conſumpti.* Quid nunc diceret, bonus Pater! cùm poſt annos ab ejus tempore quingentos, nondum ſunt meliores, nondum fiunt ab iſtis meliora, ſed in dies pejora ac deteriora. Ut enim taceatur: quot prætextu illius belli ſacri Myriadas Chriſtianorum ſine cauſa perdiderunt, cum Eccleſiis Orientalibus aliquo modo preſſis, potiùs precibus interceſſionibus & aliis rationibus, quam bello univerſali adeſſe, adeoque omnia conſiliis quam armis potius experiri, debuerint; item quomodo Conſtantinopolim, & reliquas multas Eccleſias, in Aſia, in Græcia, quod Papæ jugum ſuſcipere noluerint, in manu Turcarum, nefariè deſeruerint, cauſaque interitus tot Chriſtianorum fuerint. *Certe in Europa, vix monſtrari poſſit regio vel urbs, quæ non ſanguinolenta ipſorum crudelitate ſit fœdata, quæ non cruore ſanctiſſimorum Martyrum madeat, quæ non cineribus combuſtorum pulverulenta gemat. Cùm jam tot ſeculis, ubi Papiſtæ dominantur, omnes excidio tradantur*, qui Deo potiùs quam Papæ obediunt. Et *cùm ne nunc quidem, ubi*, per tot Euangelicos, per tot eximios Doctores, & conſtantiſſimos martyres, *ipſis ſatis occaſionum,* ad agnitionẽ veritatis, & Antichriſtianę pravitatis, adeoque *ad reſipiſcentiam, præbetur,* veritatem agnoſcere, *& reſipiſcere velint, ab operibus manuum ſuarũ, ut ne adorent in ſtatuis ſuis dæmonia, & ſimulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare: nec reſipiſcant ab homicidiis ſuis, neque veneficiis ſuis, neque ſcortatione ſua, neque à furtis ſuis, & ſacrilegio grandi atque omni idolomania,* non dubium eſt eos etiam arma Turcarũ Chriſtianiſmo attrahere, adeoque bellorum à Turcis Chriſtianitati illatorum, & cædium omnium, quotquot iis bellis factę ſunt, cauſam eſſe. *Nam ob idolomaniam & talia ſcelera, ut olim potentiſſima duo regna, Iſraëliticũ & Iudaicũ, per Aſſyrios & Chaldeos everſa fuerunt, & ſub N. Teſt. in Oriente per Turcas occiſa jacet tertia pars hominũ.* Apoc. 9. Nempe vaſtata inſignia Regna, Imperia Chriſtianorũ, corruptelas hæreticas & idolatricas, non averſantium, *in Ægypto, Paleſtina, Damaſcena, Syria, Aſia, Cypro, Thracia, Armenia, Myſia, & nonnihil in Hungaria: ita prorſus nemini ſit mirum, ſi iſta Papiſtarum facinora*, quibus ſcatent, à quibus non reſipiſcunt, ſed jam ut hęreticos cędunt, qui cùm his non faciunt, *eoſdẽ exercitus Turcarũ attrahant adhuc, ut reliquias Chriſtiani orbis ob eadem flagitia pervagantes, iterum tertiam hominum partem occidant. Fruſtra obnitentibus*

Prin-

Principibus Chriſtianis, qui interim iſta idololatria, tales ſibi clades accerſunt, & Turcas invictos reddunt, ultore Deo. Non recenſebo Imperatores & Reges omnes, quotquot ad nutum Papæ omnia facere indignum agnoverunt, quam Antichriſtiana elatione Papæ eos excommunicarint, & Papiſtæ furibundi bellis exagitarint, quotq; Myriadas Chriſtianorum invicem tot ſeculis internecione deleverint, teſtantur hiſtoriæ, *Gregorii 2, Leonem Imperatorem excommunicantis, & vectigalibus privantis; Zachariæ ſchiſmatici Papæ Childericum Galliæ Regem loco moventis; Leonis 3, Impp. Græcos occidente executientis; Alexandri 3, Fridericum I, pedibus calcantis; Gregorii 7, Henricum 4, dejicientis; Innocentii 3, Ottonem 4, præcipitantis; Innocentii 4, Friderico 2, Imperium adimentis; Clementis 6, Ludovicum 4, Bavarum excommunicatione vexantis; Iulii 2, proavum Henrici 4, Galliarum Regis Navarræ Regno ſpoliantis; Sixti 5, Carolum 9, Galliæ, Elizabetam Reginam Angliæ Regno exuere conantis, & reliquorum, ubi Papiſtæ furentes ex arbitrio Paparum innumerabilia millia Chriſtianorum invicem occiderunt.* ea breviter attingam, quæ ob religionem in puriores Chriſtianos malitioſiſſimè commiſerunt.

Hæc in prima parte dicta.

Poſt annum Do. 1200, *Albigenſes Chriſtiani fideles, qui Deum ſecundum Verbum ipſius, non ſecundũ traditiones & ceremonias Paparum colere veram Religionem eſſe docuerunt, Papiſtas juſtè reprehenderunt, ideo malitioſi Papiſtæ, ab Innocentio 3, revera nocentiſſimo incitati, in Galliis, eos inſontes & fideles ita perſecuti ſunt, bello, cædibus, prædis, lanienis vexarunt, ut paucis annis plusquam centum millia hominum ſanctorum occiderint.* Poſt annũ 1400, *è Bohemis & reliquiis VValdenſium ſeu Albienſium illorũ non ſolum Io. Huſſ. & M. Ieron. Pragenſem, quibus duobus mundus tum non habuit doctiores aut meliores Chriſtianos, crudeliſſimè flammis uſtularunt, ſed etiam 20, & pluribus annis in Bohemia bellum contra Chriſtianos, ex tota fere Europa proruentes, ac eos iniquè & mendaci ore Huſſitas hæreticos, & bellum ipſum bellum Huſſiticum vocantes, maximo furore geſſerunt, quos ſeorſim invaſerunt aut ceperunt, viros, mulieres, malitiâ diabolicâ excarnificarunt, in profundas ac horrendas metallorũ fodinas, in foveas, & aquas, projectarunt, ad carceres & rogos condemnarunt, & vix numerari poſſent millia, quot eorum tam diuturno bello, tam validis exercitibus, tam numeroſis præliis proſtraverunt, etſi nõ pauciores ſuorum perdiderunt, Chriſtianumq; populum, qui melioribus imbuendus & reſervandus erat, protervi exciderunt,* & ſuæ factioni in compactatis adeò non caverunt, ut amplius nec religioſi dici, nec in Bohemia tolerari digni ſint, ſi Bohemi ſtricto jure in iſtos agere voluerint.

Tyrannis Papiſtica ob religionem.

bante & reclamante Martino Epiſcopo Thuronenſi, Maximus Imperator, Valentiniani Junioris interfector, *ad placitum Romani, capitali ſupplicio affecit*: Ex hoc illaudabili & contradictioni obnoxio exemplo, *deinceps impulſoribus Epiſcopis in Hæreticos idem ſtatui cœpit.* Tandem elati Pontifices, quotquot eorum ſuperbiæ, iniquitati, traditionibus improbis, tyrannidi, vel idolomaniæ, minimum contradicerent, arrogarunt ſibi hoc, ut tales pro *Hæreticis condemnarent*, & brachium ſeculare, vel Imperatores adigerent, *ut eos* qui ſunt à Papa hæreſeos inſimulati, *morte afficerent. Inde ex hoc diro fonte, immenſum, quantum ſanguinis innocui Sancti, prætextu hæreſeos Papiſtæ profuderint.* Legantur Hiſtoriæ & Martyrologia, ad horrorem uſque omnia ſanguine madentia, & malitia Papiſtarum polluta apparebunt. In *Italia, Hiſpania*, & aliis Regionibus, ubi abſolutum Dominium in omnes obtinuerunt, nec peregrinum, nec domeſticum Chriſtianum, qui per omnia cum ipſis non faciat, diu vivere ſinunt, modo ipſum agnoſcant, omni iniquitate, crudelitate, facultatibus ſpoliant, carceribus macerant, inquiſitionibus cruciant, propter veritatem Hæreſeos condemnant, *& tandem variis tormentis excarnificatum, omnibus contumeliis affectum, vel clandeſtinè in antris ſuis perimunt, vel in theatra publica productum, jucundo ſuorum ſpectaculo, igne comburunt, aut quo deteriori poſſunt, ſupplicio afficiunt.* Sed & nonnullis civibus, aut mercatoribus ſuis, ut eorum bonis vi potiantur, idem per calumnias & fraudes faciunt, ut ex pravitate Inquiſitionis Hiſpanicæ, & ipſa rerum experientia conſtat. & numerus ita ibi peremtorum ſanctorum Martyrum, *quibus Sodomitica iſta ac Phalaritica regna, indigna erant*, infinitus eſt. In *Gallia* idem Papiſtæ cum inflammantur, deſignant. *Notoria illa Pariſienſi laniena Bartholomeana Anno 1572, & unius menſis ſpacio, triginta millia hominum Chriſtianorum occiderunt. Sic nimirum Regales nuptias conſecrarunt*, Thyeſtæa convivia invitatis apparaverunt, & notam ſibi merito, *Gallica fides*, inuſſerunt. ut taceantur *millia Martyrum ibi trucidata ſub Franciſcis I, II, & Henrico II.* Sunt qui annotarint, clades & bella civilia, ab anno Domini 1572, uſque ad annum 1585, *abſumpſiſſe quadragies centum hominum millia, inter quos fuerint quadraginta millia nobiliſſimorum virorum*; *quot tandem per annos octodecim, adhuc continuatis bellis & circa Rupellam noſtra ætate abſumpti ſint: quis enumerabit?* nuſquam tamen meretricis illius, *ſanguine tanto ebriæ ſitis ſedari*, nec modus aut finis malitiæ Papiſtarum fieri

Digitized by Google

fieri poteſt. *In Anglia*, quomodo Papiſtæ ſua malitia à diebus *VVicleri* Chriſtianos tractaverint, *& quam multos bonos viros occiderint*, Foxius, & præfatio Poveli, ad Academicos Oxonienſes enarrat. Temporibus certè Marianis, *Regnum illud fumis ex Martyrum rogis, fuit denigratum*. Poſtea Anno Domini 1588, quando Sixtus V, Hiſpaniæ Regem bruto fulmine, quo Regnum Angliæ jam tum tertia vice prædæ expoſitum fuit, impulit, ut nixus donatione Pontificia illud ſibi armis vendicare conſtituerit, *Omnes prorſus ibi Chriſtianos Papiſtæ ſua malitia deleviſſent, ac crudeliſſimis ſuppliciis, ut conſueverunt, affeciſſent, niſi Deus malitiam iſtam & claſſem illam eorum invincibilem eo adornatam, confudiſſet*, Regique frenum in nares injeciſſet, ac pœnitentiæ cauſam ſuppeditaſſet. Nec tamen malitioſi Papiſtæ ceſſant, ſed altera vice bellum redintegrari & Anglos ſubigi poſſe ſcribunt. imò *Regem cum Ordinibus congregatis, & Comitio ipſo nefaria proditione pulvere nitrario, in aëra disjicere, & jactu oculi contrucidare voluerunt, niſi protectione Dei res ea ipſa hora detecta fuiſſet*. Ac certè non quieſcent, niſi Decreta ſui Papæ maligna exſequantur, aut vindicta Dei in infernum præcipitentur. Legatur quid jam ſit factum in Irlandia. *Americani ne in cœlis quidem eſſe volunt, quatenus ibi Papiſtæ forent, ne ſuâ malitiâ tantopere ſe ibi crucient, quemadmodum in ipſorum Regnis fecerunt*. In *Belgio* inennarrabilia mala Papiſtæ patrarunt, plurima Chriſtianorum millia hinc inde necarunt, *Dammonæ aliquoties centenos de alta turri in mucrones armorum præcipitarunt, & Dux Albanus paucis annis, quibus Belgicæ ditioni præfuit, octodecim millia & ſexcentos hominum utriuſque ſexus, in judicio publico, clàm & palàm furialibus carnificinis, & ſuppliciis ſuſtulit. Nec tamen execrabili prioribuſque ſeculis inaudita malitia hac*, quod ipſe cum deteſtatione confeſſus eſt, *Inquiſitioni ſanctiſſimorum ſcilicet Patrum* ſatisfecit, *etiam eorum millibus, quos alias bellis abolevit*: Necquicquam clamante Eraſmo: *Non eo probabimus nos eſſe Chriſtianos, ſi multos occiderimus, ſed ſi multos ſervaverimus*. Nec Imperii fines veriti ſunt, *Verùm quid in VVeſtphalia, Ducatu Iuliacenſi, Colonia, & in Comitatibus Germaniæ nonnullis, & quàm deteſtandâ perfidiâ cum VVeſalienſibus egerint, multi adhuc memoria tenent. Quam nec dediticiis, nec ulli ſexui, nec ætati, nec conditioni pepercerint! gravidas mulieres, diſtentis humi manibus & pedibus, tabulato clavis affixerunt: ventre aperto disjecto fœtum extraxerunt, & in fruſtra diſcerptum ori parentum alligarunt: parentes fame longâ ad propriam ſobolem comedendam adegerunt*:

Papiſtæ beſtiali ſævitia inſignes, mali.

runt: Infantes bimulos & infra, in apertos ventres matrum incluſerunt, & ſanguine materno ſuffocarunt: viros virilibus alligatos ad perticas extra domos, ut ſigna diverſoriis ſolent appendi, appenderunt: fidem datam nullis ſervarunt. Et tales latrones perfidos ſceleratiſſimos, pro Chriſtianis haberemus? quin ſi hic ſuppliciis meritis non fuerint affecti per conniventiam ſuorum Magiſtratuum, *æternis ſuppliciis in gehenna obnoxii ſunt.* Purgatorius ignis & tormina, quæ ipſi ſe ſubituros credunt, non ſatis eos punirent. Verùm quid hæc antiquiora commemorare opus, dùm hoc bello nova talia quotidie vel videmus, vel audimus, vel experimur? *Bohemis fidem vix haberemus, niſi iſta malitia ultra ſeſe effunderet. Magdeburga, Sileſia, Germania, Irlandia, Anglia, Scotia, quæ diu noſtras calamitates otioſa ſpectavit, nunc edicat: quid Papiſtæ ſint!* Nam nun credunt niſi experti, & delicati verentur eos vocare mancipia Antichriſti, ut & Papam Antichriſtum: ſed *omnia agmina & millia Martyrum, non dubitant, quin jam ſanguine & morte ad abundantiam uſque teſtati ſunt, & convicerunt, evicerunt.*

Norunt illi, cauſas malorum & diſſidiorum, & bellorum affricare Chriſtianis Euangelicis, ut olim Tyranni ſanctis innocentibus, & lupus ille turbationem aquæ agno; ſed Sancti omnes in eos jam retorſerunt, & omnia, ceu lapides ſurſum projecti, in capita ipſorum recidunt, & ipſi omnium rei ſunt, ſua malitia & ſanguinibus Martyrum omnia fœda reddiderunt. Nec ullo fundamento negare poſſunt; ſed ut hæc omnia jure agi videantur, & jactentur, ipſimet coronide malitiæ & perverſitatis ſibi *leges in hunc uſum, ceu latrones ad ſua ſcelera juſtificanda condiderunt, quaſi omnes, qui cum Romano Papa non conſentiant, vel aliter quid ſentire audeant, maledicti hæretici ſint, anathemate percuti, & ſupplicio capitis affici, debeant.* Decret. Greg. lib. 5. Tit. 7. *& quaſi prorſus non dignus ſit ullus, qui Solis luce fruatur, cui Papa inimicus eſt.* Can. 11. q. 3. c. 15. quas leges, nec è Sinai, nec è Syone, ſed ex ore Draconis & Beſtiæ, à Synagoga malignantium, prodire, Theodidacti deprehendunt. Et prorſus impoſſibile eſt omnem ipſorum malitiam & perverſitatem deſcribere: audiant ſuos Bernhardos Clarevallenſes, Eberhardos Salisburgenſes, Franciſcos Petrarchas, Clemanges, Mantuanos, & millenos jam ante ducentos annos veritatis teſtes; *Cùmque in dies nequiora patrent, intelligant etiam ſuam malitiam uberiùs in dies patefieri, & argui*: & à toto orbe, maximè ab omnibus quos inquietant, aut affligunt, *Cauſam* hujus

 belli

Digitized by Google

belli & malorum omnium agnoſci, ac deprehendi. & quidem *maximam quæ in plurimas alias ſeſe diffundit.* Nobis ſufficiat dixiſſe, malitiam Papiſtarum eſſe belli hujus cauſam. Qui jam incorrigibiles ac deplorati ipſi, quid agant, aut cui ſerviant, neſciunt: loco Chriſti Antichriſtum, loco Sponſæ Chriſti Meretricem Babylonicam abominabilem alunt: Chriſtum ipſum & veram Eccleſiam ipſius, ad duplo graviorem damnationem ſuam, tantopere affligunt, ac tantis bellis perſequuntur, & tantam malitiam exercendo, fideles Chriſti, tantis ſuppliciis excarnificando, trucidando, ſe cultum Deo præſtare putant, *tantam tyrannidem & perſecutionem, reformationem Religionis vel ex cæcitate, vel ex perverſitate vocant*, eoque non minus quam Judæi ad crucifigendum Chriſtum clamoribus, & armis, in gratiam Epiſcoporum, alacres ſunt, eos tantum laudando, fideles diriſſimis vocibus & ſputis conſpuunt, ac certè menſuram Judæorum Idololatrarum, non Chriſtianorum, complent. Etſi multoties vincant, ac multos ſuppliciis afficiant, tamen non aliud niſi tanto plus malitiæ, & culpæ contrahunt, ob quam à divina vindicta etiam nonnunquam cædi vaſtari à ſeditionibus, & bellis ſemper ſibi meruere, exercitus in ſe crudeles alere, & cum omnibus *tandem in interitum vadere, hic & ibi cum divite, Abrahamum, omnes Sanctos, innumerabiles Deos, Deaſque, imo & etiam creaturas, & opera manuum ſuarum, fruſtra inclamare,* æternûm coguntur. *Nullam enim pacem impii habent: ſed hæc eſt pars proculcantium nos, & ſors diripentium nos.* Hæc nunc pauciſſima de Papiſtarum malitia & perverſitate: Judicium non otiatur.

XVII. *Frequens Apoſtaſia Euangelicorum, &c.*

Decima ſeptima & *ultima Cauſa* hujus belli & malorum omnium eſt, *illa frequens Apoſtaſia Euangelicorum, dubitatio de Providentia Dei, impatientia & fremitus adverſus Deum; omiſſio charitatis primæ, contemptus ac deſertio proximorum, exigua & frigeſcens charitas, ſeu cura eorum, qui in negotio Chriſti perſecutionem, & exilia patiuntur: Impœnitentia, luxus in victu & amictu, avaritia, ſuperbia, iniquitas, & id genus omnia, quibus Deum offendere, Chriſtum & membra ejus in afflictionibus deſpicere, derelinquere, adeoque dolore afficere, vel injuriis contriſtare, non verentur, & multi multis Papiſtis, nequiores, ac magis inhoſpitales reperiuntur.* Quæ omnia talia ſunt, ut Deus iis ad iram provocetur, ea graviter reprehendat, & in impœnitentibus, variis bellis ac plagis caſtiget, ac tandem in obſtinatis, æterna damnatione quoque puniat. Neque

Digitized by Google

que enim putandum eſt: Deum nobis hæc bella, perſecutiones, & omnia mala citra cauſam vel omnem culpam ac meritum noſtrum immittere, aut tantam malitiam Papiſtarum ſevire in nos ſinere; ſed cùm nemo non corruptus peccator ſit, & in multis Euangelicis, à quibus longè abeſſe debuit, eadem malitia in Fratres ſibi viciniores, cum aliis innumerabilibus peccatis, vigeat, meritò per reprobos in electis, ordinatione numinis caſtigatur, & peccatores, uti peccatoribus irritamenta, ita virgæ & flagella fiunt: *Iuſtus eſt Iehovah, & juſta ſunt judicia ejus*: imò neque tanta eſt Antichriſti adhuc tyrannis, & Papiſtarum in nos malitia, vel ipſa Dei caſtigatio, quantam peccatis noſtris meruimus, quocirca reſipiſcentia & commiſerationibus è cœlis opus. Nam Euangelicorum fuerat à corruptiſſimo illo Papiſmo, & jam revelato Antichriſto, plenè quam longiſſimè recedere, veluti ex Babylone fugere, & ad primitivum illum puriſſimum Chriſtianiſmum redire: Verùm Euangelici multi quàm longè à Papiſmo abſint, quàm rectum de Deo ſenſum, ac purum ejuſdem cultum curent, adeoque quàm propè ad primitivam illam Chriſtianorum ſimplicitatem, puritatem & charitatem accedant, ſi quis accuratius expendere aut propius intueri velit, mirum inveniet: multos gloriabundos, *Papiſmo quam Chriſtianiſmo viciniores eſſe*, imo pro rebus Papiſticis, pro Ceremoniis & ſculptilibus religioſis in templis magis quam pro puro Euangelio Chriſti zelari, & adverſus puriorem ac reformatiorem Chriſtianiſmum non minori, quam Papiſtica malitia, odio & tyrannide ferri, adeoque minus Chriſtianos, quam Antichriſtianos, exiſtere! Deus voluit ipſos eo dignitatis & ſanctitatis provehere, ut Reformatores ſuæ Eccleſiæ, ſuæ Domus, ac reliquorum *Chriſtianorum, quibus nihil præſtantius in mundo*, fierent: at plerique eorum *vix attingere traditiones Papiſticas aut veneranda ſcilicet illa Diaboli colendi inſtrumenta, idola Papiſtica, audent*, nec è Domo Dei, nummularios aliáque Deo exoſa everrunt, ne quid difficultatum, aut periculorum, ab imperita multitudine iſtis faſcinata, experiantur: *quidam vix ceperunt, ceſſarunt*: quidam alios ſpectare, ipſi odia declinare, volunt. Multi Reformatoribus ſuccenſere: ipſi ne tantillâ quidem humanorum figmentorum amotione, divinorum reſtitutione, Deum exaltare, dignantur. Quod ſi à bono cœpto, vel opere ſancto deſiſtere, eſt illud improbare, aut *non progredi, eſt regredi*: quam longè miſeri

Chriſtianorum exigui progreſſus.

Egelidi quidā Euangelici. ſeri iſti progreſſi ſunt? *Cœperunt, & illico manus remiſerunt, ut fratribus conſtantioribus ægrè facerent, ab ulteriori reformationis ſanctitate, abſtinuerunt: elevationem Sacramenti, notoriam idololatriæ Papiſticæ ſpeciem, omittere noluerunt,* multa inutilia, periculoſa, Deo exoſa, in Eccleſiis retinuerunt: nec inſignia ſuperbiæ Sacerdotalis, aut Typica Judaica exuerunt: qui melius Eccleſiam ac Dei Domum mundare vel reformare, Papiſtis ægrè facere, ſpem redeundi intercipere perrexerunt, eorum conatum improbare, atque iis hoſtes eſſe, ſibi laudi & honori ducunt, ac Papiſtarum favorem ambiunt. *Qui cum Euangelio purum Dei cultum ad plurimos, in Domo Dei, propagare omnino debuerunt, nacti Eccleſias aliquot particulares, eas in propriæ cuticulæ curam, veluti ſedes & officinas ſuæ avaritiæ ſuperbiæ & contentionis, inſederunt, ſi non ut Papa Romanam ſibi manciparunt,* rabiem condemnationum, in vicinos fratres verterunt, reliquos omnes Antichriſti jugo premi ſiverunt. Nam ubi nunc ille curſus & propagatio Euangelii, quæ fuit à principio concordibus Apoſtolis? *aut ſaltem quæ fuit ante centum annos, cum adhuc non in collegas, ſed in lupos Papiſticos ſimul egerunt?* Quid facilius fuiſſet? planè Ethnicos ad Chriſti agnitionem convertere, an eos qui jam aliquid de eo audierant, melius informare? Eccleſias de novo fundare, quam fundatas reformare? & tamen *poſt introducta illa furibunda contra fratres certamina, ulterius progredi non potuerunt, nec ullos meliores Chriſtianos reddiderunt,* quin nec phantaſticos Schiſmaticos ſatis repellere potuerunt. Sed ſuis paſcuis indormientes, etiam zizania creſcere ſiverunt, modo Collegas & Fratres calumniis gravarent, adeo ut jam ferè omnia viciſſim amiſerint, & Papatui tot templa, ditioneſque reſtituerint, ut Papiſtæ ſcribere, *Germaniam ſacram reſtitutam Papiſmo,* non dubitarint. Nam tam ignavos & egelidos evomere ſolet Dominus. Cùmque in rixis, litibus, & contentionibus ſuis, non vereantur, Fratribus idem Euangelium profeſſis, Hæreſes omnes execrantibus, ac puriora tuentibus, perinde atque Jeſuitæ & Papiſtæ, his utriſque horrenda dogmata, falſas opiniones, quas hi conſtantiſſimè negant eſſe ſuas, imò Hæreſes damnatiſſimas, à quibus hi alieniſſimi ſunt, per calumnias & mendacia craſſiſſima affricare, & adſcribere, eoque pacto bonos viros, fratres, conſervos, apud imperitam plebem, & totas Eccleſias, ac Principes, in odium adducere, charitatis Chriſtianæ ignem invicem extinguere; & cum talia omnia, non Euangeli-

Digitized by Google

gelicorum Chriſtianorum, ſed merè diabolorum ſint, qui ideò *Satanæ, calumniatores, & patres mendaciorum*, dicuntur: *Quid Chriſto, veritati, ſinceritati, ac Deo non exagitationis ſed pacis, cum talibus amplius? etiamſi per nomen ejus prophetent, in nomine Domini dæmonia ejiciant, & per nomen ejus multas virtutes edant, non agnoſcet eos*, non tales ille diſcipulos miſit, nec velut os ejus erunt, in quo dolus non eſt inventus. Quid enim tales, niſi averſionem & Apoſtaſiam quandam ab Euangelio, à virtutibus & ſanctis affectionibus Chriſti, committunt? magis palàm meretricio illo Papiſtico, Ceremoniarum ornatu, & externo parietum ſplendore, quam ſimplicitate Inſtitutionis Chriſti, & puritate Euangelii delectantur, ritus ſimplices condemnando, internum Eccleſiæ ornatum, negligendo, inventionum & conſuetudinum humanarum Ethnicarum deſiderio tenentur: non minùs quam Judæi in deſerto, faſtidientes Manna puriſſimum & ſaluberrimum, Ægyptiacas carnes, allia, cepas, & ejuſmodi adjectiones, imo idololatricas *choreas*, ſcortationes & conſuetudines expetierunt: quo cùm illi iram Dei incurrerint, & bellis ac plagis variis mulctari meruerint, *quid aliud iſti merentur, aut exſpectare poſſunt?* Utinam nulli ſint Gergeſeni, qui Chriſtum, & Euangelium, politicè rogando, à finibus ſuis avertat, ne hoc præſente, aliquam porcorum vel aliorum carnalium, terrenorumq; bonorũ jacturam patiantur. Nec enim Chriſto, ſed Dæmoniis locus eſt, ac ingreſſus patet, ubi homines porcorum vitam vivunt: ii ſuis inſeſſoribus acti, præcipites merguntur. In Bohemia tales non deerant, ideò meritos patiuntur manes. *Nam aliquot Barones*, etiam è familiis olim Euangelio colluſtratis, quæ ante ducentos annos heroicè pro Euangelio contra Papam & Cæſarem pugnarunt, nec non alii multi è diverſis ordinibus, feces improbæ, *ab Euangelio multis retro annis recedebant, Ieſuiticis inſtitutionibus delectabantur, atque ſubito à Chriſto Apoſtatæ facti, mancipia vel adulatores Antichriſti, redditi, inſani religionis avitæ Chriſtianæ perſecutores, extiterunt, & ii cum Ieſuitis & aliis Papiſtis hocce bellum, ac vaſtationem patriæ, conflaverunt, hodieq; non milites ſolũ, ſed & carnifices in fratres, in Chriſtianos, exiſtunt, dupliciter bellorum & malorum horum faces merito nimirum, & hujuſmodi efficacia.* Quid iſtis in Euangelio Chriſti, in Euangelica Religione defuit? quid in traditionibus humanis, in Papiſmo, melius aut magis ſalutare inveniunt? reprobi à Diabolo & inſtrumentis ejus mendacibus, hinc gloriam mũdi pollicentibus, illinc

Species Apoſtaſiæ.

Apoſtatæ Bohemi.

Digitized by Google

pericula vel perſecutiones minantibus, turpiter ſeducti, quid non bella & clades attrahant? Si Junoni

Manet alta mente repoſtum,
Judicium Paridis ſpretaque injuria formæ,

adeò ut bellis perſequatur Æneadas ſui contemptores; quanto magis accenditur ira Dei, & zelus Chriſti, ut bello perſequatur, ac æterna damnatione vindicet tam perverſum de ſe judicium, *in Apoſtatis, qui Deo Creatori falſum Deum creaturam, Chriſto Antichriſtum, Sponſæ Chriſti Meretricem Babylonicam, veritati mendacium, luci tenebras, præponere, iisque potius adhærere, earum malitiam, pulchritudini lucis anteferre, vel iſta ſimul colere audent?* adeoque ut perdat ſui contemptores? Audent etiam nonnulli ſuæ Apoſtaſiæ cauſas contra Deum & Verbum ejus comminiſci, verum ſuâ majori ſtultitia & confuſione. Quid verò tam magnum, *tot illuſtres*, & *variæ* perſonæ in aliquot Europæ Regnis, in quibus Euangelii lux apparuit, invenerunt, quo moverentur ut ſpreto Euangelio, imo toto Dei Verbo, ad Papiſmum redierint? Quid ibi melius pro ſalute & conſcientia ſua ſolidius habent? Cur humanas traditiones & delira figmenta, Lege divina & Inſtitutione Chriſti potiora ducunt? Quid deeſt in Chriſto conſummatori fidei, ut inveniant in Papa? *Quis ſervus contra Domini Legem agens, fidelis, aut unum cum Domino eſſe poteſt?* Cujus in ultimis ſententia & jus obtinebit? *Quid Papa melius Chriſto inſtituere potuit? Cujus protectio ac defenſio contra Diabolum & omnem adverſariam poteſtatem, in hora mortis, potentiùs tuebitur?* in quo plus conſolationis contra adverſa omnia & ipſam mortem poſuit Deus? pro quo melius pugnare, pati, mori? Damnatine, Prophetæ, Chriſtus, Apoſtoli, Martyres omnes, quibus nihil communionis cum Papa? imo qui pótius mortem oppetierunt, quam in gratiam Papæ aliquid contra Inſtitutionem Chriſti, committerent. Cur, ubi primum ab Euangelio deficiunt, & Papiſtæ fiunt, ſtatim jura humanitatis, jura gentium, maximè Legem Dei, exuunt, tantum placitis Papæ rem gerunt, proditiones, bella, cædes, in conterraneos, in amicos, & fratres, *deteriori furore quam priores Papiſtæ* ſpirant? Cur plerique omnes cum tanta deſperatione horrendum moriuntur? aut ultimo ad unum Chriſtum quem ſpreverunt, clamant? Neoburgicus quidam noſtra memoria Princeps, quibus ſuam Apoſtaſiam tueri, & Papiſmum præ

Excuſationes eorum frivolæ.

Chri-

Chriſtianiſmo, Jeſuitarum marte, commendare conatus ſit, oſtendit Fabricius de la Baſſe-court, in ſeptem Dei Tubis, ad ſubruendos muros Hierichuntis Romanæ, inſtructis. Eadem, ceu Crambeǹ millies coctam, eoque certam mortem reponunt, ac præadducunt, alii Apoſtatæ homines Papæ, miſeri: eadem igitur reſponſa, ac tubas, cum aliis Chriſtianorum ſcriptis, maximè cum Dei Verbo ſanè intellecto ruminent. & Pſal. 75. verſ. 5. audiant: *Ne inſaniatis.* Alioqui omnes eorum excuſationes, ac Papiſmi laudationes, non magis ipſos juvant, aut ſalvant, quàm ficulnea folia Evam, & omnes excuſationes Iſraëlitarum, à Moſe & Prophetis accuſatorum ipſos, à Deo averſos: porrò, illis immiſſæ plagæ, bella, vaſtationes: Sic hiſce.

Quod ſi quis excuſari Politicos eo putet, quod non animo abeundi à Chriſto vel Euangelio faciant, ſed alio ſtudio: quia Euangelicos ignavos eſſe videant, Papiſtas verò majori devotione & zelo Chriſtianiſmum propagare, & jam quoque diligentius Scripturas ſcrutari exiſtiment, ideoque perinde eorum, atque horum miniſterio, imo faciliùs, eorum tot viis, ſalutem conſequi ſe poſſe autument; Ille meminerit: *Papiſtis Scripturam & Euangelium non ex interpretatione Spiritus Sancti, non ex ſenſu divino, vel ex analogia fidei, ſed ex placito Papæ eſſe: idque periculo non carere, imo ſententiâ Papæ totum corrumpi*: & ibi amplificationem Papiſmi, non Regni Chriſti, ſalutisque populorum quæri. ideoque Politicos cautiores eſſe oportere. Si Deus Papiſtico miniſterio contentus eſſet, non reformatum illud, Euangelicos miſiſſet, ac excitaſſet. Si maximè quibuſdam politicis miſericordia Dei, hic ad ſalutem, quam non niſi in Chriſto quærere debuiſſent, ſuccurrat? *tamen Apoſtaſia illorum, & concurſus cum Papiſtis ad eandem luxus profuſionem*, 1. Petr. 4. verſ. 4. bellis caſtigari, vel expiari neceſſe habet. Condonet illis, & cito convertat illos, Jehova!

Sed quæ dementia etiam *Theologos & Paſtores quoſdam* tranſverſum egit? ut cum ſemel viderentur illuminati guſtaverintque bonum illud Dei Verbum, viciſſim abjecto Euangelii curſu, ne quid à Papiſtarum malitia patiantur, aut promiſſionibus eorum fallacibus non moveantur, ad ipſos quoque in apertum illum Antichriſtianiſmum prolabantur! & multis multum offendiculorum objiciant? Quid eorum conſcientia inde lucri percipit? Quid Scriptura ipſis

ipſis imperfecta, ut doctrinis hominum perfici velint? qui coram Judice Chriſto conſiſtent, qui Sanctum Sanctorum cum homine peccati conjungere, aut hanc illi ſubordinare audent? qui tot ſanctorum Martyrum interfectorem beſtiam juſtificant, eos omnes damnant? Perſecutiones & carnificinas in membra Chriſti exacuunt, & cum Meretrice Babylonica ſanguine Sanctorum ebria lætantur. Hos ne Judex ille abſolvat? & ſuis afflictis, non talibus, cauſas bellorum improperet? *Iſtine benè ſuis rebus conſuluerunt, quos non Petro amarè flenti, ſed Iſcariotæ horrendum deſperanti ſuccenturiatos eſſe dies revelabit?* Hæc ſunt exemplaria gregis? *O ſalem infatuatum!* hic liberum ipſis, veritati operam dare, & vitam quam pientiſſimè, ut Sancti veri quondam fecerunt, vivere; ibi & conſcientiam placitis Papæ mancipare, veritatem detinere, & vitam hypocritis illis conformem ducere coguntur: alioqui ſtatim hæreſeos viciſſim inſimulantur, & flammis ac gehennæ conſecrantur. *Si planè per omnia cum ipſis faciant, etiam pro omni malitia ipſorum luent.*

Apoſtatæ decepti. *In Bohemia & Provinciis incorporatis, Moravia, Sileſia, nec non in Palatinatu, poſt debellationem, his annis noſtris, multi ac tota paſſim Eccleſia, hoc ſcelus Apoſtaſiæ potius commiſerunt, quam exules ac martyres Chriſti fierent, magna perverſitate, quaſi ab Hæreſi ad Eccleſiam Catholicam accederent.* Quibus ſeductores, gratiam Cæſaris, immunitatem à militari graſſatione, altam pacem, ſecuritatem, & in omnibus divinam benedictionem, omnem commoditatem, liberaliter pollicebantur, illi etiam omnia fauſta, feliciaque, ſuaſu Jeſuitarum exſpectabant. *Verùm Deus, levitatem & ſcelus tantum viſitans, fecit, ut doctiores qui contra conſcientiam hoc fecerunt, furiis conſcientiæ agitati, miſerrima deſperatione, & multi repentina morte brevi perirent: utque bellum hoc continuetur, & plebs communis omnia mala promiſſionibus ſeductorum contraria, ſentiens, experta ac tantum non prorſus abſumpta, colligere poſſit, omnes pollicitationes Papiſticas, mera eſſe mendacia, ſed & totam ipſorum fictam religionem, in negotio ſalutis, puram putam eſſe hypocriſin, impoſturam & falſitatem Antichriſtianam, qua miſeri decepti, jam ferè omnes vaſtati perierunt, & ſi qui adhuc ſalvandi in poſteris, ex ignorantia Papiſtis peccantibus ſuperſunt, illi bellis tantis, & afflictionibus, ut Manaſſes olim catenis, conſtricti, humiliari, caſtigari meruerunt, ut ſi forte det illis Deus aliquando reſipiſcentiam, illi convertantur, atque agnita veritate & recepta mentis ſanitate evadant, ut majores etiam ex Diaboli laqueo captivi nunc ab eo facti, ad ipſius libitum,*

Digitized by Google

tum, viciſſimque cum Regibus in Apocalypſi, comburentes meretricem, recipiant Euangelii gratiam, veritatem, & ſalutem. Sic eorum quoque cauſa hoc bellum continuatur, nec illi plus lucri ex illa Papiſtica pulchritudine, *quam omnes nos cum primis parentibus ex arbore illa cum fructu ſuo vetita, licet oculis gratiſſima, & ad habendum intelligentiam, deſiderabili, atque ex fide ſerpentinis ſermonibus habita, quicquid imaginarentur ſibi, acceperunt, neque exſpectare poſſunt.* In Germania noſtra, quid obſecro monſtrorum aut ſerpentum tam multos faſcinat, aut transverſum agit, qui jam pridem à Papatu alieni fuerunt, ut ei viciſſim amici ſint, & nondum debellati, nondum coacti, nedum compulſi, impudenter, & damnabiliter blaterent: *Si res ipſorum eo quo Bohemorum devolvantur, & illis debellatis Imperator exilia aut Papiſticam Thaidem amplectendam proponat, omnino fore ut Magiſtratui obediant: aut quo à ſuis bonis abirent? ob quam voluntariam Apoſtaſiam profectò, gravibus plagis mulctandi, etiam hujus belli cauſa ſunt:* Et, quo animo, non ita dudum, Euangelium Chriſti ſuſceperunt? ut nihil pro eo patiantur? ut tempore probationis recedant? ut, quid ipſis placeat, ſub prætextu Euangelii agant? ut, quæ ipſis videntur, Papiſtica retineant, quædam tantum omittant? ut, quod Chriſtianis Apoſtoli non permiſerunt, ob quod ut carnales arguerunt, nimirum denominationem à quoquam Apoſtolo, nedum ſerotino Doctore, iſtis ſervare liceat? adeoque ſuppreſſo nomine Chriſti ſeu Chriſtianorum, quo nihil præſtantiùs, ut nomen Lutheri, ſeu Lutheranorum profiteantur? *Et poſthabita vita Chriſti, ejus ſanctitatis, charitatis, manſuetudinis & benignitatis exemplo neglecto, meros Lutheri affectus, exprimant?* Lutheri nomini plusquam Chriſti nomini litent? quaſi credentes omnes non deberent eſſe Chriſti, ſed illius Doctoris cujus miniſterio ad fidem in Chriſtum vocati ſunt? aut *quaſi ſub nomine Chriſti, ampliſſimo, tituloque Chriſtianorum, multi poſſint latere hæretici, impii hypocritæ, ſub nomine Lutheri vel Lutheranorum nulli!* Cùm tamen longè plures improbi ſub his, quam ſub Chriſto, deliteſcere poſſint. quia Chriſtiani non ſolo nomine, ſed re, vita & imitatione Chriſti non fucatâ, probantur: aut, *quaſi Lutherus veniſſet, ut diſcipulos poſt ſe abstraheret*, Actor. 20. verſ. 30. qui tamen hos graviter reprehendit, *& fatuos vocat.* aut, *cùm ſolius Dei ſit, populum ſuum vocare nomine, quo ipſi placet, quaſi his idem liceat*, fideles Chriſti, Calvinianos, atque aliis odioſis nominibus per calumnias traducere, aut Chriſtia-

Germani multi voluntarii Apoſtatæ.

niſmum unum in Sectas complures, diſtrahere, aut ***etiam Phariſæorum & Saducorum exemplis ſeſe tueri***! ***cùm tamen Iudæi, in primo adventu*** *Chriſti, per tres ſuas Sectas Eccleſia Chriſti eſſe deſierint, & cum Hieroſolymis ac Templo & Sacerdotibus perierint*: & nunc appropinquante adventu Chriſti ſecundo, *tot ac tres maximæ illæ Sectæ, Papiſtarum, Lutheranorum, Calvinianorum, omnino unitatem Eccleſiæ Chriſti amittant,* & cum ſuis prætenſionibus, jam ruinam minentur, eique vicinæ ſint. *Orientales Chriſtiani*, poſtquam deſerto ac derelicto nomine Chriſti, humana nomina induerunt, *evanuerunt, & à Turcis debellati ſunt. In Papatu multiplices illæ Sectæ*, Monachorum & Doctorum Scholaſticorum, quicquid Chriſtianiſmi aliquando habere videbantur, paulatim progrediendo, *ceu Locuſtæ ſub uno Rege Apolliône, in unum corpus coaluerunt, & caput, Antichriſtum, obtinuerunt.* Euangelicis niſi reſipuerint, & abjectis nominibus Schiſmaticis, una Chriſti Eccleſia pura eſſe ſtuduerint, quid non evenire poſſit? Deus ſervet ibi populum! certè multi Euangelicorum Ceremonias & Traditiones Papiſticas, *modo Sacerdotibus aliquid lucri ferant, avaritia & Simonia potius retinent, quam reforment!* Indulgentias quidem *& auricularem Confeſſionem Papiſtarum, certa aucupia & venationes pecuniarum ac ſaginationum, exploſerunt. At aliam privatam ordinariam confeſſionem & abſolutionem, ex qua non minus pecuniarum, quam Papiſtæ ex Indulgentiis atque abſolutionis ſuæ taxis, corradunt, mordicus retinuerunt, eamque, ut tueantur, duobus Sacramentis comparare non dubitarunt.* Si conſideres unam urbem, in qua ſint tria millia civium, totidem uxorum, viduarum, non minor numerus, filiorum, filiarum, addas etiam aliquid ſervorum, ancillarum, nec non inquilinorum, ac ſociorum, artificum mechanicorum & operariorum. *Cogita num non omnes hi quater in anno, communicaturi, confeſſionem illam accedant? & cives quidem ut plurimum Imperiali, ſi non aureo, fœminæ dimidio, liberi paulo minori, ſervi etiam ancillæ, inquilini, artifices operarii, certo numero groſſorum, ſex trium, ad minimum uno Germanico,* abſolutionem illam redimant? *aut pro quacunque tandem ſpirituali re hic deponant? quam videres ſummam æris in una urbe, uno anno, conflari!* Et quid ſi conſideres omnes urbes, omnes regiones, omnes Eccleſias Euangelicas, in quibus etiam illuſtres perſonæ Domini, Dominæ, Comites, Nobiles, Barones, & Principes reperiuntur, & pro conſuetudine pluſculum largiuntur: quid cenſeres pecuniarum, hic ab omnibus ejuſmodi Paſtoribus Euangelicis,

Odioſa & pudenda confeſſionū mercatura.

Digitized by Google

gelicis, *quibus alioqui etiam de ſuſtentatione proviſum eſt*, non ſine ſpecie Simoniæ, ſingulis annis colligi: nec mirum eſt, tales in opulentioribus urbibus Paſtores, *inflatos, & uxores ipſorum, tandem ſuperbire, victus & amictus luxu mercatoribus & politicis certare, multa millia Imperialium uſuris exponere, prædia, domos, hortos, acquirere*, ne Magiſtratui ac Senatoribus quidem ſuis beneficis cedere, ac parum aut nihil de illa ſancta ſimplicitate, modeſtia & affabilitate, Chriſti & Apoſtolorum, habere: & tales hodie non minori falſitate quam ſuperbia ſoli ſibi Euangelicorum honorem arrogant, alios Chriſtianos reformatiores non Euangelicos eſſe ſtatuunt, qui tamen Euangelii doctrina inſigniores ſunt, & vitam Euangelio dignam magis integrè quam iſti vivunt. Chriſtianos veros *oportet eſſe imitatores S. Pauli, & eos conſiderare, qui ita ambulant, ſicut habemus Apoſtolos, & primitivos Chriſtianos, pro exemplari*, Philip. 3. verſ. 17. Nam qui meliores ſapientiores & veriores? illi ne qui omnia mala, perſecutiones, carceres, rogos, omnia ſupplicia, ad mortem uſque, à mundo, Phariſæis & Papiſtis pertulerunt, ac Martyres Chriſti ſunt, potius quàm in gratiam eorum tale quid committerent: an verò hi qui tam multa in gratiam Antichriſti, & ſui ventris, gulæque cauſa, retinent, ne quid patiantur, aut martyriis ſoli Chriſto honorem ac gloriam deferant? fit enim ut vel paucos, vel nullos, è ſuis martyres, proferre poſſint, cum reformatiores ab ipſis ſpreti, hic ipſos multis millibus ſuorum ſuperent. *Iuſtificetur ergo ſapientia a filiis ſuis omnibus.* & confundantur inflati, hypocritæ! qui cùm nec Chriſti Euangelium unicam ſalutis doctrinam tanti quanti oportuit faciunt, nec Lutheri mandatis obediunt, profecto nec veri Chriſtiani, nec genuini Lutherani ſunt. Nam qui in Chriſto ſalvari volunt, animas ſuas in negotio ejus perdant, ut eas inveniant, neceſſe eſt, at illi nondum faciunt. Lutheri Mandatum proſtat: ne quis Euangelicus contra Euangelicum Antichriſto militet, ſub pœna damnationis; at hoc illi jam paſſim committunt. *nec pauca videas in Templis ac Ceremoniis eorum, quæ primitivi Chriſtiani non habuerunt.* Aliquoties conſenſum cum reformatioribus, quaſi pacta fecerunt, excepta vel una quæſtione de corporali vel orali manducatione, vel paucis aut tribus aliis, Witebergæ, Marpurgi, in Polonia, Bohemia, Lyſiæ. *Quibus pactis ſi ſtant, cur tot alias lites movent, & condemnationes evomunt? Si non ſtant, nonne fœdifragi ſunt? quibus tandem nulla fides.* Et tales

Verum dicendum.

Anglia ferè defecit. omnino bellorum, motibus, & meritis cauſæ ſunt. Quis verò amentes illos Anglos hodiernos, tantopere faſcinavit? ut, *quibus ob oculos Ieſus Chriſtus prius fuerat depictus, inter eos toties crucifixus, Antichriſtus præ omnibus gentibus apertius retectus, illi tanto numero, tanto natalium ſplendore conſpicui, in gratiam unius meretricis, nempe Babylonicæ, ab Euangelii puritate reſilierint, Papiſtæ facti ſint, & quaſi per Euangelium à Deo doceri nihil ſit, ſeminaria exotica quæſierint, ac per Sophiſtarum, Ieſuitarum, Arminianorum, Socinianorum, avia, turbatis cerebri phantaſiis, tantum jam bellum inteſtinum ſibi conflaverint, velut ſtipulæ flammas conceperint?* de longinquo non niſi Apoſtatæ jam, Papiſtæ, Jeſuitæ, & Reginæ iſtis morigeræ æmuli eſſe videntur. Quis Ruſticos illos Belgas tam ſuperbè induravit: ut cùm libertatem Religionis Chriſtianæ habeant, & veritatem Euangelii palpare jam queant, tamen adhuc privatim ſeducti multi pertinaciſſimè Papiſmo adhæreant, & clandeſtinis attentatis, diffidentiam, ſuſpiciones, ac propè ſeditiones, tandemque inteſtina bella, niſi Deus, & vigilans prudenſque Senatus Placatis inhibeat, cervicibus ſuis attrahant, imò etiam doctiores, quaſi Euangelium nimis ſimplex eſſet, Papiſtico-Scholaſticis Arminianis Socinianis ſubtilitatibus, ac venenis, multa, niſi fideliſſimorum Doctorum induſtria obſtet, turbent, ſed & phantaſtici Anabaptiſtæ, quaſi Euangelium multifidum ac multiforme ſit, ſub obtentu ejus in multas ſectas, ut olim Ariani, Eutychiani, & tandem Sectæ Scholaſticorum, factiones Monachorum ruentes, *ſpeciem mali inferant*, 1. Theſſal. 5. verſ. 22. Quo vero facti ſunt, tot tantique Heroës, viri nobiles & doctiſſimi, ex vicinis Regionibus, & ex Polonia, *VVeiwodæ, Duces, Staroſtæ*, Ordines? qui cùm antea fuerint benè multi, honorandi, Euangelii Patroni, Fautores & Defenſores, Confeſſores. jam pauci aut ferè nulli apparent? olim, paulatim, reprobi à Chriſto & ejus pura Religione, abibant, nunc præter opinionem ſubitò ruunt. Qui non ita pridem tanquam filiis Eccleſię Chriſti, veſte nuptiali pulcherrimum albicante & rubicunda, induti, quippe lavacro aquæ per verbum purificati, in ſanguine agni abluti, corpore Chriſti nutricati, & ſanguine ſanctiſſimo potati, tanquam Sponſa ejus ornatiſſima apparebant: *jam cultu peregrino ac meretricio quodam ipſos, aut progeniem ipſorum tectos, crucibus ſuperſtitioſis notatos, oleo ſordido, ſale, luto, ſputis, baptiſmi Papiſtici maculatos, loco Domini Cœnæ, cruorem cum carne è ſubſtantia panis tranſſubſtantiatum,*

In Belgio adhuc Papiſtæ.

In Polonia Majoritæ deficiunt.

In communi multi mutati.

man-

Digitized by Google

inanducantes contra Legem, & ſanguinem ſeorſim non bibentes, contra Euangelium, adeoque figmentis humanis, differtos, & potu ſanguinis Chriſti privatos, maceſcere ac tabeſcere videas. Quales pro ſuis non agnoſcit Dominus, ſed odio & bellis perſequitur. *Sueci quia pauciores Apoſtatas habent, & agnitæ veritati conſervandæ aptiores eſſe videntur, eo felicius bella gerunt.*

Cæteri, nondum illum inexhauſtum Scripturarum fontem exhauſerunt, attamen ac ſi jam exhauſerint, & ſupra Paulum *metam apprehenderint, atque conſummati ſint*, ſubſiſtunt, ulterius nolunt: etſi Scripturam eſſe regulam fidei, vitæ, concordiæ, perfectam conſentiant, tamen ejus verbis, phraſibus, & ſententiis optimis, ſanctiſſimis, non contenti alios ſibi modos dicendi, & docendi, alias phraſes & *Formulas Concordiæ* à ſimplicitate Scripturæ diverſas effingunt, ac ſuis verbis concipiunt, quibus ſolis tantum inhęrendum ſtatuunt, *ulteriorem illuminationem ejurant*, ſic hærent, alios quoque ad ſua verba ac placita ſubſcribenda ſolicitant, cogunt, juramentis adſtringunt, *& niſi omnes Euangelici ſubſcribant, improbè eos condemnant, ac ceu Papiſtæ Hæreticos exſtirpandos eſſe clamant.* quaſi verò hoc magis illis quam Papicolis liceat: *quaſi Euangelium non ſatis proba & ſancta, fidei charitatis, adeoque concordiæ vera, norma, & formula maneat?* cui ſoli hic honor debetur, ut in eo prorſus acquieſcant, & ſecundum illud, ad ſcopum & præmium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu ferantur ac contendant. Qui hic inflati, non, miſſis humanis formulis, eloquio Dei ſtant, non infirmorum rationem habent, non in vera charitate agunt, *utique diſſidiorum & bellorum quoque horum rei cauſæque manent.* Quid ipſis in Euangelio ad veram concordiæ normam deeſt?

Quod ſi vero *charitatem* illam *primam* & veram, quæ in Eccleſia primitiva fructum ferendo vigebat, requiras, neſcio quid inventurus ſis. Multi qui magni eſſe videntur, nihil eſſent, & *quicquid garriant linguis, glorientur prophetiis, myſteriorum omni cognitione, ac tota quadam miraculoſa fide, æs reſonans, & cymbala tynnientia, reperirentur.* id Paulus de ſe fatetur, ſi charitatem non haberet, 1. Cor. cap. 13. utique de aliis verum. Chriſtus Angelum ſeu Præpoſitum Eccleſiæ Epheſinæ alioqui laudatiſſimum, laboribus & patientiâ probatiſſimum, eo unico arguit, ac judicat, *quod charitatem ſuam primam omiſerit*, & niſi reſipuerit ac priora opera fecerit, minatur, *ſe adverſus* *Charitas prima omittitur.*

Digitized by Google

illum cito venturum, atque eum cum candelabro ſuo ***ſeu cum Eccleſia illa, è*** *loco moturum*, Apocal. 2. verſ. 4. 5. Bone Deus, quid nunc non habeat Dominus adverſum ſervos ſuos in Eccleſiis Euangelicis, qui tot donis ac virtutibus non ſunt conſpicui, *& adverſus totas Eccleſias, quæ charitatem illam primam aut nunquam exercuerunt, aut jam prorſus omiſerunt!* Charitas illa prima, virtutum maxima, cùm in quovis bono opere, tum præcipue in vera invicem dilectione, *ac reali beneficentia erga proximos in primis fideles Chriſti conſiſtebat:* ubi velut in una Domo Dei, omnes, quæ à benedictione Chriſti acceperunt bona, victualia, tanquam boni diſpenſatores, crediderunt per communionem Sanctorum, ad omnium uſum pertinere, *ac pro neceſſitate & decoro egentibus communicanda eſſe. Quocirca, unum cor & anima una manentes, nemo aliquid eorum, quæ habebat, ſuum eſſe dicebat, ſed etiam ſi jus & proprietas poſſeſſionis, penes quemvis maneret, tamen uſui communi ſervire debere, omnes intelligebant*, ideoque quantum opus fuerat, de facultatibus ſuis, in medium ad pedes Apoſtolorum deferebant, ut communi aſſenſu & judicio diſpertirent omnibus, prout cuique opus erat, ita ut nullus inter ipſos egeſtate premeretur, ac miſer famelicus pannoſus oberraret, cæteris abundantibus aut luxuriantibus. Actor. cap. 2. verſ. 45. cap. 4. verſ. 32. &c. Hæc una Dei Domus: hæc vera Eccleſia: hæc illa charitas. Poſtmodùm ubi perſecutiones, facultatum direptiones, proſcriptiones ex urbibus, *ejectiones in exilia*, & alia mala quidam pro nomine Chriſti patiebantur, *quanta coram omnibus commiſeratio! Omnibus Chriſtianis maxima eorum ratio: Aſſiduæ preces, pro iis ad Deum fiebant ab Eccleſia: ſuppeditabantur afflictis, quà modo licuit, neceſſaria: ſuſcipiebantur, protegebantur, à fidelibus hinc inde tranquille degentibus: etiam de longinquo ad tutiora, in ſubſidia vitæ, egenorum & ita jactatorum, ab Eccleſiis integris mittebantur ſacræ collectæ.* Actor. 12. verſ. 5. Rom. 15. verſ. 26. 1. Cor. 16. verſ. 1. 2. Philip. 4. verſ. 14. 16. 2. Joan. verſ. 5. 7. 8. Apocal. 12. verſ. 14. Et quanquam Epheſina illa Eccleſia cito de charitate illa prima nonnihil remiſerit, *tamen ad Chriſti & ſancti Ioannis commonefactionem haud dubiè pœnitentiam egit*, ac reliquæ Eccleſiæ celeberrimæ, etiam poſt aliquot ſecula adhuc illa vera charitate claruerunt, collectas ſacras facientes, egentibus ſuccurrerunt, Epiſcopi eorum veri non ſuperbi, ad afflictos direxerunt, miſerunt, ne etiam diſſidia & ſchiſmata quorundam impedimento eſſent, ſine diſcri-

Digitized by Google

diſcrimine omnibus Chriſtianis afflictis, etiam infirmioribus diſtribui juſſerunt. Quod de Conſtantinopolitana, Corinthiaca, & Romana veteri, ſub Epiſcopis probis, Attico, Dionyſio, & Sotero, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cum æterna laude memoriæ omnium conſecrant, Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 21. Tripart. lib. 12. cap. 2. Imo, *quamdiu Chriſtiani doctrinam Chriſti obſervabant, & obedientiam Deo præſtare ſtudebant, hac charitate prima & beneficentia ex fide pulcherrimi non clarere non poterant: pari conditione quod aliis ſupererat, id ipſum quod aliis deerat ſupplebant, & æqualitas fiebat. Hoſpitalitatis non obliviſcebantur, vinctorum tanquam una cum illis vincti eorum qui malis premuntur, ac ſi ipſi quoque affligerentur corpore, memores erant*; ſicut exemplis, ad ſuperſtionem ferè Hiſtoriæ certorum abundant.

Hodie verò quid fiat, non eſt obſcurum: admonitio non fertur, nedum ut reſipiſcentiæ locus ſit. Dominus Jehova è cœlis, ut ſolet, deſcendit, *& vidit an ſecundum clamorem qui pervenit ad eum, omnino faciant.* & jam cognovit: judiciumque inchoat. *ac ne quid ad convincendos deſit, etiam ſervos ſuos complures, fideles egenos ſpoliatos exules, hac tempeſtate miſit, qui huc illuc, ad has & illas Eccleſias, miſeri afflicti nudi famelici etiam nomine Chriſti eundo, ad probandam vel excitandam multorum charitatem & condolentiam, experiantur, utrum eâ charitate primâ alicubi inter Chriſtianos in re lautiori ſervatos, ſuſcipi & foveri poſſint! Verum ea res, ut plurimùm negligitur, Charitas prima non invenitur, conſuetudo quædam legi antefertur.* Nam ſi vera ſunt, & ubique fiunt, quæ afflicti illi teſtes exules, egeni, ac quotidie morientes, de quibuſdam Chriſtianis, hactenus nihil paſſis, referunt, non tantum Politicis prudentia carnis inſignioribus, ſed etiam Eccleſiaſticis, Theologis, Paſtoribus, & Doctoribus, inflatis, zelotis, ac induratis, quam apud ipſos nulla horum quæ fiunt ratio! quam nulla ex confractione Joſephi ſenſu doloris affectio! quam nulla tantarum calamitatum orbis, & tot Eccleſiarum, cum morte conflictantium, habeatur cura! quanta fratrum & membrorũ Chriſti deſertio! quanta vel Ethnicis exoſa inhumanitas! quantus loco dilectionis contemptus! & indignationes*! quàm duris verbis ſæpiùs excipiantur! quantis exprobrationibus injurioſis contriſtentur! quantis inſultationibus etiam ſervorum ejiciantur! & quam triſtes à conſpectu eorum cum lachrymis dimittantur! nullo ſolatio inſtruantur!* Tum omninò de illa charitate prima, & de eorum exiſtimatione, actum eſt: nihil ampliùs ſunt: fruſtra

Hodie res in deterius mutantur.

Digitized by Google

fruſtra nominibus & titulis ſuperbiunt. Jam judicium compleretur & conſummaretur: niſi adhuc apud *moderatiores, reformatiores ac prudentiores nonnullos, placuiſſet Deo reſervare ſibi tantum de illa charitate prima, ut miſeri exules egeni, ſaltem ab iis meliùs ſuſcipiantur*, ceu mulier illa fugiens Draconem, in deſerto, in loco divinitùs præparato, alantur, & rebus ſecundis ſerventur. ſicut aliâs ſervavit ſeptem millia, quæ Baali oſcula non præberent, nec eum adorarent. Profectò, *Dominus Epheſiis, quod charitatem primam omiſerint, licet alias multa bona de Religione ſua retinuerint, adventum celerem, judicium & candelabri de loco ſuo amotionem, id eſt, per bella & gentes barbaras everſionem, minatur, niſi reſipuerint*, & quanquam ejus longanimitate, atque eorum proculdubio emendatione, res aliquandiu dilata fuerit, tamen tandem ipſis longius recedentibus, cum vicinis omnino debellari ac vaſtari horrendum contigit. Quid non aliis ſimilibus minatur? & quid non eveniat modernis? qui tam turpiter & notoriè charitatem illam primam, *imò ferè totam primæ fidei puritatem, & Religionis ſanctam ſimplicitatem omiſerunt*! & vanis conſuetudinibus ſuis & figmentis humanis omnia abſoluta volunt! *nonne dilatio gravitate pœnæ compenſari ſolet?* & Euangelici complures, à reformatione plena, ut priora opera faciant, quo à Domino vocantur, ibidem abhorrent! Sodomæi, quia excellentiam, ſaturitatem cibi & tranquillitatem almam habentes, *manum pauperis & egentis non confirmarant*, & abominationes patrarant, coram Deo quam horribiliter perierunt! Ezech. 16. verſ. 49. Et quid Euangelici, quibus gratia & lux uberior? *qui cùm abundent, tamen beneficentiæ non ſtudent*, Sybaritæ per plateas, luxum vel abominationes committunt, quid niſi graviores pœnas, niſi reſipuerint, exſpectare poſſunt? *Certè luxum populi & illiberalitatem illam ac charitatis illius omiſſionem jam expiant bella paſſim, & accidit multis inhoſpitalibus quod vel Ethnicus Ovidius obſervavit, & cantavit:*

Attendendum.

Vilia qui quondam miſeris alimenta negavit,
Nunc mendicato paſcitur ille cibo.

Felix quem facerent aliena pericula cautum. *Hui quam multi Lazari, & boni viri, & jam in Chriſto Fratres, ad januas divitum jacent, tabeſcunt, emoriuntur? & mutatio vicina paſſim prædicatur? Quis tamen ſapit? & ſic omnes ſalvabimur!* Quodque nullo modo contemnendum,

Extre-

Digitized by Google

Extremum Iudicium inſtat, Iudex argumenta & rationes ſua in utramque partem ſententia ferenda, per tot teſtes, colligit. Et quotusquiſque attendit! Ubi non, quomodo quilibet ſeipſum vel alios nominaverit, ſed *quid* ex fide & obedientia verbi, *egenis fecerit vel non fecerit, quaretur.* Qui charitatem exercuerunt, & quantum potuerunt egentibus Chriſti fidelibus, gratificati ſunt, ſalvabuntur; qui pauperibus ejuſmodi non ſuccurrerunt, inexcuſabiles condemnabuntur, *ut qui charitate & obedientia Verbo Dei debita vacui, nunquam credere voluerunt, afflictos, exules egenos Chriſti fideles, hic pauperes, abjectos, tanti fieri, ut Deus & Chriſtus ipſe in iis ſuſcipiatur, vel negligatur.* Quocirca eorum curam non geſſerunt. Et notandum eſt, *illos qui ſimpliciter charitatem & beneficentiam erga fideles egenos non exercuerunt, omnino damnatum iri*; quid vero illi, qui tales perſequuntur, ſpoliant, victu & amictu privant, in ejuſmodi calamitates præcipitant, aut qui commiſerationis loco ſannis exprobrationibus contriſtant, januas & viſcera coram iis claudunt, imò etiam ſi aliquando Miniſtri Eccleſiarum, vel amici, talium cauſam, ſuis commendant, pro iis intercedunt, tùm ægre ferunt, indignantur, & Nabalitico genio, dura verba vomunt; nonne multo graviùs condemnabuntur? *Et tamen inter Euangelicos etiam frequentiores quam benefici reperiuntur: Domino egente, iſti nequam ſervi abundant: eo eſuriente, iſti comeſſantur: Domino ſitiente, ſervi potant: Domino nuditate preſſo, ſervi ſplendide veſtiti incedunt: Domino patiente, iſti voluptatibus lætantur: Dominum exulantem, in ſua non recipiunt, peregrinum deſpiciunt, nedum ut ægrotantem inviſant: Domino humiliter petente, ſervi facies avertunt, maledicunt, propulſant, &c.* I nunc excuſa ſervos:- *Nonne juſtè, damnatio abſque miſericordia erit ei qui non præſtitit miſericordiam, cùm è diametro, glorietur miſericordia adverſus damnationem?* Quæ omnia, ſi diligentius expenderent Euangelici, miſſis vanitatibus, prudentiæ carnis affectibus, omnino litibus & diſſidiis illicitis, *potius in ejuſmodi operibus charitatis certarent, ſecundum quæ, argumenta ſalutis haberent, ut primitivi Chriſtiani & Eccleſia.* Nunc ſi charitatem illam non habeant, Epiſtolam Joannis primam intueantur, & videant: *num veri Chriſtiani, num filii Dei, eſſe, num in Deo, & charitate ejus, manere queant. Aut ex Paulo, æs reſonans ac cymbalum tinniens, ac in ſumma ſummarum nihil erunt:* cùm Lex tota in charitate conſiſtat, & fides ſola, per charitatem efficax, in Chriſto valeat. Olim, Thomas Linacer, Medicorum ſui temporis circa annum Do. 1524,

Ratio charitatis.

Digitized by Google

facilè princeps, cùm in ætate provecta, Euangelium Matthæi capite quinto, ſexto, ſeptimo legeret, & cum vita Chriſtianorum conferret, totus cohorruit, & totis viribus abjecto libro juravit: *aut hoc non fuiſſe Euangelium, aut populum aliter agentem non eſſe Chriſtianum.* Cujus factum etſi non approbetur, judicium tamen contemni nequit. Hodie conferatur vita multorum Euangelicorum cum Euangelio, & charitas illa prima cum moderna, *facile judicium extorquetur*: Et videremus: *Deum etiam bellis hiſce & multitudine exulum afflictorum, Euangelicos ad reſipiſcentiam & charitatem primam revocare, qui non morem gerunt, eos belli cauſam eſſe.*

Ad concluſionē totius operis. Atque hæc ſunt *Illuſtriſſime Domine*, quæ de cauſis belli hujus & malorum tantorum cogitare, rogantibus explicare, adverſariis opponere, mihi eſt ſolenne, quandoque prolixius: nunc iſta ſufficiant, & ſapienti ſat dictum ſit. Poſſem copioſius ac librorum & rerum teſtimoniis uberius. *Verùm ut ſemel ac ſimul omnia dicantur, ex altiſſima gubernatione Dei, ut in crucifixione Chriſti,* OPORTET ITA FIERI. Hæc eſt hora Epiſcoporum & poteſtas tenebrarum, imo hora noviſſima! Quæ Deus ante decrevit & Scriptura prædixit, jam ad amuſſim fiunt. Jam veritas eloquiorum Dei, ad fidem faciendam de fine mundi, de futuro judicio, de reſurrectione & retributione cuivis ſecundum opera ipſius, obſervatur, aſſeritur: jam multiplicata iniquitate, charitas plurimorum refrixit: jam peccata peccatis, mala malis, & bella bellis cumulantur, ac puniuntur: *jam Draco ſolutus, Antichriſtus iratus, Beſtia dira multicipites, contra Chriſtum & Sanctos ejus, belligerantur: jam purgantur, dealbantur & conflantur multi: cùm improbè agunt, nec animadvertunt improbi. Sed erudientes, animadvertunt. Beati qui perſecutionem patiuntur pro juſtitia, quoniam ipſorum eſt Regnum Dei, & merces copioſa in cœlis: qui perſeveraverit uſque ad finem, ſalvus erit; qui Beſtiam adoraverit, ejus imaginem vel characterem in fronte aut in manu ſua acceperit, ex vino excandeſcentia Dei bibet, ac æternum damnabitur, quicquid prudentia carnis comminiſcatur. Qui injuſtè agit, agat; & qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc. Iudex præ foribus.* & nemini faciet injuriam.

Vulgò, veras & genuinas hujus Belli Cauſas, vel non norunt, vel in lucem edere non audent, vel accuratius cognoſcere nolunt. Vanis tantum, contortis & præconcepta opinione nitentibus, ſuo damno indormiunt, *quia ut mundus decipi volunt.* Quales Caſpar

Lon-

Digitized by Google

Londorpius, numero decem totidem libris, cum dedecore ſuo publicare non dubitavit. Quaſi Prima ſit, Unio quorundam Proteſtantium. 2. Electio & coronatio Ferdinandi in Regem Bohemiæ & Hungariæ. 3. Rebellio Directorum Bohemiæ, affectantium clavum Regni, poſtquam Matthias Imperator Viennam profectus erat: & Cæſaris Officiarios ex feneſtra præcipitantium. 4. Mors Matthiæ Imperatoris & rejectio Ferdinandi; prætenſa violatio Literarum Majeſtatis, & Electio Friderici Palatini. 5. Proſcriptio Friderici Palatini, declarata, ſed nondum publicata. 6. Eadem jam publicata Proſcriptio. 7. Nova Liga inter Reges Angliæ, Galliæ, Daniæ, &c. de reſtituendo Palatino. 8. Detentio bonorum Eccleſiaſticorum, pax Religionis malè intellecta, & Regis Daniæ apparatus bellicus. 9. Bethlehemi Gaboris & Hollandorum copiæ militares contra Imperatorem. 10. Calumnia, quòd Catholici his artibus quæſierint oppreſſionem Religionis Euangelicorum, & Libertatis Germanorum, ſtabilito Dominatu & Monarchia Hiſpanica. Quem Scriptorem, apparet, *aut Propoſitorum ac intentionum Papiſtarum, & libertatum atque officiorum Bohemorum & optimorum Proteſtantium prorſus ac turpiter ignarum fuiſſe, aut hac omnia dolo ac mala conſcientia reticuiſſe, Papiſtis, ut honorarium acciperet, palpum obtruſiſſe, Euangelicorum oppreßionem ſuſque deque habuiſſe: Bohemorum & bona cauſa Patronorum calumniatorem exſtitiſſe.* Quem quia rerum experientia, & ſincera geſtorum enarratio ſatis confundit, ulteriori refutatione indignum videmus. Ex eo enim Titanico & Antichriſtiano principio agit: *quaſi Papa & ejus Vaſalli abſolutum in omnes, & in omnia omnium Dominium habeant, omniaque ipſorum poteſtati ac placitis obnoxia ſint: è contra quaſi Bohemi, Proteſtantes, & alii Reges, Principes planè nihil agere poßint aut debeant, niſi quod Papa & Ferdinando placeat: aliàs omnia eorum acta, eſſe rebellionem & cauſas belli. cum quo Anathema ſit.* Etenim *quoad Primam Cauſam, non illi cauſa belli ſunt, qui unum & concordes in defendendis ſuis juribus contra conjuratos eſſe ſtudent, ſed qui ſibi falſo jus in omnes arrogant, & ad invaſionem & excidium aliorum conſpirant & procedunt, ut Papiſta Concilii Tridentini executione agunt. Circa Secundam, non qui Regem ſibi ſerie Privilegiorum ſuorum ad conſervandam pacem, & jura ſua eligunt, ac coronant; ſed qui ad evertenda vel turbanda gentium jura, debellandaſque nationes ad libitum Papa electionem & coronationem ambiunt, (quod Ferdinandum dißimulando*

Londorpii cauſæ corriguntur.

egiſſe veritas evincit) cauſæ bellorum ſunt. 3. *Præjudicio & tyrannide ſcatet: qui conditionaliter eligere, etiam conditiones urgere, non ſervatas vindicare & iu non ſtantem deponere, jus habent: Electio non eſt hæreditaria uſurpatio. Officiarii contra obligationem Domini agentes meritò contemnuntur, neque res ea clavum Regni affectat. Directores non ſe rebellionem commiſiſſe, verùm ex lege & officio omnia rectè egiſſe, morte ipſa teſtati ſunt. ut ſupra.* 4. *Contorta eſt, Nam mors Matthiæ pacis initium fuiſſet, niſi deſignatus Ferdinandus turbas ejus illicitè reſumpſiſſet; quamobrem ejus rejectio iiſdem nititur fundamentis quibus aſſumptio. Vera, non tantum prætenſa, fuit Literarum Majeſtatis violatio, Legitima Friderici electio, quam Bohemi comitiis & ſcriptis aſſerunt, & in Senatu, ſi datus fuiſſet, aſſerere voluerunt. Non igitur illa, ſed contra illam actio, Cauſa belli.* 5 & 6. *Non belli totius, ſed continuationis & dilatationis ejus ſanè cauſa fuit, quia domus Auſtriaca in propria cauſa Iudex eſt, & Primarios Electores Imperii, imo Reges ſine Comitiis Imperialibus ita tractare, proſcribere aut publicare non debuit. Ideoque illegitima Tyrannide ſibi ipſi belli incrementum peperit.* 7 & 9. *Ex perverſa mente Londorpii fluxit, quaſi Reges & Principes Vicini, quorum eſt oppreſſis vicinis & amicis contra Tyrannos & oppreſſores ad reſtituendum ſubvenire*, id officii exſequendo, eo bellorum cauſa dici poſſent, cùm tamen oppreſſores ipſi, contra quos veniendum, in culpa hæreant, cum ſuis adulatoribus. 8. *Præter eundem de negotio Regis Daniæ errorem, Antichriſti cupiditatem ſpirat. Quaſi bona Eccleſiaſtica non in poteſtate Collatorum maneant, ut illi Eccleſias in puro Dei cultu per Chriſtum ſancto, fovere in ſuis ditionibus queant, ſed ad ſolum Romanum flaminem, etiamſi Antichriſtus ſit, ſpectent, ejuſque tantum mancipiis tribui debeant. Et ſi hoc non fiat, cauſam bellorum eſſe. Cùm contrarium vel prius potius verum ſit, & pax Religionis non aliter intelligatur, niſi ut ea quæ Chriſti & Eccleſiarum ejus ſunt, ad Antichriſtum & mancipia ejus nullo modo transferantur.* 10. *Fruſtra Pontificios (nomine Catholicorum, non dexteriùs, quam olim Ariani fuerunt, veſtitos) excuſat. Quia, vota, propoſita, attentata, illorum, manifeſta ſunt: & ſi hoc nolunt, cur hodie, arma non deponunt? & pacem ubique vigere ſinunt? Nam ſi dominatum abſolutum in omnes non affectarent, jugum ſuum intolerabile, Antichriſtianum, omnibus imponere non tentarent, gentes Chriſtianas & propria libertate gaudere ſinerent, nullam ampliùs belligerandi armorumque induendorum cauſam haberent: nec ullus Chriſtianorum contra illos bella moveret.* Verum contraria ipſorum molimina, efficiunt bella.

Egre-

Digitized by Google

Egregiè norunt Papicolæ, cauſas bellorum & malorum horum Euangelicis affricare, quaſi ſua à Papa diſſenſione, diſcordiarum & bellorum in orbe cauſa exiſtant. Verùm enimverò miſerrimè falluntur: *Omnia facilimè in ipſos retorquentur, ac ultro in capita ipſorum recidunt.* Nam Chriſtiani non à Papa, ſed à Chriſto dependent, hunc, non Papam aliquem, Caput, & Dominum, cum quo conſentiant, cui ſubſint, habent: Magiſtratus non ad Papam ejuſque placita, ſed ad Chriſtum ejuſque ſtatuta, populum urgere debent. *Cùm Papa introductus ſit contra doctrinam Chriſti apertam,* Matth. 23. verſ. 9. & 10. *Antichriſtus eſt: cùm docet ac facit contra Chriſtum, duplo magis Antichriſtus eſt.* A quo tum omnes recedere & diſſentire, de neceſſitate ſalutis eſt. Qui ab eo divertunt, ſanctè faciunt, ideo bellorum cauſa non ſunt, & nemo illos tùm propterea bellis invadere, aut Papæ Antichriſto mancipare, debet, nec bona conſcientia poteſt; qui facit contra jus & officium facit, eoque ipſe belli cauſa eſt. Si Papam, Chriſtianum Catholicum, ac Dominum omnium eſſe putat, extra Scripturam errat, & erroris ſui fructu ſatiabitur. Euangelici à Papatu diſſentiunt & diſcedunt: non, quatenus in eo aliquid Chriſti, & verè Catholici retinetur; *ſed quatenus Papatus, à Chriſto, & eo quod verè Catholicum eſt, diſcedit, & novas, non Catholicas, non Chriſtianas, ſed vanas aut Iudaicas, aut Hæreticas, aut idololatricas opiniones & ceremonias ac conſuetudines aſſumit.* Nec Papicolæ in æternum probabunt, *ea eſſe Catholica aut Chriſti, in quibus Euangelici ab illis diſſentiunt:* adeò ut, non Euangelici ſua diſſenſione à Papa, *ſed Papa ſua diſceſſione à Chriſto, ejuſque ſalvifica inſtitutione, & ſimplicitate, diſcordiarum & bellorum in orbe Chriſtiano cauſa ſit, & qui cum ipſo faciunt.* ut ex ſuperioribus patet.

Non in Euangelicos cauſæ bellorum conjici poſſunt ſed in Papiſtas recidunt.

Inter Euangelicos ipſos non deerant, *qui omnes cauſas hujus belli, in Bohemos, in Palatinum, aut alii in alios conjicerent, modo ſuam culpam nugatores extenuarent.* Verùm communi, tandem affectione Papiſtica facti, ſerò Phryges ſapere cœperunt, aut adhuc reluctante conſcientia ſuoque damno, Papiſticas prætenſiones aut ſuas nugas propugnant. *Bohemi non magis cum Palatinis cauſa belli fuerunt, quam Regimen in acie communi, quod hoſtis communis primum invadit, belli cauſa eſſe probatur.* Palatini prudentiores, moderatiores, ac doctiores, Machinationum Papiſticarum periti, Bohemis æqui eſſe ſtuduerunt. Sed nunc demùm *Anonymus quidam Zelotes*, clandeſtinis quorundam malevolorum calumniis, pluſquam publicis actis fidei habens, in

ſcripto quodam Gallico, Bohemos accuſare aut diffamare non veretur, *quaſi Magiſtratui infideles injuriiique fuerint, & executionem Pragenſem cum ſequentibus malis meruerint.* Verùm Acta Bohemorum, & ipſæ præparationes ad mortem, imo proteſtationes, *quòd omnia bona conſcientia egerint, jura & privilegia ſua obſervarint, & nulli injuriam inferre in animo habuerint, quod & ſanguine obſignatum ierint*, ſatis eum vanitatis convincunt. Cui etiam reliquiæ Bohemorum & pia poſteritas reſpondere, & ſatisfacere paratæ ſunt, ſi noſtrum ſcriptum neglectum fuerit, cùm ſciamus omnia ex rerum experientia deſumpta eſſe, & confutandis calumniatoribus ejuſmodi, qui mortuis leonibus inſultare audent, ſufficere.

Narrationes narrationibus pares.

Reminiſcatur iſte: *Chriſtianum Anhaltinum ſimilia de Principibus & Ordinibus Sileſiæ Regi Friderico, in fuga VVratiſlaviâ abducendo, retuliſſe, quaſi, nî cito ulterius properet, ipſum captivum ducere, & in manus Ferdinandi II tradere velint. Quod cùm Fridericus Ordinibus Sileſiæ præpoſteram illam fugam diſſuadentibus, & abitum ejus deplorantibus, aperuiſſet, Anhaltinum illico mendacii convictum, & à Principibus confuſum fuiſſe, illicoque à latere Friderici proprio curru domum abiiſſe.* Eâ tamen calumniâ, cùm ei Fridericus fidem haberet, Anhaltinus, *Sileſios & Regem & totum Regnum ejuſque ſtatum bonum perdidit, dùm Fridericum Regem, qui à Sileſiis, Vngaris vicinis, & reliquis Provinciis exercitibuſque animos reſumentibus probè adhuc defendi, & cum Regno ſervari potuiſſet, ſi manſiſſet, ex Regno, & Praga, Hagam fugere perſuaſit; Saxoni & Cæſari Regnum & Provincias incorporatas invadendi, ſpoliandi & occupandi commoditatem ſuppeditavit, ideoque magnam Cæſaris gratiam nactus eſt. quæ tamen ultimo nihil ei profuit.* Ne hic, ſive Spanheimius, ſive quicunque ſit, eodem redigatur. Nec obliviſcatur quid amplius privatis ſermonibus ejuſmodi circumlatum ſit, *Legatos Palatinos in ſuffragio ferendo circa Electionem Imperatoris, etiam contra mentem Saxonis deliraſſe, cùmque venditione & denudatione Patriæ, duos vel paucos torquatos ſplendide inceſſiſſe: ac poſtmodùm plures Conſiliarios eidem Regi autores fuiſſe, ut Coronæ Bohemicæ planè renunciaret, totque Eccleſias periclitantes in poteſtate Antichriſti deſereret, modò in Palatinatum reſtitui poſſet; unde nullam amplius fortunã experiri potuit.* Hęc potiùs expendat aut excuſet Autor, *quam ut falſis narrationibus Bohemos innocentes gravet.* Similes, ſimilia ſibi dicta putent. Calumniatores, nugatores, partium ſtudiis addicti. Qui cùm de Providentia Dei dubitent, aut de ea, atque charitate

Bohemi innocentes.

pro-

Digitized by Google

proximis præſtanda, ſatis informati non ſint, ejuſmodi mala iis affingunt, proprias culpas non agnoſcunt, neque reſipiſcunt, nec in patientia animas ſuas poſſident, nec peccata diligentiùs fugiunt, eaque hoſtibus agenda, & fructus inde carpendos relinquunt; ſed ſoli omnia agere, fremere, ac ringi præſumunt, adeò ut adhuc ob ejuſmodi peccata, bellis iſtis caſtigari mereantur, *ne quando completa peccatorum menſura, cum iniquo mundo planè condemnentur*. 1. Cor. 11. verſ. 32. Jerem. 5. verſ. 31.

Nos *in tantis motibus*, ubi maximarum rerum cardo vertitur: ubi Gloria Dei & ſalus populi agitur: Religio, Eccleſia, periclitatur, Regnorum, Provinciarum, Imperii, Patriæ everſio & conſervatio, quæritur, & cujuſvis honeſti officium ac virtus provocatur, *non urgemus, nec moramur Cauſas privatas, obſcuras, incertas, aut culpas perſonales*, proditiones aut ſcelera quorundam, quibus nunquam non abundat mundus, & quos vindicare eſt cujuſvis Magiſtratus. Sed quæ rerum tantarum vitæ neciſque noſtræ, & potiorum, communis ac publici boni, eſt conſideratio: eas animo intendimus, quæ paſſim ingrediuntur: quæ generales, partibus communes & notoriæ ſunt, quæ ſupernè & publica quadam autoritate, aut manifeſta libertate hic agunt: quæ totius actionis qualitatem arguunt, & veritati conſentiunt. Quales poſt Divinæ Providentiæ intuitum, & veram rei geſtæ in Bohemia relationem, ultraque propagationem, recenſemus, *Primo* omninò peccatum in genere. 2. Apoſtaſiam Romanorum à vera fide & ſimplicitate Chriſti. 3. Polypragmoſynen Flaminis Romani ut Antichriſti & complicum ejus. 4. Ambitionem ejuſdem flagitioſiſſimam, & ſemper in orbe turbulentiſſimam. 5. Meretriciam frontem, & procaciſſimam impudentiam illiuſdem. 6. Nec non inſatiabilem ac damnabilem vindictæ cupiditatem. 7. Jeſuiticæ Sectæ in Chriſtianitatem, introductionem & praxin. 8. Concilii Tridentini executionem. 9. Hiſpanorum & Auſtriacorum diſpoſitionem ac inſolentiam. 19. Saxonis, indiſpoſitionem & prævaricationem. 11. Execrandam pactorum fideique paſſim violationem. *His* enim *Cauſis* evidentiſſimè & pertinaciſſimè hoc bellum geritur, & hæc mala omnia multiplicantur. 12. Iniquiſſimam Bohemorum & Palatinorum oppreſſionem. 13. Euangelicorum multorum hypocriſin & diſciplinæ omiſſionem. 14. Diſſenſionem & diſcordiam Theologorum.

Non tam privatæ quam publicæ cauſę notandæ.

rum. 15. Politicorum ac Magiſtratuum quorundam incuriam & tergiverſationem. 16. Malitiam Papiſtarum. 17. Frequentem & indignam Euangelicorum Apoſtaſiam, & primæ charitatis omiſſionem. *His* enim bella & calamitates tantæ attrahuntur.

Summa: cùm Deus faciat pacem,& creet malum,faciat, inquam, Jehova omnia iſta, adeò ut non ſit malum in civitate, quod Jehova non efficiat,huc primum reſpiciendum,& reſipiſcendum eſt. Cùmque manifeſtè bellum hoc religionis ergò, inter ſemen ſerpentis & ſemen mulieris, inter Chriſtum & Antichriſtum geratur, quanquam confuſè adhuc nonnulla utrinque miſceantur, ideò neutralitati locus non relinquitur; ſed diligentiſſimè attendendum: ubi, cui parti aſſiſtendum! ne quando Chriſtum & ſalutem propriam omittamus, Antichriſtoque directè vel obliquè militantes, cum ipſo condemnemur. Sed afflictionum tolerantes, ut boni milites Jeſu Chriſti, fortiter agamus, quò cum Chriſto coronati regnemus.

Contra calumnias.

Quapropter Illuſtriſsime Domine, & verè Chriſtiane, quoties in diſcurſum venire contingit, quoties ſiniſtra diverſorum judicia de his fiunt, quoties improbas calumnias & accuſationes, quaſi Bohemi rebelles, primi belli hujus incentores, ac malorum horum nobis autores, ſine cauſa juſta arma defenſiva arripuerint: quaſi non ſatis liberi, arbitrio Auſtriacorum omnia relinquere debuerint: quaſi furibundi omnia præpoſtere egerint: quaſi Palatinus cupiditate inanis gloriæ motibus iſtis ſeſe immiſcuerit, aut domi tuto ſedere potuerit: quaſi mira quadam arte, excidium Papiſtarum & Lutheranorum, Calviniani quæſiverint, & ſoli dominari, Religionem opprimere intenderint: quaſi Cæſar ab omni mala affectione erga hæreticos Euangelicos alienus, moderatus, victoriis juſtificatus ſit, cui omnia tutò committi poſſint & debeant, *ac millia millium talium coccyſmorum, audis atque plauſtra conviciorum & injuriarum animadvertis*, uti ſcimus ab imperitis & zelotis, & oribus Satanæ paſſim evomi: *toties ad Cauſas has reſpicies, iram cohibebis, & amicos ac corrigibiles revocabis, & hæc talia omnibus diſpicienda commendabis.* Si quis ad verum audiendum aures habet, audiat; ſi quis intelligere, credere & ſapere velit, aut poſſit, intelligat, credat, & ſapiat, ac Deum timeat, ne peccet in proximos, ut ſervetur. Si quis cæcutire & ſibi ſoli placere velit, cæcutiat, & ſibi placeat quamdiu libet. Qui

In patientia animæ poſſidendæ.

Beſtiam

Digitized by Google

Beſtiam admirari, adorare, malos Tyrannos juſtificare, miſeris inſultare, calamitatem afflictis addere, innocentes perimere, quàquà ſtuduerit, adeoque nocere & ſordere animum habuerit, ſordeat, noceat, pergat, & tripudiet adhuc: Bello tamen huic finem & pacem, ne ſic quidem procurabit, nec conſuetum aut optatum otium, voluptates ſectandi aut congregandi, adipiſcetur, donec reſipiſcat, aut adventu ejus obruatur, qui ſuum cuique reddet, perſecutores impios, idololatras, hypocritas, minimorum è fratribus ſuis oppreſſores & deſertores, una cum Tyrannis, & Beſtiis, ac earum adoratoribus, atque ipſo Diabolo, & Angelis ejus, in æternum ignem ad perpetuos cruciatus condemnabit, & compellet; Fideles ſuos ob Religionem puram & juſtitiam hic afflictos, in Regnum cœlorum ad gaudia ſempiterna aſſumet, ac introducet.

Ad ſtuporem uſque admiramur, Germanorum plurimos tàm barbaro affectu, tàm multis calumniis adverſus cauſam Bohemicam ferri, eam nuſquam curationi adjudicari, ſed cum tota gente ad fundamenta uſque exinaniendam, & in æternum hujuſmodi tempeſtate mergendam ſtatui, adeò ut, nulla reliquiis Bohemorum pax, nulla reſtitutio unquam promittatur, nulla ſpes à multis relinquatur. Cum aliâs mortuo Herode, Chriſtus ab exilio revocetur: Mortuo Ferdinando I, exules Bohemi moderatione Maximiliani II, reconciliati fuerint: Mortuo Duce Geldriæ ſuperiori ſeculo, circa Annum Domini 1538, Enno Comes Friſiæ, à durioribus pacis conditionibus fuerit liberatus, & plerunque per mortem adverſæ partis altera relevetur; Nunc nihil hujus Bohemis concedatur. Mortuo Matthia, data fuit bona occaſio pacis; ſed aſſumit iram Ferdinandus II, & crudelius affligit miſeros. Hoc extincto, & iterum conciliationis anſa data, fit Tertius Ferdinandus, Genti & Religioni iterum infeſtior, & tamen approbatur ab omnibus: quia nimirum jam mores ſeculi ipſis Herodianis, & omnibus Titanicis ac Tyrannicis crudeliores ſunt. *Quod ſi Cauſa Bohemorum ſit Cauſa Chriſti, ut in præcipuis negari non poteſt, viderint adverſarii, & hoſtes, quid tandem emolumenti hinc habituri ſint: in cæteris evidentiam Cauſæ Bohemicæ cum aliis ſcriptis, majori ſuo malo contemnunt.* Si vero Cauſa Bohemicæ contraria, *in ſumma* ſit Cauſa Antichriſti, uti millia millium Martyrum pientiſſimorũ & optimorum virorũ ſanguine & morte obſignarunt, quibus mundus meliores jam non habet, non ignotum eſt, quid ejus aſſeclas & Patronos maneat.

Bohemorũ cauſa eſt cauſa Chriſti.

Cònſtare quidem omnibus liquido debuiſſet, quæ cauſa Chriſti, quæ Antichriſti ſit: cui melius adhærere atque aſſiſtere fuerit? verùm reperias homines quibus nulla horum cura, Deone an Diabolo ſerviant! Chriſtine an Antichriſti cauſæ aſſiſtant! cum hoc vel illo communionem habeant! imo ſcelaratiſſimè blaſphement, ſe ultro Diabolo & Antichriſto ſervire velle, modo pecunia detur, & voluptatibus libertas, ac ſcelerum licentia permittatur. Sed miſſis his gehennæ titionibus, *quorundam meliorum etiam judicium vacillat, & acies oculorum præſtringitur, dum cauſis his generalibus, & maximis, quædam minores & ſpeciales nimirum politicæ admiſcentur & obtenduntur.* Nec ſegnis hic eſt Princeps ille mundi cum ſuis mancipiis, quin cauſam Chriſti prætextibus carnalibus mundanis & politicis involvat, obſcuret, ac contemptui exponat, cauſam verò Antichriſti, ſpecie juris, dignitatis, & potentiæ ſecularis exornet, atque evehat, quo hæc præ illa filiis ſeculi arrideat. *Quocirca Chriſtianos ita prudentes eſſe decet ac oportet, ne per ſeculares & politicas prætenſiones, alicubi vel obliquè cauſam Chriſti vel Antichriſti eſſe non animadvertant: atque ita decepti, hanc præ illa juſtificent, aut huic præ illa adhæreant, ne in fine cum quo nolint computentur: ſed in expendendis hic omnibus acutiſſimi & diligentiſſimi ſint, atque profundiùs ſcrutantes, etiam altius aſſurgant, uti jam exemplo qualicunque in hoc ſcripto præivimus*, cùm multos Politicis technis & tricis à conſideratione & propugnatione cauſæ Chriſti, ad commodationem cauſæ Antichriſti, contra ſalutem propriam, abductos videremus. *Iuſtas atque eſſentiales belli cauſas vel Ethnici norint.* Auſtriaci cum Papiſtis, contra Bohemos, quales probaverunt? Hæreſes & rebellionem crepuerunt, quamobrem eos libertate Religionis & Patriæ, privare atque exſtirpare decreverunt, & inde neceſſitatem armorum induendorum ſibi finxerunt. *Atqui Hæreſes bellis exſtirpari, nuſquam jus gentium aut Catholica fuit cauſa: neque dum Bohemos atque eos qui Chriſti Inſtitutionem ſequuntur, Hæreticos eſſe oſtenderunt; ipſi hæreſibus pluribus contaminati, ab Inſtitutione Chriſti alieni, Eccleſiæ nomen & ſtatuta, contra Chriſtum fruſtra crepantes. Rebelles autem, illi qui nunquam abſolutè ſubditi fuerunt, qui jura & privilegia ſua ſervant, nulla veritate eſſe probabuntur, nedum ut qui Papæ & Vaſallis ejus ſubditi non ſunt, rebelles eſſe cenſeri queant. Qui libertates gentium adeóque gentes ipſas opprimere volunt, illi bellorum cauſas præbent, & contra ejuſmodi Tyrannorum vim vel occultiora molimina bellum gerere, pro aris & focis,*

Cauſæ cum diſcretione expendantur.

& focis, vim vi repellere, licet. Hoc Bohemi egerunt, pro Libertate Religionis & Patriæ, contra attentata quorundam, & dejectiones bonorum è ſuis locis ac ſubſelliis, etiam obicibus, & ejectione talium de feneſtris certarunt, contra invaſores & vaſtatores manifeſtos etiam arma defenſiva geſtarunt. Illoſne, an Tyrannos priores in cauſa & culpa eſſe dicetur? dicitur, ab adverſariis, & rerum ignaris? ſed iniquè: & præbetur ulterioribus cauſa bellis. Nonne olim Dei populo à Tyrannis & Satellitibus eorum perpetuæ rebelliones fuerunt adſcriptæ? *1. Eſdra cap. 4. verſ. 15. & 19.* & quid nunc melius à corruptioribus ſperetur? Scimus qui dicunt: relinquantur Bohemi, Palatini, & alii in ſua oppreſſione, ut nos habeamus pacem: *Verum hoc contra Deum, contra officia Magiſtratuum, & contra charitatem tota Lege firmatam facit.* Pſalm. 82. verſ. 3. 4. & qui tales pacem habere queant? *cùm Iehovah exercituum Zelo maximo proſequatur diu preſſos ſuos, & fervore maximo ferveat contra gentes iſtas tranquillas, quia ipſo efferveſcente paululum, ipſa adjutrices fuerunt in malum, ac tandem decutiat cornua talium?* Zachar. 1. verſ. 14. 15. & 21.

Non relinquitur ignavis, & proximi rationem non habentibus, excuſatio: Res maximi momenti aguntur: Orbis ardet bello: Gloriæ Dei & ſalutis populorum intereſt: Patriam & omnia vitæ commoda amittimus: Facultatem impendimus: Diſcrimina omnia, exilia, & quævis afflictionum genera ſubimus, alios alii ad extrema omnia perducimus: Sanguinem & vitam ipſam toto die profundimus: etiam cum poſteritate noſtra quilibet noſtrûm periclitamur: & non quam diligentiſſimè, attendemus, ſcrutabimur, & inveſtigabimus! quænam rerum tantarum Cauſæ! qui tantorum malorum ac tantorum periculorum nobis autores! ut verum ipſum agnoſcentes, falſitate non ducamur, fidem & bonam conſcientiam ſervantes, animæ ſalutis jacturam non faciamus: verùm baſi veritatis inſiſtentes, omnia fortiùs agamus, adverſa patientiùs feramus, iniqua animoſius repellamus: hoſtes & amicos accuratiſſimè dignoſcentes, pro dignitate ſuſpiciamus: Amicis aſſiſtentes, eos ſervare ſtudeamus: Adverſarios potentiùs urgeamus, evidentius convincamus, & virtute reprimamus; quo, aut reſipiſcant, aut evidentia Cauſarum olim confuſi rigore judiciorum Dei pereant: aut tempeſtivè adhuc omnes ea quæ pacis veræ ſunt, ſeriò quærant. *Fit enim aliâs, ut qui ſummas ac primarias rerum cauſas, non conſiderant,*

Recapitulatio priorum.

perexiguis aut inanibus, de quibus pacificè tranſigendum erat, indignè pereant. Qui Chriſti cauſam quàm accuratiſſimè non obſervant, facilè amittunt, & damnabilibus accedunt. Qui Chriſti Cauſam exigui faciunt, aut propugnare fortiſſimè ad mortem uſque negligunt: illicò in Antichriſti caſtra delati, perverſi Cauſam Antichriſti gnaviter propugnant, ac ſtabiliunt, adeoque Cauſam Chriſti, negotium ſalutis propria remiſſius agentes & perdentes, Cauſam Antichriſti, & damnationem propriam ſtrenuè operantur, & ſortiuntur. Qui in negotio Chriſti, militare, pati, mori, nolunt, in negotio Antichriſti belligerare, pati, & æternum mori, omnino coguntur. Nos in cauſis inferioribus omnia conſiliis æquitate potiùs, quam armis experiamur, earum fucis, ſummas nobis obſcurari, ne patiamur: *ab omni ſpecie mali abſtinentes, potiùs Deo quam Diabolo ſerviamus, potiùs Chriſti quam Antichriſti Cauſæ adhæreamus, potiùs cum Chriſto quam cum adverſario ejus Antichriſto in acie ſtemus, & moriamur, ne cum Diabolo & Antichriſto, quibuſcunque ſecularibus cauſis ſeducti, in æternum damnemur; ſed cum Chriſto morientes, una cum ipſo vivamus, & regnemus, in ſecula ſeculorum. Amen.*

Inimicitias illas inter mulierem & ſerpentem antiquum, inter ſemen utriuſque, inter Chriſtum & Antichriſtum, ſemper, maximè hoc ultimo tempore geri, atque primam & ſummam cauſam bellorum omnium inter bonos & malos exiſtere, certum eſt, etiamſi quandoque ſpecialiores & minores quædam cauſæ, admiſceantur. Quis tamen unquam, bonis potiùs quam malis, juſtis potiùs quam injuſtis, Chriſto & Fidelibus ejus, magis quam Antichriſto & Satellitibus ipſius, cauſam & culpam bellorum adſcribere poſſit? Hic verò Bohemos & cum illis facientes, Inſtitutionem & Religionem Chriſti propugnare, Adverſarios autem Auſtriacos & Ligiſtas, eandem exſtirpatam velle, luce meridiana clarius eſt: Quis ergò ſtantibus à partibus Chriſti, & non magis oppugnantibus Inſtitutionem Chriſti, Cauſas malorum affricabit? Nec illi qui Inſtitutionem Chriſti ſervant, primi bellum moverunt: ſed contra violatores ejus, & invaſores, arma defenſiva ſumpſerunt. Non igitur illis, ſed his qui jugum & Inſtitutionem Chriſti ferre non poſſunt, exſtirpare nituntur, Cauſa belli debetur. Qui contrarium ſtatuit, blaſphemus eſt, ac perverſus.

Peccata quidem ab utriſque committuntur, ob quæ bella à Deo mortalibus ægris immittuntur, & inde Cauſæ bellorum obſcurantur.

Digitized by Google

tur, minores confunduntur, pro maximis ſupponuntur, & utrinque miſeri cæduntur, affliguntur: *ſed tamen, Idololatria, defectio à Verbo Dei, & communiora peccata, attrahentia bellum, ſemper majora deterioraque in malis quam in bonis, in Antichriſtianis quam Chriſtianis, evidentiùs exiſtunt ac deprehenduntur, eoq́ue magis in illis quam in his culpa hæret.* Scripturæ, primò ſemper Dei populo peccanti, caſtigationes, bella, plagas graves, minantur, & ideo etiam fideles Chriſti bellis vincuntur, cæduntur, uruntur, & variis modis affliguntur, ſed *tandem, omnem iram Dei, & finales interitus ac ruinas in impœnitentes, Idololatras, Babylonios Antichriſtianos, effuſum iri prædicunt, & ita res habebit.* Qui è duobus malis minus eligere velit, utique non his, ſed illis adſtipulari properet. Alioqui, licet melioribus quandoque aſperiora contingant ad tempus, quam reprobis: *tamen ultimo eventu, res mutabitur: & Deus qui à Domo ſua judicium incipit, omnino hoſtes reos judicabit, pro meritis, longè ſæveriùs quam ſuos.* Nondum omnium dierum Sol occidit: Sapientia juſtificabitur à filiis ſuis, & quò quis eſt, jam olim præſcriptus, tendet. Nos cum Apoſtolo Petro, ſpe bona de bonis freti, concludimus: *Tempus eſt ut incipiat judicium à Domo Dei: quod ſi primùm incipit à nobis, quis erit finis eorum, qui non aſſentiuntur Euangelio Dei? Et ſi Iuſtus vix ſervatur, impius & peccator ubi comparebit? Itaque qui malis afficiuntur ex voluntate Dei, tanquam fideli conditori, commendent animas ſuas benè agendo.*

1. Petr. 4. v. 17. 18. 19.

FINIS.

RERUM

RERUM MEMORABILIUM
INDEX
Simul directus & ad lemmata & ad contenta Paginarum.

a *Litera præfixa numero Paginarum priorem Tractatus partem*; b, *poſteriorem ſignificat*.

A.

A Cad. Wittebergenſis Bohem. ad conſtantiam hortatur. a 52. *animadvertit ſcopū Papiſtarum. ib. & 63. commiſſo muneri non ſatisfacit.* b 135. 136

Acumen Papiſticum circa ſupplicia cruciatuumque genera. a 86. b 108. 187

Adverſarii relegantur. b 127. 216. 217

Alcorani ſumma. b 22

Americani Papiſtarum odio cœlum averſantur. b 192

Anglia jugum Papæ admittit. a 20. *martyrum rogis fumat.* b 192. *inteſtino bello implicatur.* b 204. *fere tota deficit. ibid.*

Angliæ Legatorum de ſtatu Bohemiæ judicium. a 95

Anglus deſerit Palatinum. a 90. *ejus tergiverſatio.* b 137. *Antonii de Dominis ducitur perſuaſionibus. ibid.*

Antipathia indelebilis. a 3. b 219

Antichriſtus. a 5. *& ſequ. teſtium de illo acies.* a 24. *& ſequ. ipſius per Bohemiam tyrannis.* a 60. b 189

Antwerpiâ Lutherani exigunt Reformatos. b 145

Apologia Ioan. Gerardi pro pace Saxonica. b 120

Apoſtaſia Rom. Papatus. a 2. 5. 9. *& ſeq.*

Apoſtatæ Bohemiæ b 197. 200. *ut ſpe ſua fruſtrati. ibid.*

Apoſtatæ voluntarii Germanorum. b 201

Apoſtolorum ſimplicitas ut paullatim evanuerit. a 10. 11

Argentinæ ſævitum in fideles. a 29

Armeniorum de Bohemis teſtimonium. b 108. *in miniſtris Boh. ordinandis officium & promtitudo. ibid.*

Aſia & Græcia nefariè in manus Turcarum deſerta. b 188

Atto Mogunt. Epiſc. perjurio, & pœna illius inſignis. b 101

Auguſtini κειμήλιον *Chriſtianiſmi.* b 105

Aulæ magnā bellorū cauſam ſuſtinent. b 150

Auſtria averſatur Ferdinandum II. a 71

Auſtriacorum Apophthegma. a 76. b 52. *ſtirps.* b 52. *diſpoſitio.* b 45. *conſpiratio.* b 48. *conſilia & anhelationes.* b 49. *Philautia.* b 53. *pactorum & fidei violatio.* a 46. b 94. *Prætextus rebellionis & hæreſeos.* b 138. 218

Auxilia quibuſcum conjungenda. b 130. 131. 218.

B.

B Ajazetus Turca cum Papa paciſcitur. a 19

Bavarus Ligiſtarum exercitui præeſt. a 92. *Pragam deditione accipit. ibid. ejus fallax interceſſio.* a 95. *ex Bohemiæ regno præda, ibid. erga Boh. affectus,* b 168

Bellarminus Papæ ſuperioritati advocatus. a 13. *alibi in Paparum pietatem delinquit.* a 18

Belgici ſanguinis per Albanū profuſio. b 193

Bellum Bohemicum non abſimile incendio. a 1. *ejus cauſæ ſcriptoribus perperam, & falsò notatæ, vel ſuppreſſæ.* a 2. b 210. 211. *Cauſæ illius eſſentiales & ſpeciales.* a 3. 5. *& ſequ.*

Digitized by Google

& ſeq. Ipſarum evidentia. b 217. *æquitas.* b 219. *Petitur eo Religio.* a 4. *Defenſionis ergo à Bohemis ſuſceptum.* a 82. b 167. 219

Bellum Huſſiticum. a 39. 52. *Bohemorum in eo afflictio.* b 189

Bellum ſacrum. b 10. 24. 25. *Eventus infelix. ibid.*

Bellorum prima origo. a 3. 219.

Bella moderna Papiſticæ perverſitatis flagella. b 88

Bellis aliquot civilibus abſumptorum numerus. b 191

Bernardi querela de ſui temporis perſecutione. b 187

Blaſphemiæ pro ſtabiliendo Papatu. b 78

Blondi & Steuchi aſſentationes. b 174

Bohemia, primarium Imperii membrum. a 61. b 81. *nullum abſolutum Regem ac Dominum agnoſcere ſolita.* a 53. 66. *quondam ab obligatione Ferdinando II. libera.* b 99. *arte illius & armis theatrum hodie reddita deformationis.* b 95. 186. *ejus* 24 *procerum Senatus.* a 65. *Ordines tres.* a 66. b 71. *Incolarum conſenſus.* a 51. *Pontificiorum actu in Sectas duas Sub Vna & Sub Vtraque diſtractio.* a 45. *Antichriſti machinæ huc directæ.* a 52

Bohemiæ Ordines libertatem tuentur. a 56. *ad pacem cum Defenſoribus collimant.* a 73. 74. *cautionem obtinent ſecuritatis.* a 75. b 81. 82. *eorum in Ferdinando II admittendo prudentia.* a 74. 75

Bohemiæ Defenſorum qualitas. a 65. *æquitas.* a 78. 79. *pericula à parte Matthiæ Imp.* a 70. *Proteſtatio.* a 77. 80. *iniquiſſima condemnatio. ibid.* & 105

Bohemorum eximia duo Privilegia. b 66. *liberum Religionis exercitium.* b 68. & *ſequent. Libera Regum electio, Regum compluribus exemplis comprobata.* b 111. 112. 113. 114. 115. 116. *priſca virtus.* b 170. *affectus Caroli V ætate erga Saxoniam.* b 58. 135. *Fides ſingularis in Rudolphi ſolio tuendo.* b 138. *cauſa in hoc bello juſta & pia.* a 93. b 122. 127. 213. 217. 218. 219. *à Germanis licet turpiter neglecta.* a 98. *motus initio ſui curabiles.* b 172. *oppreſſio moderna.* b 185. *cauſa perverſè ab hoſtibus traducta, & infelicis eventus præjudicio gravata.* b 125. *Conatus per omnia bonus.* b 218. 219

Bohemi Concilio Trident. territantur. a 66. *ſenſu Ferdinandeo, ſemper rebelles.* b 34. *Rudolphi verò, Fideles ipſius dilecti.* b 68. & *ſequ. cum Palatino in agone.* b 93. *innocentes.* b 213. 214. *injuriâ affecti.* b 121. *à vicinis ad precum aſyla relegantur.* b 120. *cum illis nemo ingenuè egit.* b 168. 217. 219. *Reliquiis ipſorum omnis ſpes præciditur.* b 217. *Falſò hæretici.* b 218

Bohemorum fideles Religionem Chriſtianam conſervarent. b 109. *Luxuriem ceremoniarum edicto coërcuerunt.* ib. *contra Papas ad Orientales Eccleſias confugerunt.* b 107. *conatibus Antichriſti ſe oppoſuerunt.* a 64

Bohemorum legatio à Papiſtis rejicitur. b 89

Bulla Caroli IV liberæ electioni Boh. patrocinium. a 61. b 112

C.

Calumniatores Bohemorum. b 144

Canones ſeriæ diſputationis. b 164

Caput verum Eccleſiæ Catholicæ. b 150

Carapha Papæ Legatus ad Cæſarem. a 58. b 57. 45. *Ferdinandi pandit myſteria.* a 97. b 45. *malorum cauſam in Lutheranos derivat.* b 846

Cardinalium olim conditio. b 6. *aliquot ſimul ultronea Rom. ſedis ulcerum confeſſio.* b 18. *in Papas ſententia.* a 31

Cardo præcipuus rerum modernarum. b 186

Carinthia, Carniola & Stiria viderunt prima Ferdinandi II rudimenta. b 92. *Papæ mancipatæ.* b 146

Caroli IV malignum facinus. a 36. *affectus in Bohemos.* b 112. 113

Carolus Quintus denegat Eccleſiæ Synodum. b 154

Carolus

Digitized by Google

Carolus à Zerotina. a 83
Caſpar Cordillus Hiſp. Legatus reformationem & propoſitum Trid. Concilii diſturbat. a 50
Caſtigationes divinas à domo ſuâ exordia capere. b 221
Catholiciſmus ſuppoſititius. b 151
Cauſæ bellorum, adjuvantes. b 138. in Papiſtas recidunt. b 213. non tam privatæ quam publicæ conſiderandæ. b 215. cum diſcretione expendendæ. b 218. cauſarum præſentis belli concurſus. a 3. 4. ſumma. a 104. 219. præconcepta opinio. b 172. ſuppreſſio. b 210. confuſio. 218
Cœnæ Domini integræ uſus per Rudolphum Bohemis confirmatus. b 68. & ſequent. ejuſdem Thyeſtea adminiſtratio. a 60
Cenſuræ majorum in Papas. a 26. & ſequ.
Ceremoniarum pertinacia. b 202
Cæſarianorum per Bohemiam intemperiæ. a 84. 95
Charitatis primæ omiſſio. b 205. ratio genuina ejuſdem. b 209. 219
Chriſti vicariatus. b 3
Chriſtianitatis clades. a 90. in ſectas diſtractio. a 19. b 202
Chriſtianorum, primitivorum realis beneficentia. b 206. contra Papas oppoſitiones. a 12. 64. Proteſtationes. a 44. hoc ſeculo exigui progreſſus. b 195. hodierni motus & corruptelæ. a 5. incuria. a 10. exploratio. a 47
Chriſtianæ concordiæ maximi hoſtes. a 30. 32
Clandeſtina Matthiæ conſilia. a 69
Claſſicum Theologorum. b 141
Cleomenis Laced. aſtus. b 102
Clerus Romanus togâ & armis inſignis. b 7
Cleſelius conſiliorum Matthiæ director. a 70
Ciborii inventio. a 20
Civilium bellorum fructus. b 191
Coccyſmi hoſtium Bohemiæ. b 216
Commonefactiones non contemnendæ. a 64
Comitia Torgovienſia. b 169. Comitia Imperii pro ſucceſſore Matthiæ. a 88
Comes à Thurn Matthiã è Bohemia diſcedentem fruſtra retrahere conatur. a 77
Comiti à Thurn falsò cauſa belli imputatur. ibid.
Commodatio Antichriſti. 218
Concilii Trid. ſpontanea confeſſio. a 50. Bitontini Epiſcopi in eam rem votum. ibid. Concil. Trident. executio. a 60. 83. 100. Secretiora decreta. a 90. Religionis eo quæritur excidium. a 93
Concilium generale ultimum. b 87
Concilia, ut venerint in abuſum. a 11. 41. 42
Concilii legitimi neceſſitas. b 96
Concilii Baſilienſis compactata. b 65. 67
Conciliorũ veterum pondus & utilitas. b 154. 158. Papalium ſuppoſitio. a 13. b 154
Concomitantia manifeſta ſanguinis apud Papiſtas. b 91
Condemnationis ejuſdem ſocii. b 121
Confeſſionũ odioſa & turpis mercatura. b 202
Confeſſio Bohem. b 69. 110
Confeſſio auricularis ſancitur. a 19
In Conjugio ſubordinationẽ non ferri. b 174
Conrad. de Marpurg per Germaniam Inquiſitor occiditur. a 29
Conſcientiarum judicium. b 156
Conſenſus Lutheranorum cum Reformatis. b 203
Conſiſtorium Pragenſe inferius Ordinibus plenè reſtituitur. b 77. 78
Conſolatio immatura Io. Ger. ad Boh. b 120
Controverſiæ quomodo tractandæ. b 163
Contra calumnias. b 216
Conventus Ordinum Pragæ. a 78
Conventus Lipſiacus. b 61. In Conventu Wirtsburgenſi Papæ Legatus malè exceptus. a 27
Converſio gentium libellis felicius quam bellis procuratur. b 105
Convitia & calumniæ faceſſant. b 157
Cor verè Papiſticum. 94. Catholicum. b 57
Cor Papiſticum pœnitere neſcium. b 188
Corona Papæ trifida. b 2
Criminis & culpæ in alios Papiſtica tranſlatio. b 193
Crucigeri Papæ ſatellites. b 107. in Bohemos immiſſi quàm ſtrenuè Papæ mandata exſequuti. b 108. occumbunt. ibid.

Cui

Digitized by Google

Cui parti aſſiſtendum, militandum. b 130. 132. 210. 218
Cujus ſit de cauſa pronunciare. a 99
Curiarum in Bohem. per Ferdinandum reformatio. a 96
Curſus Euangelii ſufflaminatio. b 159. 196
Czechus Bohemicę gentis conditor. a 56. b 111

D.

Danię Rex in admittenda Formula concordiæ difficilis. b 160
Daniel ad foveam damnatus. b 97
Dauidis, Ioſiæ, aliorumque piorum Regum praxis, modernæ Ieſuiticæ repugnat. a 68
Debellatio, an jus conferat mutandæ Religionis. b 104
Decalogi plurimus neglectus. b 165.
Declarationes marginales diplomatum. a 54. b 115
Decretum Synodi Florentinæ adverſus Papas. a 31. *item Reginoburg. Conc.* a 32
Defectio moderna triplex. b 5
Defenſores Bohem. a 38. *hoſtes ſuos è feneſtris dant præcipites.* a 81. b 219
Dei dilectio imaginaria. b 152. *Dei providentiæ circa bella reſpectus.* a 2
Denarius S. Petri per Angliam imperatur. a 20
Deplorata Papiſtarum malitia. b 194
Deſperatio Politica. a 87
Deus ſuorum vindex. a 99. *Paſtorum violationem vindicat per alios.* b 103. *iniquitatem in Bohemos exercitā bellis punit.* b. 120
Directorum Bohemiæ Senatus erigitur. a 82 *eorum Apologiæ.* a 84
Directorium Saxoni delatum. b 57. 98
Diſcurſus de Bohe. bello quomodo formandus. b 216
Diſputationū modus. b 156. *Canones.* b 164
Doctrina Ieſuitarum. b 35. 36

E.

Eberhardi Archiepiſc. Saliſbur. oratio in Papas. a 25. b 185
Eccleſiæ Bohemiæ Deus proſpicit per Doctores. a 37. *Defenſores.* a 38
Eccleſiæ unitas diſſolvitur à Schiſmaticis. b 152
Eccleſia Conſtantin. Romanæ inimica. a 19
Eccleſiæ fraudulenta ſuppoſitio. b 175
Eccleſię Orientalis Turcarum libidini per Papas proſtitutio. b 4. *Occidentalis ſubjugatio. ibid.*
Eccleſiæ venenum infuſum. a 68
Eccleſiæ defenſio abiit in offenſionem. b 165. 166
Eccleſiæ Rom. primatus. a 14
Eccleſiaſtici quæſtus miræ adinventiones. b 3
Edictum Ferdinandi Reſtitutorium. b 95
Ejectio Paſtorum Bohem. in exilia. a 95
Elatior Paſtorum Lutheran. ſpiritus. b 203
Electio Bohe. libera pluribus exemplis evicta. b 111. *& ſeq.*
Epheſiorum charitatis primæ omiſſio. b 207
Epiſcopi Rom. primitivi boni Paſtores. a 10. b 2. *ſuccedentium inflatio.* a 10. *ambitio.* a 11. *æmulatio. ib. limites quondam.* a 12
Epiſcopus Colonienſis reformationis neceſſitatem agnoſcit. a 50
Epiſcopus excommunicatus Papam excommunicans. a 30
Erroris adverſantium veritati compenſatio. b 219
Evangelicorum in præſenti bello negligentia. b 128. *triplex delictū.* b 130. *oſcitantia.* b 130. *culpa.* b 132. *per Lutherum prope adjuratio.* b 134. *vecordia.* b 137. 139. *quorundam perverſa affectio.* b 154. *torpor.* b 194. *immiſericordia. ib. Apoſtaſia frequens, diffidia. ibid. à Papatu ſeceſſio.* b 213
In Evangelicis multa deſiderantur. b 133. 152
Evang. Boh. Religio, vera declaratur. b 33. 86. 87
Evang. in hoc bello cauſa communis. a 92
Evangelii per Euangelicos proſtitutio. b 155. *impedimenta.* b 159
Ex Eventu perobſcurè facti argui bonitatem. b 124
Eunuchi prodigioſi. a 30
Europa ſuo ſtagnans ſanguine. b 187
Euſebii tempora rediviva. a 96

Fff Excu-

Excuſationes frivolæ Papiſtarum. b 178

Executio Pragenſis prior. b 135. *poſterior.* a 95. 105. b 91

Exercitium Religionis quondam liberum in Bohemia. b 106

Exercitus Ferdinandi Bohemiam, Auſtriam & Moraviam crudeliſſimè vaſtat. a 84

Exulum Boh. per omnes oras diſperſio. b 207

F.

F*Alſa bellorum cauſa.* b 146

Ferdinandus I *cum Bavaro pro Cœnæ integræ uſu ad Concilium Tridentinum intercedit.* b 44. *in Bohemos animadvertit.* b 134. 135. 109

Ferdinandus II *quibus conditionibus ad Regnum admiſſus.* a 75. *quem ſcopum ſibi propoſuerit.* a 85. *exercitum Goriciâ advocat. ibid. juramentum violat. ib. Proditores toti antefert regno.* a 86. *in Stiriam immaniter ſævit. ibid. Herodis exprimit ingenium in tollendo Regni Bohem. Synedrio.* a 95. *in Bohemiam lentus regreditur. ibid. ab exercitu ſuo prius emunctam. ibid. à Matthia adoptatur, ab eoque Ordinibus obtruditur.* a 73. *conditiones acceptat electionis.* a 75. *violat.* a 76. 78. *inſolentia ſua Defenſorum conventum elicit. ibid. inhians propoſito, bellum paci præfert.* a 85. *Matthiæ defuncti bellum redintegrat & continuat. ibid. quamvis nunquã legitimè ad regimen venerit.* a 86. *Bohemis meritò ſuſpectus, & rejectus.* a 87. *Friderico Palatino ſubſtituto. ibid. ipſe ſibi regendi honorem ſumpſit.* a 89. *rebus in Bohemia geſtis conſpicuus.* a 90. *eâdem in omnes fide.* a 92. *aſtu item & tyrannide.* a 95. *Miniſtris Euangelicis Regno ejectis Monachos ſubſtituit.* a 95. 96. *Curias reformat. ibid. pervertit omnia. ibid. votorum & propoſiti tenax.* a 97. *ipſius per Bohemiam Metamorphoſis.* a 96. *hæreditarii juris titulus.* b 115. *origo.* b 117

Feſta inſtituuntur. a 20

Fides menſtrua Chriſtianorum. a 11

Fidei pactorumque violatio. b 64

Fidei à Ferdin. I I *violatæ exempla.* b 92

Florent. Syn. adverſus Papas convocata, a 31

Formula Concordiæ, Pacis. b 160. *earum paſſim obtruſio.* b 163. 205. *Concordiæ Formula derogat Euangelio.* b 205

Franciſci ſtigmata in fidei artic. erecta. a 20

Francofurtenſis capitulatio electi Ferd. b 93

Frid. Barb. geſta. b 26. *ut Suldano per Papam nefariè novoq; exemplo proditus.* b 27

Friderici Secundi Imperatoris excommunicatio. a 26. *de Papis querela. ibid.* & 27.

Fridericus Palatinus eligitur. a 87. *cladem paſſus ab Ordinibus dimittitur.* a 92.

G.

G*Allica fides.* b 191

Gens Boh. Tyrannorum domitrix. a 56. *libertatis amantiſſ.* b 114. *melius ei dari Reges, quam naſci. ib. ejus oppreſſio Chriſtianis cedit probro; aut quod præſentius, damno.* b 117

Georgii Principis Anhaltini de Bohemis teſtimonium. b 110

Germani, multi in Bohem. cauſa nimis facundi. a 106. *complures à Papis ſublati.* b 29. *plurimi voluntarii Apoſtatæ.* b 201. *incauti pœnam ſuis ipſi cervicibus attrahunt.* b 98. *Germanos cautiores eſſe deceret, & pœnas officio antevertere. ibid.*

Germaniæ per Papas diſtractio. a 28. *damna propter Religionem.* b 190

Germanorum veterum virtus. b 136. *prudentia.* b 138. *plurium hodie barbarus erga Bohemos affectus.* b 217

Godefrid. Bullionæus bello Sacro Dux. b 25

Gôrlicii præſidium malè à Sax. acceptũ. b 98

Græci per Papas nefariè proditi. b 4

Gregorius Magnus titulum damnat Epiſcopi univerſalis. a 13. *ejus præſagium de Antichriſto.* b 2. 9

Greg. 9 *decimæ per Angl. Gall. & Belg.* a 21.

H.

H*Æreditarii Regis licentia.* b 57

Hæreditas Auſtriacorum ſeipſam convellit & exhæredat. b 114. 115. 116

Hæreſes ut exſtirpandæ. b 150. & 218

Hære-

Digitized by Google

Hæreſeos per ferrum candens exploratio. b 29
Hæreſium autores genuini. b 141. interpolatores. b 152. 161
Hæreſium Romæ & in Papis colluvies. b 14
Hæreticorum occiſio quando cæpta. b 191
Helvetiæ civitates. b 190
Henricus Comes à Thurn. a 76. 77
Hieroſolymæ recuperatio, quanto Chriſtianorum damno conſtiterit. b 10
Hiſpanorum diſpoſitio. b 46. jugum. b 45. Europæ imminens toti. b 55. in novo orbe crudelitas. b 182. auri efficacia. b 63. 170
Hiſpani pertinaciam errorum pertinaciter tuentur. b 50
D. Hoë Saxonis Aulæ Concionator. a 72. 97. ad Lichtenſteinium in vanum pro Lutheranis intercedit. b 145
Holochius Comes, per caſtra Bohem. proditionis inſimulatus. b 59
Hoſpitalitas veterum Chriſtianorum. b 207
Hoſtia Miſſæ, qua ratione miſſa in ora Bohemorum. a 60
Hoſtium Bohemiæ conatus. b 219
Hungari à bono propoſito reſiliunt. b 137
I. Huſſus & Hieron. Pragenſis. a 37. b 67.

I.

Iacobi Symanchæ Epiſc. Pacenſis jurata fides. b 95
Idololatrarum merces olim & nunc. b 177
Idololatriæ effugia. b 178. damna. b 188
Iegerndorfii copiæ Saxonicis oppoſitæ. b 59
Ierob. ſcandalum. b 4. Papæ typus. b 46
Ieſu Chriſti mandatum per Lutherum evulgatum. b 134. inſtitutio, per Papam emendata. b 178
Ieſuitæ, Colonienſes. a 94. Quando primum in Bohemiam ingreſſi. b 37. inde proſcripti. b 82. Automatorum & horologiorum fabri oppido excellentes. b 39
Ieſuitarum ad frigidam ſuffundendam introductio. a 48. b 34. eorum proprietas, injuria in Chriſtum, in Reges, ſtudia perverſa, odium pacis & reformationis, effecta. ibid. & ſeq. Collegiorum multitudo. b 35. Apologus de Capucinis. b 39. Tripudia ob talem Ferdinandum. a 97. Ieſuitis obnoxiorum conſilia. a 61. 68. 76. Ieſuitæ ſuis acinacibus jugulantur. a 68
Ignavis præciditur excuſatio. b 118
Imperium Papæ duplex. a 12
Incendii oborti pericula & varietas de eodem judiciorum. a 1
Indignitas & intoleranda crudelitas in hac oppreſſione Bohemorum. b 121. 123
Indulgentiarum vile pretium. a 20
In patientia animæ poſſidendæ. b 216
Inquiſitor Papiſticus in Germ. occiditur. a 30
Inſtitutio integræ Cœnæ à Papa approbata. b 33. 87. antea licet improbata. ibid.
Interpoſitio fallax, remora victoriæ Euangelicorum. a 84
Ioannes Ziska. a 38
Ioan. Gerardi frigida ad Bohemos conſolatio. b 120
Iſraëlitarum defectiones. b 4. effugia. b 148
Iudæorum Secta. b 202
Iudicia de Bohem. bello maximam partem ſiniſtra. a 1. 2. b 118. 121. 210. 213. 214
Iudicii extremi regula. b 209
Ius Pontificium. b 3 extravagantes. b 4

L.

Laniena Pariſienſis. b 191
Lechus Polon. gentis conditor. b 111
Legationis Bohemicæ violatio, bello præbuit cauſam. b 89
Librorum improborum per Synodos abolitio. b 160
Lichtenſteinius Princeps, Ferd. prorex. a 95
Liga Sacra. a 61. 63. 90. ejus diſtrictus & latitudo. a 63
Linguæ nationalis odium. a 91
Literæ Majeſtatis, à Maximiliano Bohemis promittuntur. b 67. 69. ad pacem impetratæ. Ibid. & b 85. illarum robur & firmitas. b 104. à Papiſtis violantur, & peſſimæ appellantur. a 67. b 88. 89. 90. 91
Locrorum Italicorum vafricies. b 102
Londorpii cauſæ non cauſæ corriguntur. b 211. ejuſdem Gnat bonis Papiſtici turpis hallucinatio. ibid.

Luſatia, Saxoni militiæ ſtipendium. b 169
Lutheri mandatum. a 58. *à ſectatoribus ejus ſpretum.* b 203
Lutherani Luthero ſe palam nonnullibi opponunt. b 152
Lutherani Antwerpiæ ſuo fraudantur voto. b 145
Lutheranorum & Papiſtarum confeſſa affinitas. b 142
Lutheranorum pactum cum Reformatis. b 203

M.

Maſſæi conſilium adverſus Euangelicos. b 170
Magdeburgi excidium. b 61 *Magdeburgenſes.* b 170
Magiſtratus Chriſtiani Dii nuncupati. b 9
Magiſtratus Chriſtiani officia non expenduntur. b 165.
Magiſtratus,bonæ & ratæ promiſſiones. b 96. *lentitudo in blaſphemiis coërcendis.* a 8
Magiſtr. Chriſtiani invicem per Papas committuntur. b 28
Mahometi ortus. b 22. *impoſtura.* b 181
Mahometiſmus. b 23. 181. 182
Malorum cauſa non eſt diffidere à Papa. b 146
Malum hodiernum manu fortius Medicorum. b 173
Martyres Bohem. a 38. *Martyriorum ſeges.* a 17. 32. b 55. 188. 190. 191
Matris Ferdinandi II *culpa.* a 86. b 93
Matthias exercitum corradit. a 83. b 82. *in Bohem. movet. ibid. Bohemis neceſſitatem belli obtrudit. ibid. Pragâ egreſſus eodem redire renuit.* a 77. *ejus Reverſales literæ.* a 71. *conditiones electionis.* a 75. *autoritatē uſurpat non conceſſam.* a 71. 76. b 70. 73. *deſpicit querelas Bohemorum.* a 73. *eidem ſucceſſor quâ ratione quæſitus. ibid. Ferdinandum ſibi adoptat. ibid. Calumniatoribus præbet aurem. ibid.* & b 82. *moritur.* b 84. *artibus clandeſtinis ad regnum evehitur.* b 69. *Conſiliarios non curat. ibid. Defenſores abolere conatur. ibid. ſemina ſeris diſtractionum. ibid. cum Ligiſtis & Saxone agit de opprimendis Bohem.* b 71
Maximiliani & Rudolphi pacificum regimen. a 85
Maximilianus II *intercedit pro reſtitutione integræ Cœnæ.* b 86. *item pro Belgis.* b 137. *ejus promiſſum Bohemis factum.* b 69. & *ſequ.*
Maximilianus Hoſtialek urget unâ cum Comite à Thurn Literarum Majeſtatis ratificationem & confirmationem. a 76
Mediatorum Papiſtic. myriades. b 180. 181
Melanch. querela de abuſu Concionum. b 159
Merozitæ moderni. b 63. 68. 172
Metamorphoſis Ferdinandéa per Bohemiam. a 96
Minæ Papiſtarum. a 72. 74. *Moguntini.* a 89
Milarcus Tyrannus. b 103
Militum Chriſtianorū antiquitus,zelus. b 133.
Miſeranda Chriſtianitatis facies. b 10. 11
Miſſa Bohemis obtruditur. a 57. 110. *ejus Canon confirmatus.* a 19
Mitra Pontificalis. a 15. 20
Moderna Germanorum hypocriſis. b 138
Moguntinus, Boh. Legatos à Comitiis abſterret. a 89. b 119
Monachorum ignaviam exſuſcitant Ieſuitæ. a 57. *eorum fabulæ de Ieſuitis.* b 39
Pro Monarchia nova conatus. a 4
Moravi olim promiſcue Euangel. a 65. b 87
Mundus ſequitur deteriora. b 43.

N.

Nabaliticus quorundam genius. b 209
Narrationibus narrationes pares. b 214.
Nazianzeni de Conciliis obſervatio. b 155
Neceſſitas inevitabilis armorum induendorum. b 51. 55. 218
Nemo ingenue cum Bohemis egit. b 168
Neoburgicus Princeps Apoſtata. b 198
Neronis conſcientia. b 127
Neutrales. a 100. 101. *eorum in hoc bello iniquitas.* b 101. *Quæſtiones Neutralibus expendendæ. ibid.*
Neutralitatis ſcopuli. b 131. 132. 149

Nilus Archiep. Theſſal. ſcribit adverſus Papam. a 37

Non tam privatæ quam publicæ cauſæ notandæ. b 215.

O.

OBſervatio Magiſtratui perneceſſaria. b 148

Omnipotentia Pontificia proſternitur à Bohemis. b 33

Odii inter Antichriſtum & Eccleſiam ſemina. b 1. nunquã interrupta duratio. b 220

Oratio Eberhardi Salsburg. Epiſcop. in Papas. a 25. Probi Tullenſis Epiſc. a 27. Meinardi Com. Tyrol. a. 30

Ordines Bohem. Ieſuitas præmonent, ſed operam ludunt. a 81

Orientalium Eccleſiarum in Bohemos propenſio. b 107. earum ab Occidentalibus diſtractio. b 21. Doctrina item Bohemis adjumento. a 37

Otto Bavariæ Dux anathemate ſolvitur. a 26

P.

PActorum & fidei violatio. b 64. Reprobis & Papiſtis propria. b 66. exempla illius damnata. b 100

Pactorum omnium per Concil. Trident. annihilatio. b 45

Palatinus Bohemiæ coronam ſuſcipit. a 90. meliora ejuſdem conſilia. ibid. rectum inſtitutum. b 123. proteſtatio, b 144. res inclinata. b 214. clades in Albo monte accepta. a 92. ab Ordd. dimiſſio. ibid. Wratiſlaviã diſceſſus. b 214

Pantheon Romanum, Sanctis & Mariæ Virgini dicatum. b 24

Papa, gladiatus. a 20. bellorum & perſecutionum autor. a 8. 9. Africam non ſuam Portugalliæ Regi aſſignat. a 20. Novum orbem, quem nunquam habuit, Ferd. Catholico donat. ibid. pro Deo ſe effert. a 15. donationibus provehitur. ibid. Satanæ datus. a 19. & 31. exigit quartam proventuum partem. a 27. à ſpectro demortui Epiſcopi citatur ad judicium. a 29. in Bohemos inſurgit. a 37. reapſe cauſa eſſe cauſarum oſtenditur. a 47. Sedem Papalem abominationibus ſcatere faſſus. a 50. ad clavum hodierni belli ſedet. b 7. Principes & Monarchas bellis mutuis committit & atterit. b 28. Bohemis peculiariter hoſtis. b 107. Eccleſiæ primitivæ ignotus. b 149. veſtigiis Apoſtolorum non inſiſtit. b 150. Mahometum exæquat audaciã. b 181. ſuperat crudelitate. b 182

Papa Ioannes 23, Paparum gemma. a 31

Papa Dominus Deus Papiſtarum. b 174. impiè Chriſto præponitur. b 198. à Papa diffidere, cauſa malorum genuina non eſt. b 146

Papæ vicariatus. b 7. 174. 178. Primatus in Eccleſia. b 8. per orbem dominium abſolutum. ibid. Titanicum & Antichriſtianum principium. b 211

Papæ, Monarchica licentia. b 3. enormis faſtus. b 27. Paulus III reformationi Eccleſiæ conſenſit. a 56

Papæ & Imperatoris comparatio. b 87

Papæ, Religionem polluunt & omnia transformant in Eccleſia. a 16. 19. in Politicis. a 17. Turcis quã Chriſtianis addictiores. a 28. Eccleſias diſtrahunt. a 45. Imperium & Regna Europæa vexant. a 52. ad eandem cùm ſuis reformationem in Imperio tendunt. a 61

Papalis dignitas pluribus obnoxia malis. b 8

Paparum aliquot cum Diabolo pacta. b 8. irrationabilis & ridicula donatio. a 20. res geſtæ ex religione. a 20. 23. avaritia, Simonia, Dorophagia, extorſio pecuniæ. a 20. 21. In conjugia iniquitas. a 22. convictio. a 26. 27. & ſeq. in Imperatores tyrannis & ſævities. a 22. b 30. ſimul duorum à Synodo condemnatio. a 31. 35. obſtinacia, artes. a 41. res inclinatæ. a 48. contra Reges Galliæ furor. b 31. contra alios Reges & Bohemos. b 32. 33

Papatus Rom. Apoſtaſia. b 1. Incrementa. b 3. Scelera. b 4. Polypragmoſyne. b 5. ambitio. b 7. effecta ex ambitione. b 9.

frons meretricia. b 11. 14. 20. *fraudes & convictio.* b 12. *cædes.* b 13. *hæreſium colluvies.* b 14. *regna Antichriſtiana.* b 16. *flagitia.* b 17. *Sectæ multiplices.* b 202

Papalia Conc. *ultro citroque reprobata.* b 46

Papalium *cautionum debilitas & infirmitas.* b 46

In Papatu *omnia in univerſum venalia.* a 16.

Papiſmus & *Mahometiſmus, orbis duo apoſtemata.* b 23

Papiſtæ, *ex Bohemiæ regno hæreditarium volunt.* a 54. *libertates regni evertunt.* a 66. Ferd. II *acceptant.* a 74. 88. *Tyrannum Patriæ imponunt.* a 88. *non niſi bello tranſigere volunt.* a 83. *non feriantur.* a 100. *Babyloniis ſimiles.* b 97. *bellorum ipſiſſima cauſa.* b 148. *à ſuis ipſorum vocibus nequitiæ coarguuntur.* b 172. *traditionum pertinaciſſimi. ib. malè dominantur.* b 182. 187. 192. *quando occidere cæperunt.* b 190. *ab Eccleſiis primitivis in infinitum diſtantes. ibid.* Chriſtianis *libertatibus inſidiantur.* b 183. Papiſtæ in Belgio. b 204

Papiſtarum, *cæcitas & induratio.* a 23. *mos in aſſerendis falſis.* a 54. *item in titulo hæreditario.* b 55. *ſcopus.* a 58. 100. *in Bohem. olim paucitas.* a 65. *actiones. ibid. & inſolentia.* a 72. *ſummum ſtudium.* b 44. *fidei pactorumque abolitio.* b 66. 95. *prætextus falſi.* b 89. *in violatione Liter. Majeſtatis ſolertia. ibid. reformatio.* b 91. *exceptiones invalidæ.* b 100. *pacta ſemper limitata.* b 102. *avia.* b 147. *ſævities omnibus privilegiis & legibus ſuperior.* b 45. 177. *intemperies & ingratitudo. ibid. fucus.* b 173. 174. 180. 190. *crudelitas in Chriſtianos.* b 183. *cum Phariſæis convenientia.* b 180. 184. *conatus.* b 185. *præcipuus zelus.* b 186. *duplex mendacium. ibid. in Angliam attentata.* b 192

Papiſtarum *Vice-Deus.* b 11

A Papiſtis, *Chriſto ſimul & Apoſtolis periculum.* b 179

Pariſienſis Laniena in Bohemia pridem circa annum 1483 *meditata.* b 108

Paſſavica Tranſactio. b 45

Paſſionis Ieſu Chriſti cauſarũ concurſus. a 3.

In *patientia animæ poſſidendæ.* b 216

P. *Windek Deliberatio de hæreticis exſtirpandis, & M. Becanus in eandem rem.* b 96

Pax Saxonica à Papiſtis oppugnatur. b 160

Pax Pirno-Pragenſis. b 170

Peccatorum prædominium, congruus bello fomes. b 219

Peremtoria Papæ ſententia. b. 44

Perfidorum pœna. b 140

Periodi regnorum ecquid valeant. b 127

Permiſſio Dei admiranda & adoranda. a 10

Perverſi refutantur. b 125

Philautia Theologorum. b 141

Phocæ liberalitas in Papam. a 68. b 2. 13. 20. *utrum potuerit tale in Eccleſia Idolum erigere.* a 14. *Pœna.* b. 13.

Phraſium in Theologia diverſitas & pertinacia. b 140

Pluralitas Fidei Articulorum apud Papiſtas. a 20. b 42

Politici æquiores & moderatiores. b 143

Politici ſemper Papiſmo quàm Chriſtianiſmo viciniores. b 195. 196

Politicorum ineptitudo. b 164. *tergiverſatio.* b 167. *veritatis faſtidium.* b 172. *prætenſiones. technæ.* b 218

Polonorum, ordines cognati Bohemorũ. b 168. *hodierna in religione levitas.* b 204. *Apoſtatarum præcipitia. ibid.*

D. *Polycarpi præſagia de Saxone.* b 57

Pontificiorũ, quatuor Doctores κατ' ἐξοχὴν a 20. *votum unicum.* b 135

Poſteritas quid exigat. b 139

Poteſtas Papæ arbitraria. b 5. 6. 7

Practicæ Antichr. circa Regnum Boh. a 52

Pragæ per Saxonem direptio. b 61. *ibidem Templi à Frid. Palatino ſub initia Regni, reformatio.* b 163. *executio.* a 95. 105

Prædictorum de Antichriſto, impletio. a 6

Prælium primum Lipſiacum. b 64

Prælium Varnenſe. b 100

Præ-

Prætextus hæreſeos & rebellionis. b 133. 138
Preces, quorum emolumento fundendæ. b 130
Precum inverſio. ibid. & b 138
Principii petitio Papiſtis uſitata. a 43. 72
Privatæ Regum diſpoſitiones. b 115. 117
Probationis Papiſticæ compendium. b 43
Prodigia, calamitatum prænuncia. b 11
Proteſtantes intercedunt pro oppreſſis in Gallia. b 136
Proteſtantium olim ardor & zelus. b 170
Providentiæ divinæ circa bella reſpectus. a 2
Pupilla oculi Saxonis. a 61. 63

Q.

Quatuor regna Chriſto inimica. b 16
Quænam vera ſeceſſio à Papatu. b 129
Quæſtiones circa belli hujus negotium ſeriò expendendæ. a 101
Quæſtus Pont. Rom. b 3
Quid poſteritati debeatur. b 139
Qui proprie hæretici, rebelles. b 218
Quos Papiſtæ in ſua praxi ad vivum repræſentent. b 91

R.

Ealis præſentia Miſſæ Papiſticæ. b 91
Rebelles, qui proprie. b 218
Rebellionis prætextus. b 133. 138
Reformationis neceſſitas. a 60. b 155. 156. 157
Reformati & Bohemi à Lutheranorum fraternitate excluduntur. a 99
Reformatio Eccleſiæ Magiſtratui cordi non eſt. b 196
Reformatio Pap. a 58. *in Boh. inſtituta.* a 59
Reformatis bellorum cauſæ falsò adſcribuntur. b 142
Reformationis Euangel. & Papiſticæ differentia. a 58. 59
Regale flagitium filii in demortui Patris cadaver. b 28
Reges Peru de Papa judicium. b 6
Reges Papis addicti pro hæredibus Regni ſe in Bohemia oſtentant. a 57
Reges quomodo per Papam regnant. a 70
Regis Galliæ ad Papam reſponſum Catholicum. b 88
Regum vilis & abjecta ſervitus. a 8. b 27. 44
Regum Bohemiæ Reverſales. b 113
Regum Papiſticorũ in Bohemia effectus. a 58
Regni Bohemiæ tabulæ. a 54
Regni faſces a 89. *Regnorum ſitis reſtinguenda.* b 51
Reginoburgenſe Concil. adverſus Papas. a 32
Reipublicæ benè conſtitutæ ſpeculum. b 156
Religio vera cum diſcretione propugnanda. b 161
Religio vera in Bohemia damnatur. b 45
Religio vera tantum unica. b 61
Religiones & Traditionum monſtra. b 179
Religionis Chriſtianæ initia Bohemi Græcis, & non Romanenſibus debent. a 37. b 85
Religionis quondam in Bohemia ratio, liberumque illius exercitium. b 106
Religionis, & non ſolius Regionis cauſa in præſenti bello agitur. b 89
Religionum duarum amica, Lutherano ſenſu, conſpiratio. b 60
Religions-fried *Imperii.* b 81
Reproborum eſt non ſervare fidem. b 66
Rerum arduarum in præſenti bello momenta. b 118
Res Chriſtianorum hodie in deterius mutata. b 207
Res Lutheranorum in Bohemia proprie cauſam bello præbuit. b 144
Ritus priſci Eccleſiæ Bohemicæ Græcis conformes. a 37
Robertus Linc. Epiſc. adverſus Papam. a 29
Romæ hæreſium colluvies. a 14
Romanæ curiæ conſuetudo per Matth. Parin obſervata. a 19. *latè manans corruptela.* a 50
Rudolphus II confirmat Auſtriæ, Hungariæ Religionem. b 95
Rudolphi II Imp. regimen opt. b 48. *ab agnatis traductum. ibid. diploma, Bohemis indultum.* b 68. *& ſequ. de Bohemis ſana & fundata opinio.* b 86
Roſaria recipiuntur. a 20
Ruſticorum circa incendium obortum ignavia & merces. b 172

S. Sa-

Digitized by Google

S.

Sacerdotum exercitus Antichriſto præparatur. a 24
Salvandorum Lydius lapis. b 209
Sanguis Guſtavi R. Sueciæ in prælio Lutzenſi cæſi cum Saxone expoſtulat. b 98
Satça vel Satecium, Bohemiæ urbs, nunquam Papiſtica. b 110
Saxo, Bohemos à prælio dehortatur. a 84. *à tergo eoſdem aggreditur.* a 94. *executionem Concilii Tridentini pro virili promovet.* b 58. *in caſtris Bohemorũ proditorem fovet.* b 59. *vires eorum diſtrahit. ibid. infeſtus Palatino.* b 60. *Bohemis opprobrat Rebellionem. ibid. eorum Regionem invadit.* b 61. *Pragam ſpoliat. ibid. in ruſticos immane ſævit. ibid. fœdus initum cum Suecis deſerit, cum Papiſtis conſpirat.* b 62. 98. *cum Hoë ſuo vanus.* a 97. *fidei violator.* b 98. *Sueciæ Regem cunctanter admittit.* b 169
Saxo & Landgravius Papiſtarum olfaciunt aſtum. b 133
Saxonica pax. b 120. *ejus incommoda.* b 98. *Saxon. interceſſionis vanitas.* b 137
Saxonicorum nequitia & cæcitas. a 93. *mira affectio erga Bohemos exules.* b 135
Saxonis indignum facinus. a 61. *cogitata & acta prava.* a 91. *iniquitas & calumniæ contra Palatinũ & Bohemos. ibid.* & 92. *noxa.* a 94. *vana pro Lutheranis ipſis interceſſio.* b 97. *indiſpoſitio.* b 56. *Militiæ ſtipendium.* b 60. *in everſo Magdeburgo gravis culpa.* b 61. 169. *erga Bohemos deteſtanda ingratitudo.* b 135. *neutralitatis fucus Bohemis noxius.* b 168. *Directorium, jactantia.* b 57. 98. 168. 169
Schiſmatica Euangelicorum nomina. b 152. 153.
Schiſmatum avia. a 10. *ſtylo & voce emendanda.* b 162
Scopus & opera Papiſtarum. a 85. 100
Scopus Auſtriacorum & Ligiſtarum. a 71 72. b 220
Scriptum quoddam Gallicum adverſus Bohemos ſine autore emiſſum, refellitur. b 213. 214
Scripturarum tranſlatio prohibita. a 20
Scripturæ phraſin derelinquentes. b 205
Securitas excutienda. a 63
Seditio Dreſdæ quondam & Lipſiæ mota in Reformatos. b 155
Seelnecceri Teſtamentum obſervatu dignum. b 60
Sileſiæ Ordd. ad Palatinum falsò delati. b 214
Sit ne Bohemorum in hoc bello culpa peculiaris. b 187
Smeczansky Baro trium Bohemiæ proditorum caput. a 77
Smiricius Baro, exprobrat Ferdinando crudelitatem. a 86
Socii conſpirationis è Bohemia diffugiunt. a 82
Sodomæorum peccata. b 208
Solis prodigium ad Ieſuitarum in Bohemiam ingreſſum. b 37
Speciei utriuſque in Cœna Domini uſus Bohemis per Sigiſmund. Imperatorem & Papæ Legatos confirmatus. b 33
Species Apoſtaſiæ. b 197
Spiritus Hæreticus. b 157. 158
Steuchi Papæ bibliothecarii gloriatio. b 174
Stiria ſenſit Ferdinandi Tyrannidem. b 92
Studiis partium addicti. b 214
Subjectio omnium de neceſſitate ſalutis. b 8
Subtilitates Schiſmaticorum. b 204
Suecorum pro veritate agnita zelus. b 205
Suffragia Ordinum Bohemiæ libera. b 116
Superioritas Papæ ab aliquot Synodis perſtricta. a 12. *ut emerſerit.* a 14
Suppetias Angelorum in bellis Huſſiticis non obſcurè animadvertere licuit. a 39. b 58
Surreptitius articulus Concilii Baſil. b 67
Sympathiæ Chriſtianæ vacuitas. b 63. 166
Sympathiæ primitivorũ Chriſtianorum vigor in collectis & precibus declaratus. b 205. 206. *noſtro ſeculo jacet.* b 209
Synodus Papiſtico-Lutherana expetitur à Lutheranis. b 60
Synodi Chriſtianæ neceſſitas. b 155.

T.

Tenebrarum poteſtas. b 210
Theol. Saxonici metuant carnifices. a 63
Theologi Apoſtatæ. b 199. inflati. b 207
Theologi ſuperiorū diſſenſionū autores. b 141
Theologia fuliginoſa Pontificiorum. b 2
Theolog. Euangelicorum remiſſio. a 51. diſciplinæ ex ipſis habentes vocabula. b 140. diſſenſio. ibid. invectivæ iniquæ. b 154
Theologorum certaminibus Euangelii curſus retardatur. b 139. & ſequ. b 169.
Theſaurus ab obitu P. Ioan. 22 relictus. a 91
Thomæ Linacri judicium de charitate Chriſtiana. b 209
Thyeſteæ Chriſtianorum convivia. b 191
Titanici præſentis ævi mores. b 227
Titulus Chriſtianus oppoſitus Lutherano. b 201
Titulus Epiſcop. univerſalis. a 6. 7. 12. 24. illius æquipollentia. a 13. injuria in Chriſtum. a 14. promulgatio. b 41
Toxico Miſſalis hoſtia oblita. b 30
Traditionum Papalium moles. b 181. autoritas Chriſti inſtitutioni prælata. b 4
Tranſactio Paſſavica. b 94. Pontificiorum cum Euangelicis. b 98. Torgoviæ. b 98. Lipſiaca inter Suec. & Saxon. ibid.
Transfugæ Coryphæi in Bohemia. a 84
Tranſſubſtantiatio. a 19
Tribunali Ieſu Chriſti per inſtantem mortem appropinquantium Bohemiæ Directorum confeſſio. a 105
Tributa in Sedis Romanæ proventum. a 21
Trid. Concil. executio. b 41. Papis commendatiſſima. ibid. decreta. b 42. ſecreta occulta. a 90. b 43. fructus. b 46
Turcarum origo & acta. b 23
Turcarum Imp. Amurathes Chriſto exprobrat perjurium Chriſtianorum. b 100
Tyrannis à Papicolis olim exercita in Bohemos. b 60. eorum infantes. b 108
Tyrannis Papiſtica ob Religionem: b 189
Tyrannidis hujus ætatis exuberantia. b 55.

V.

Vaticinia Reformatorum de ſtatu futuro Lutheranorum in Imperio. a 97
Vecordia, ſecuritas, hypocriſis in communi Euangelicorum. b 137
Venatus hodiernus per Europam. b 121
Veneti ſapientes. b 39
Verbi D. contemptus quid pariat. a 10. b 138.
Veri nuda & imperterrita profeſſio. b 203
Veritas irrefragabilis Euangelicorum. b 133
Veritas eloquiorum Dei. b 210
Verit. in Germ. renaſcentis ſuffocatio. b 190
Veritatis Lydius lapis. b 203
Vicariatus Papæ. a 6. 11
Victor P. Eccl. Aſiaticas excommunicat. a 11
Vindictæ Papalis exempla. a 29. 30. 31
Violatio Literarii Majeſt. excitat bellū. b 88
Violatio fidei, macula familiarum. b 94. illius damnata exempla. b 100
Virorum illuſtrium à veritate defectio. b 197
Vulnus Eccleſiæ Romanæ curatur. a 46
Ungari. b 168
Unio Proteſtantium. b 172. diſſolvitur. b 145. 146
Unionis noſtræ cum Chriſto medium. b 178
Univerſalis charitatis lex à Papiſtis exploſa. b 177
Uſus linguæ vernaculæ in ſacris, item Cœnæ integræ, Boh. perpetuus. b 106. 107. 108.
Uſus ſpeciei unius in Cœna, quando cœperit in Bohem. b 110
Utilitas propria Dei cultui præpoſita. b 196.

W.

Wiclefi doctrina Bohemis adjumēto. a 37
Wittebergenſes Bohemos animant ad conſtantiam. b 136
Wratiſlai Regis Edictum in Bohemos atrociſſimum. b 108.

Z.

Zeli veri in Euangelicis vacuitas. b 139. in Magiſtratu perverſitas. b 195. 196.

F I N I S.

Digitized by Google

Graviora Errata ſic emendanda.

PART. I. Pag. 5. à Sect. initio lin. 3. *inter*, improbos Magnates, *abundat comma*. pag. 6. lin. 27. *lege* ſalvifica. pag. 9. lin. 5. neſcio quo. lin. 7. Joanni. l. 11. parricida. pag. 11. lin. 11. coëgerunt. pag. 12. lin. 2. atque. lin. 33. mox Bonif. pag. 15. lin. 1. honoribus. lin. 16. Romæ. lin. 13. contulit. pag. 17. lin. 18. purum. lin. 28. exemerunt. pag. 18. lin. 6. primus. pag. 19. lin. 2. tradantur. lin. 5. annos 33. lin. 22. inveſtituram. lin. 28. Et jam. pag. 22. lin. 23. conjugia. pag. 27. lin. 19. Teutonas. pag. 28. lin. 5. Suevos. lin. 11. *lege* Veſtriacos. pag. 29. lin. 9. earum. lin. penult. Teutoniæ. pag. 30. de margine, *& Cardinales, &c.* transferendum in pag. oppoſitam 31. lin. 25. oviculas. pag. 32. lin. 2. Apolliône. pag. 35. lin. 11. eidem. pag. 36. lin. 12. turturem. lin. penult. ſibi. pag. 40. lin. 14. conſcientia. lin. 25. Quartas. lin. 27. Jurium. pag. 45. lin. 10. mandatam. lin. 34. debebant. pag. 46. lin. 8. pateat. pag. 48. in marg. infer. *omnibus*. pag. 58. in marg. *Papicolis*. lin. 20, ac naturalis illius. pag. 62. lin. 20. *poſt*, carceribus, *ſupple* aculeis, rogis, torturis, executionibus. pag. 63. lin. 23. titionem. pag. 65. lin. 5. *adde poſt*, atque, ita. pag. 66. lin. 9. Hæreditarii. pag. 79. lin. 21. amiſerint. pag. 82. lin. 13. ipſis. pag. 84. lin. 33. frementibus. pag. 85. lin. 3. poſt reducendæ, *ſupple*, ac reſtituendæ. pag. 88. corrige num. *Sectio* XXI. pag. 89. l. 22. Moguntinus. pag. 92. lin. 20. manes. lin. 28. eum Cæſar: pag. 101. lin. 6. à fin. illaturum.

PART. II. Pag. 2. lin. 14. *præparari*. pag. 3. lin. 14. in Cod. tt. pag. 4. lin. 25. reliquas. pag. 6. lin. 3. aut approbentur. pag. 7. lin. 7. inaugurarentur. pag. 11. lin. 2. *ſolitum*. lin. 4. abundat *de*. lin. 8. repreſſis. pag. 14. in margine, *Papis*. pag. 20. lin. 1. Cancellariis. pag. 28. lin. 12. voluerint. pag. 30. lin. 18. *notam*. pag. 51. lin. 34. oporteat. pag. 64. lin. 19. *poſt*. pag. 100. lin. 2. punctum abundat. pag. 130. lin. 9. earum. pag. 132. lin. 15. meticuloſam. pag. 141. lin. 11. ſeducentes. pag. 184. lin. 14. perſequantur. pag. 213. lin. 30. tacti. *Reliqua minoris momenti, ut eſt literarum quarundam immutatio, item abundantia, interpunctionum error, ipſe eruditus Lector per ſe deprehendet.*

Nota bene. *Si quid adhuc occurrerit, aut deſideratum fuerit, cum Autor jam quieſcat, forſan ab amicis altera editione corrigetur ac ſupplebitur.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google